Google

This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Lp 27.183.



34-11
39

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.

L/L 42.133

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

96.141

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
Joannis Harduini Epistola Serenissimo Delphino	1
Joannis Harduini Præfatio	5
Paulus Cigalinus de C. Plinii Secundi Patria .	29
Paulus Cigalinus de C. Plinii Secundi Fide et Auctoritate	93
Testimonia selecta veterum de C. Plinio Secundo .	141
Index Auctorum præcipuorum qui in Plinianis Notis citantur, illustrantur, emendantur . . .	157
Elenchus alphabeticus nonnullorum scripturæ compendiorum quæ in VV. LL. occurrunt . .	170
C. Plinii Secundi Naturalis Historiæ Lib. I. .	172
Notæ et Emendationes ad Lib. I. . . .	191
C. Plinii Secundi Historiarum Mundi Elenchos .	195
C. Plinii Secundi Lib. II.	325
Notæ et Emendationes ad Lib. II. . . .	520
C. Plinii Secundi Lib. III. . . .	546
Notæ et Emendationes ad Lib. III. . . .	702
C. Plinii Secundi Lib. IV.	718
Notæ et Emendationes ad Lib. IV. . . .	857
C. Plinii Secundi Lib. V.	881
Notæ et Emendationes ad Lib. V. . . .	1045
C. Plinii Secundi Lib. VI.	1067
Notæ et Emendationes ad Lib. VI. . .	1229
De Situ Paradisi terrestris disquisitio . .	1250
C. Plinii Secundi Lib. VII.	1279

	Pag.
Notæ et Emendationes ad Lib. VII.	1445
Numismatum duorum, quæ sunt inscripta literis Samariticis, Interpretatio	1479
C. Plinii Secundi Lib. VIII.	1487
Notæ et Emendationes ad Lib. VIII.	1644
C. Plinii Secundi Lib. IX.	1679
Notæ et Emendationes ad Lib. IX.	1813
C. Plinii Secundi Lib. X.	1839
Notæ et Emendationes ad Lib. X.	1960
C. Plinii Secundi Lib. XI.	1979
Notæ et Emendationes ad Lib. XI.	2151
C. Plinii Secundi Lib. XII.	2175
Notæ et Emendationes ad Lib. XII.	2247
C. Plinii Secundi Lib. XIII.	2251
Notæ et Emendationes ad Lib. XIII.	2322
C. Plinii Secundi Lib. XIV.	2329
Notæ et Emendationes ad Lib. XIV.	2406
C. Plinii Secundi Lib. XV.	2413
Notæ et Emendationes ad Lib. XV.	2490
C. Plinii Secundi Lib. XVI.	2495
Notæ et Emendationes ad Lib. XVI.	2626
C. Plinii Secundi Lib. XVII.	2639
Notæ et Emendationes ad Lib. XVII.	2781
C. Plinii Secundi Lib. XVIII.	2791
Notæ et Emendationes ad Lib. XVIII.	2961
C. Plinii Secundi Lib. XIX.	2971
Notæ et Emendationes ad Lib. XIX.	3065
C. Plinii Secundi Lib. XX.	3071
Notæ et Emendationes ad Lib. XX.	3202
C. Plinii Secundi Lib. XXI.	3211
Notæ et Emendationes ad Lib. XXI.	3307
C. Plinii Secundi Lib. XXII.	3313
Notæ et Emendationes ad Lib. XXII.	3396
C. Plinii Secundi Lib. XXIII.	3401
Notæ et Emendationes ad Lib. XXIII.	3482
C. Plinii Secundi Lib. XXIV.	3489

Pag.
Notæ et Emendationes ad Lib. XXIV. . . 3579
C. Plinii Secundi Lib. XXV. . . . 3585
Notæ et Emendationes ad Lib. XXV. . . 3673
C. Plinii Secundi Lib. XXVI. . . . 3677
Notæ et Emendationes ad Lib. XXVI. . . 3757
C. Plinii Secundi Lib. XXVII. . . . 3763
Notæ et Emendationes ad Lib. XXVII. . . 3831
C. Plinii Secundi Lib. XXVIII. . . . 3837
Notæ et Emendationes ad Lib. XXVIII. . . 3973
C. Plinii Secundi Lib. XXIX. . . . 3987
Notæ et Emendationes ad Lib. XXIX. . . 4059
C. Plinii Secundi Lib. XXX. . . . 4069
Notæ et Emendationes ad Lib. XXX. . . 4136
C. Plinii Secundi Lib. XXXI. . . . 4143
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXI. . . 4210
C. Plinii Secundi Lib. XXXII. . . . 4217
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXII. . . 4292
C. Plinii Secundi Lib. XXXIII. . . . 4299
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXIII. . . 4407
C. Plinii Secundi Lib. XXXIV. . . . 4419
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXIV. . . 4520
C. Plinii Secundi Lib. XXXV. . . . 4535
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXV. . . 4664
C. Plinii Secundi Lib. XXXVI. . . . 4671
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXVI. . . 4785
C. Plinii Secundi Lib. XXXVII. . . 4793
Notæ et Emendationes ad Lib. XXXVII. . . 4896
Index Auctorum qui vel in Indice vel toto opere a Plinio appellantur . . . 4903
NOTÆ VARIORUM in Lib. I. . . . 4957
Lib. II. . . . 4958
Lib. III. . . . 4997
Lib. IV. . . . 5021
Lib. V. . . . 5041
Lib. VI. . . . 5062
Lib. VII. . . . 5081

		Pag.
Notæ Variorum in	Lib. VIII. . . .	5123
	Lib. IX. . . .	5156
	Lib. X. . . .	5189
	Lib. XI. . . .	5219
	Lib. XII. . . .	5253
	Lib. XIII. . . .	5276
	Lib. XIV. . . .	5304
	Lib. XV. . . .	5324
	Lib. XVI. . . .	5345
	Lib. XVII. . . .	5379
	Lib. XVIII. . .	5405
	Lib. XIX. . . .	5445
	Lib. XX. . . .	5469
	Lib. XXI. . . .	5497
	Lib. XXII. . . .	5535
	Lib. XXIII. . .	5559
	Lib. XXIV. . .	5571
	Lib. XXV. . .	5587
	Lib. XXVI. . .	5602
	Lib. XXVII. . .	5615
	Lib. XXVIII. . .	5628
	Lib. XXIX. . .	5655
	Lib. XXX. . .	5669
	Lib. XXXI. . .	5679
	Lib. XXXII. . .	5695
	Lib. XXXIII. . .	5710
	Lib. XXXIV. . .	5737
	Lib. XXXV. . .	5761
	Lib. XXXVI. . .	5797
	Lib, XXXVII. . .	5819
Notitia Literaria	. . .	5837
Recensus Editionum	. . .	5849
Recensus Codicum Mss. qui in Bibliothecis Britannicis asservantur	. . .	5868
Index Geographicus	. . . .	i
Historicus	. . .	lxxxiv
Verborum ac Sententiarum	. .	cxvii

SERENISSIMO

DELPHINO

LUDOVICI MAGNI FILIO

JOANNES HARDUINUS, E SOCIETATE JESU.

IMMENSAS rerum naturæ opes tibi offero, SERENISSIME DELPHINE: quas cum Vespasiani filio majori natu Plinius Secundus olim dicaret, dignum Imperatoria patris majestate, dignum utriusque fastigio donum dedisse visus est. Credi aliis utique naturæ divitias nefas omnino est, quam quos tutores curandis populorum bonis, locupletandisque mortalibus, naturæ parens et auctor instituit. Quod si nascentem primo hunc Plinii partum dicari potissimum idcirco Tito [a] oportuit, cujus illa fertur inter Palatinos suos vox plena numinis, diem se perdidisse, quo die neminem beneficio devinxisset: quanto nunc idem est potiori jure, cum deterso squalore nitidus iterum, ut olim, emergit, tibi vel Patri nuncupandus: [b] quorum beneficia, (quod esse summum potest Principis æque ac subditorum votum,) et numero tam multa sunt, ut iis nullus non dies plenus excurrat: et genere suo tam illustria, ut eadem ubique præstita radient! Quid enim asserta per patrem magno proborum omnium plausu religio, qua nihil est in omni bonorum genere præstantius? quid eversa in regni visceribus tot impietatis delubra? quid sacra tot in oppidis, sive subjectis,

[a] Sueton. in Tito, cap. VIII. [b] Cassiod. Epist. III. 11.

sive fœderatis, atque in arce ipsa hæreseos, restituta? quid nuper remissa sponte semel iterumque vectigalium pars haud exigua? quid tot nobilium turmæ, hoc est, spes Gallici nominis ac roboris, ad subsidium bellorum, ad pacis ornamentum, regiis largitionibus altæ et educatæ? Quid inter gravissima bella, Batavicum, Belgicum, Germanicum, Sequanicum, Siculum, Hispaniense, Algerianum, Americanum, aliaque sine ulla offensione confecta, summa interim Galliæ tranquillitas? quid felicitas publica de LUDOVICO MAGNO credi aliud sinit ac jubet, quam etsi is omni regia dote pollet, tum maxime tamen communis omnium parentis Dei vicarium agnosci, cum et se patriæ parentem approbat, et in deliciis subditos, ceu liberos, habet? Dum tu interim, DELPHINE OPTIME, ingentibus vestigiis patris insistis: ac tristes alioqui futuras hac tempestate Camœnas respiciens, fovens, sustentans, ut facis, nos eo veluti proludio ad majorum etiamnum spem rerum excitas, quibus patrem, quantus quantus est, tuo pariter sæculo repræsentes. Delicias enimvero generis humani,[c] literarum alumnum, ac nutritorem bonarum artium, nunc si quis appellet: an Titum is indicasse magis, quam te, existimetur: cui has appellationes tot dotes egregiæ, tot eximia in orbem universum promerita asserunt? Ut candor illo animi, ut illa suavitas morum, tam apte conveniens cum hac Serenissimi appellatione, quæ tui legitima præfatio est, dum Majestatis nomen perseverat in patre: ut hæc, inquam, decora atque insignia, hanc sempiternam fore, qua vestro nunc beneficio fruimur, pacem serenitatemque, haud dubie appromittunt! ut palam hæc faciunt haud te magis ad Galliæ præsidium, quam terrarum orbi ad amorem, ad delicias, ad venerationem, cœlesti munere ac concessu datum! Ecquando jam literæ, quando hæ pacis artes vel arreptæ avidius, vel cultæ laboriosius, vel gloriosius dotatæ atque locupletatæ, quam cum institutioni tuæ servierunt? Testes antiqui tot scriptores, quos in

[c] Sueton. de Tito, cap. I. et III.

Palatium ipse deduxisti, quos triumphare in purpurâ voluisti, postquam in pulvere diu jacuerant: in quibus versandis diligens inprimis assiduusque visus es: ut deinceps sorderent privato nemini, qui Principi placuissent. Hæc videlicet immortalia beneficia sunt: non uni concessa Galliæ, sed orbi terrarum universo: nec ad brevem temporis moram, sed ad perennitatem ævi sempiterni mansura: quæ nullo non die auctorem suum ingerent et inculcabunt: in animo semper, quia semper in usu futura. Atqui nihil in iis voluminibus, quæ tibi dicata ante hunc diem, sparsum occurrit propemodum, quod non in isto prædivite rerum omnium penu, quem in præsenti sistimus, multo sit uberius splendidiusque collectum. Sive Latini sermonis elegantiam, sive sententiarum majestatem, sive styli acumen, seu rerum denique uberem copiam desideres, unus omnium vicem præstare Plinius jure possit. Quare quin tibi placeat vehementer, aut quin abs te gratiam impetret, quam reliquis haud conferendis cum eo præstitisti, omnino non diffidimus. Nos vero certe delectet inprimis necesse est argumentum multiplex in quo versatur: quod tuarum paternarumque virtutum suavissimam nobis subinde ac jucundissimam recordationem injiciat. Quid enim? Sempiterni nos stellarum cursus, occultæque siderum vires, primo operis hujusce limine ad sui admirationem trahunt? Aufert illico retrahitque animum felix imperii paterni cursus, ac Solis efficientiæ vestra consimilis in subditos benignitas: digrediique subito cogit a cœlo haud disparis in terris miraculi contemplatio. Terræ deinde ipsæ lustrantur: ac gentium, populorum, urbium, veluti nomenclatura quædam censusque peragitur? Occursat subinde verissima hæc cogitatio, utrumque tot populis, orbi huic utrumque regendo parem, ex quo sub grandi paternarum virtutum magisterio Delphinus adolevit. Medendi denique vires percensentur, quas herbis, frugibus, sylvisque ipsis, inenarrabili benignitate natura inseruit? Ecquis tum non animo reputat, quemadmodum omnibus malis

humanis, quod precabatur olim Augusto Valgius,[d] una Principis nostri medeatur majestas? Ecquis non simul hanc perseveraturam in hærede filio felicitatem spe præcipit, in quem a patre tum virtutes reliquæ innumeræ, veluti ex montium jugo flumina, profluxerunt: tum ea inprimis, quæ hic una dominatur, ceterasque una complectitur, beneficentissima indoles, caritasque patriæ? Vides hinc autem, SERENISSIME DELPHINE, quo instructum apparatu, quibus copiis ornatum hospitem Plinium sis excepturus: quam vel eo nomine acceptus tibi, quam jucundus nobis, non esse ille omnino non possit. Quare dum tuas ille fores pulsat, admissionis hujus auctorem factum esse me vehementer lætor: quod cum mihi muneris aliquid esset optandum, quod Societatis nostræ nomine ac vice offerrem: quæ est innumeris maximisque LUDOVICI MAGNI benevolentiæ obstricta vinculis: Mundus ipse, quem suo Plinius est complexus opere, sua sponte oblatus est: in quo nos mundi alterius cujusdam, hoc est, innumerabilium virtutum vestrarum symbola adumbratasque effigies: tu lætitiæ publicæ, ac privatim nostræ, argumenta recognoscas.

[d] Plin. xxv. 11.

PRÆFATIO JO. HARDUINI.

FESTIVUM illud quidem, sed et verissimum eruditorum effatum est, in Plinianum opus cadere illum aptissime de nave ac muliere Comici[a] vatis jocum:

Negotii sibi qui volet vim parare,
Navem ac mulierem, hæc duo comparato.
Nam nullæ magis res duæ plus negotii
Habent, forte si occeperis exornare.
Neque unquam satis hæ duæ res ornantur.
Neque ulla eis ornandi satis satietas est.

Annon enim prodigii simile est, rem tot tractatam curis ac vigiliis, minimam usque adhuc consummationem habuisse? ut quamvis priorum interpretum nonnulli tersum se et integrum exhibere Plinium jactitarint, Lucinam eos, quod ille ait, inclamasse fœtu nondum concepto eventus edoceat? nihil ut ad hunc diem opere illo depravatius, nihil inquinatius in lucem exierit: et in Pliniano adhuc agro,

Interque nitentia culta,
Infelix lolium, et steriles dominentur avenæ.

Quare Pliniani operis emaculandi explanandique provincia deposita fere ab eruditis est, quorum in animis scilicet insedit penitus ea persuasio, vel quantacumque diligentia, vel quam longissimo ævo, vel quam diuturnis vigiliis, exhauriri vix unquam hunc laborem posse.

Nos igitur, si quod ambustum hactenus, truncum, mutilumque extitit, nunc id tersum opus omni ex parte ac nitidum, atque integritati suæ post tot sæcula, post tot erudi-

[a] Plaut. in Pœnulo.

torum sudores, veluti postliminio restitutum: si emendatissima, quæ mendosa hactenus: si explanata omnia, quæ tetris adhuc obducta tenebris credebantur, hoc operis hujusce limine profitemur: quis non arrogantius, ambitiosiusque dictum, quam verius putet? Atque id tamen ipsum nisi maxima ex parte sit præstitum, quis non nostram inaniter collocatam operam, ac spem deinde eruditorum delusam exclamet? Plane ut si plura polliceri videar, quam tot ingeniorum lumina videre potuerint, fides: vel si minus præstem, quam sit hominum expectatio, fama hic nostra periclitetur, existimatioque operis.

Dicam tamen, nihil reprehensionem veritus, aut jactantiæ notam: quanto sum illis, qui ante me in hac arena desudarunt, ingenio industriaque inferior, tanto me plus laboris et diuturnæ curæ, quæ in hoc studiorum genere potissimum dominatur, tanto plus adeo opis ad operis hujus absolutionem attulisse. Facere itaque id sum aggressus, quod ante me nemo, ut sylvam hanc literariam, quanta quanta est, totam percurrerem, lustra scrutarer, monstraque errorum omnia, quibus ea scateret, minora quidem quam Herculea, sed multis longe partibus plura, profligarem.

Debet hujus operis suscipiendi expoliendique consilium literarum respublica Excellentissimo viro Carolo Sanctamauræo, Duci Montauserii, non civili modo militarique prudentia inclyto, qua præter claritatem generis viam sibi ad gratiam Principis et summos honores fecit: sed literatæ etiam sapientiæ alumno ac patrono: cui se illo sic addixit, ut jam studia et humanitatis artes per ipsum in Gallia patriam, sanguinem, spiritumque receperint: qui cum esset ab Christianissimo Rege Ludovico Magno Serenissimi Delphini institutioni præpositus, ut ei veterum monumenta omnia pernoscendi cupiditatem afflavit, sic privata illius studia ut in publicam simul orbis totius redundarent utilitatem, auctor fuit. Accessit etiam viri Illustrissimi Jacobi Benigni Bossuetii, Condomensis olim, nunc vero Meldensis Episcopi, auctoritas: quem virum cum divinis pariter humanisque

literis perpolitum inter doctissimos eloquentia, inter eloquentissimos doctrina, excellere toties Ludovicus Magnus per se didicisset, quoties e sacris pulpitis perorantem audierat, Gallia interim universa non concionibus modo, sed scriptis quoque plurimis ad coërcendam hæresim voluminibus applaudente, eum Ludovico filio Præceptorem ascivit. Nec minus fovit industriam nostram humanitate sua Vir Clarissimus Petrus Daniel Huetius Almetanus Abbas, quem singulare acumen ingenii, mira suavitas morum, omne doctrinarum genus, librorum, quos publici juris fecit, copia et eruditio, commendavit orbi, et qui maximum orbis judicio calculo pondus adjecit, intelligentissimo Principi Ludovico Magno, a quo vocatus in partem tanti muneris est, moderandorum Serenissimi Principis studiorum.

Nos igitur tantorum virorum, quibus suas publicasque spes Ludovicus Magnus commisit, auctoritati paruimus, consiliis morem gessimus: ut quantum id oneris est in Plinio illustrando fidenti animo subiremus, et Spartam hanc, quanta quanta est, exornandam aggrederemur.

Non fraudabimus tamen merita laude priores, quorum aliquæ fuere in hoc ipso negotio partes: et quanquam haud tritæ ab ipsis orbitæ insistimus, singulos tamen cum honoris præfatione juvat hoc operis aditu appellare: ut quid ab illis primo præstitum, quid a nobis deinde sit adjectum operæ, quibus gradibus ad hanc operis absolutionem perventum sit, palam fiat. Sunt videlicet veterum scriptorum libri, ac Plinii inprimis, eodem quo arva fato: nisi cura versentur sæpius diligentium virorum, sentes alunt et monstra, quibus tollendis e medio Hercules non unus sit satis. Itaque quid illi primum, quid nos deinde profecerimus, et quibus usi simus adjumentis, breviter commonstrandum.

Ut primum divino munere typis edendi libros ars est concessa mortalibus, publicandi statim Pliniani operis mentem viris cum nobilitate tum omni virtutum ac doctrinarum genere clarissimis Numen injecit. Quanquam alias nemo tam obscurus fuit, quin illustris esse cœperit, posteaquam huic operi manus admovit. Vulgavit igitur illud

omnium primus Joannes Andreas Aleriensis Antistes in Corsica. Hunc ille primus omnium agrum aravit; sed sentibus, ut ita dicam, adhuc reliquit rubisque plenissimum: quos extirpare deinde conatus est, nec infelici omnino exitu, vir genere, opibus, dignitate, ingenio, eruditione insignis, Hermolaus Barbarus, Patriarcha Aquileiensis, idemque postea in numerum Purpuratorum Patrum allectus. Is quidem anno MCCCCXCII. primum, iterumque adjectis anno subsequente Castigationibus secundis, lucubratione viginti duorum fere mensium, circiter quinquies mille crassiora sanasse se vulnera gloriatur.[b] Sed post messem adeo uberem, prædiviti adhuc et amplissimo spicilegio locum reliquit, si qui sagacius indagare vellent: et ipse in iis quæ attigit, sæpe nimium conjecturæ, memoriæ etiam plus quam hominem deceat, tribuit: uti paulo acerbius eam ob rem invectus in eum Pintianus olim exprobravit. Sed concessa facile venia *μνημονικῶν ἁμαρτημάτων*, quod minus mirum sit memoriam excidere aliquarum rerum, quam constare omnium:[c] at non venia dignus æque, cum neglectis veterum exemplarium vestigiis, et priscarum ante se editionum securus, plurima pro arbitrio, erudite magis quam caute, ac vere, mutavit, vel plane pessumdedit: cum plurima ex iis quæ castigavit, non errata illa sint, sed parum intellecta. Tantum nihilominus auctoritati Barbari subsecuta ætas, eruditionique tribuit, ut conjecturas illius, ceu totidem *κυρίας δόξας* in contextum inseruerit, unde eliminandæ a nobis variis argumentis fuere. Sensit jamdudum hanc labem operi Pliniano illatam auctor Epigrammatis alias haud perelegantis, in Commentarios a Stephano Aquæo editos, de quibus agendum mox erit. Sic enim ille:

Dum facere Hermoleos medicinam Barbarus optat
Non paucis lacero vulneribus Plinio:
Perlæsum gravius conjecta vulnerat arte:
Nec minus incauta plurima turba manu.

[b] In Epist. ad Alex. VI. Pont. Max. [c] In Observ. Plinianis ad XII. 2.

In tantum ut Latio jam deploratus abiret,
Ob multa in Stygias vulnera fessus aquas, &c.

Felicior aliquanto Sigismundus Gelenius, qui uno duntaxat archetyporum præsidio, collatis inter se exemplaribus, non pauca restituit, quæ Hermolao latuerant, ediditque castigationum volumen haud contemnendum, anno MDXXXV. Vetustorum is auctoritati codicum ac fidei tantum tribuit, quantum detrahere iisdem visus est Hermolaus. Hic enim sua profert in medium, ductis ex multigena lectione conjecturis: Pliniana Gelenius ex conditivis duobus libris revocata affert, nec multa illa tamen, sed satis proba.

Gelenii methodum ac rationem imitatus deinde anno subsequente Rhenanus, cui prænomen Beato, vel Bildio fuit. Is e mendis pariter et ruinis veterum exemplarium germanam eruere scripturam quibusdam in locis conatus est, hoc est, aurum colligere ex stercore: atque in Pliniana præfatione, prioribusque libris quatuordecim, opellam suam quantulamcumque passim commodavit.

Quadriennio post Stephanus Aquæus (vulgo apud suos *De l'Aigue, de Beauvais,*) Biturico Galliæ agro oriundus, vir nobilis inprimis, ac militia quoque exacta egregie sordidus, Commentarios scripsit in omnes Plinii libros: sed mole magis quam eruditione insignes. Nec vero emendationes ullas habet, quam quas a Rhenano mutuatus est: et ea fere in quibus salebrarum est aliquid aut ambagis, solet is, ceu foveam, securus prætergredi.

Anno MDXLIV. Ferdinandus Nunnez de Guzman, ex perillustri Guzmanorum familia, patre Præfecto ærario Regis Hispaniarum, Pintianus a patria Salmantica scilicet, quæ et Pintia dicta, cognominatus, Observationibus suis, qua Mss. codicum ope, qua veterum auctorum lectione, universum Plinii opus, præter librum postremum, reddere limatius aggressus est: ac si Lipsio [d] credimus, 'per Plinii sexcentas salebras et æstuantia vada pervasit, felici quodam ingenii et judicii vento.' Usus est Mss. duobus, Sal-

[d] Elect. II. 8.

manticensi, et Toletano: probatis illis quidem, sed mutilis magna ex parte, ac truncis. Contulit cum Plinio e priscis auctoribus aliquos: sed ita ut neque Græcos sua lingua consuluerit, (id quod de Dioscoride inprimis animadvertimus,) et ad ceterorum mentem Pliniana sæpe scripta torqueat, textumque plane invertat, cum expedire se aliter nequit, nodumque scindat, cui solvendo se non esse parem intelligit, audaci magis quam laudando conatu. Fateri tamen illum necesse est, vel paulo, quam Barbarus fuit, religiosiorem fuisse, qui conjecturas suas Pliniano operi sponte non inseruerit: vel haud æque instructum ab amicis, quibus inventa sua sic probaret, ut ea in contextum adderent.

Fuit modestiæ aut sortis non omnino absimilis Jacobus Dalecampius, Cadomensis e Neustria, non infimæ notæ ævo suo Medicus: qui cum duplicis generis notas in Plinium ederet, alteras emendandi causa, alteras illustrandi: priores margine libri coërcuit, jussitque intra eos fines continere sese, nec irrumpere in contextum. Et sunt sane omnes audaciusculæ conjecturæ, nec ullæ omnino sat felices. 'Dalecampius,' aiebat olim nonnemo,[e] 'vir alioqui bene doctus, Plinium emendandum et excudendum suscepit: sed qua est audacia, omnia invertet et corrumpet: quia, quod multi solent, si hoc illudve vocabulum non arridet, statim immutat, ac sæpe in deterius.' Vates fuit; nec pauciores idcirco cum eo fere, quam cum amanuensibus, qui Plinium corrupere, conserendæ nobis pugnæ fuerunt.[f]

Quod ad posterioris generis Notas ab eo editas attinet, nec perpetuas illas fecit, nec satis argumento accommodatas, et plerasque etiam plenas inanitatis ac falsitatis. Nam neque Cosmographica omnino, nec Geographica fere attigit, quæ pars operis istius haud minima, nisi ut corrumperet obiter falsis oppidorum ac regionum interpretationibus.

[e] Scalig. in Scaligerianis.

[f] Harduini Editio secunda hic loci subjungit: 'Animadvertimus etiam postmodum, quas ille, tanquam ex Vet. seu vetere exemplari, vel ex M. hoc est, manuscripto codice profert, varias lectiones, non aliud eas jure videri, quam eruditi cujuspiam unius alteriusve ad oram libri appositas conjectationes.']

Ex Hadriano Junio deinde, Cælio Rhodigino, Alexandri ab Alexandro Genialibus Diebus, atque istiusmodi sectæ hominibus, ubi se vel minima aura offert, multa congerit et confercit, quæ ad eruditionis famam aucupandam valeant aliquid sane, sed sint eadem a Pliniani operis illustratione aliena quam maxime. In re deinde herbaria, vir alioqui in eo genere, ut præ se tulit, exercitatus, qui volumina duo ingentia hoc de argumento effudit, mirum quot in errores ipse inciderit, quot Plinio idem objecerit, quorum expertem eum et immunem esse suis locis docturi sumus. Sed incredibile dictu est, quot in re medica, hoc est, in ea arte in qua excellere potissimum illum decuit, σφάλματα admiserit: sive cum medicamenta a Plinio proposita perperam accipit: sive cum allatis variorum codicum lectionibus, incerta ea remedia facit: sive cum ex iisdem correcto vel corrupto potius Plinii contextu, medicamenta falsa pro veris obtrudit: sive denique cum præpostera interpretatione Pliniana placita ad genus morbi transfert plane diversum ab eo quem Plinius intellexit: et interpunctione perversa remedia permiscet permutatque, nimium sane quam periculose. Atque hæc tamen opera est, in qua sudasse se et anhelasse, ærumnamque decennalem perpessum esse, in præfatione operis contestatur.

At non omni ex parte nihilominus aspernandus viri labor. Debemus enim ei antiquissimi codicis, qui Chiffletii fuit, Medici Vesontini, varias lectiones, quas summa fide ac diligentia margini suæ editionis attexuit: alteriusque, qui Cujacii fuit. Et ambos utique, ubi opus erit, in testes advocabimus astipulatoresque Emendationum nostrarum.

Hi fere sunt qui totum opus percurare quoquomodo aggressi sunt: ceteri, quorum est ingens turba, vel locos duntaxat aliquos saltuatim ex toto opere delibatos, ac veluti in transcursu attigere: vel particulam aliquam ex tam immani corpore resectam delegere, in qua elaborarent.

Priorum e numero familiam ducit Philippus Beroaldus, qui notulas breves editioni Parmensi subjunxit, tribus ferme pagellis comprehensas.

Annotationum Centurias duas, paucissimis quibusdam librariorum mendis velut in transcursu subnotatis, conscripsit M. Antonius Cocceius Sabellicus, Bibliothecæ, quam Venetiis Bessarion publicarat, Præfectus: in quibus sunt admodum pauca scite animadversa: cetera conjecturæ omnino infelicis.

Robertus de Valle, Rothomagensis, Compendium, sive Excerpta e Plinio, et Plinianorum difficilium in Naturalis Historiæ libris expositionem, ad Renatum Carnotensem Episcopum inscripsit, anno MD. opus nullius eruditionis, nulliusque fructus, aut pretii.

Adde his Raphaëlem Volaterranum, in libris de Geographia: Guillelmum Budæum, in libris quos de Pandectis inscripsit, et quos de Asse: Hadrianum Turnebum in Adversariis, aliosque Criticos, qui suas animadversiones, miscellaneas observationes, racemationesque, vel una aliqua in Plinium obiter adjecta nota nobilitari, symbolamque suam dare in hanc veluti cœnam decori sibi esse duxerunt. Adde iterum, si lubet, Antonium Nebrissensem, quem in obscuriora Plinii loca, et Joannem Andream Straneum, quem in omnes Plinii libros, et Christophorum Longolium, quem in undecim priores, exarasse Annotationes aiunt: sed eas hactenus ineditas, ut quidem remur: uti et Diguili Grammatici excerpta ex Solino et Plinio, quæ in membranis extare Salmasius ait, in Exercit. ad Solin. pag. 4. D. de Aylva similiter, (forte, de Sylva) Frisii Medici, Commentarios in Plinium, quos laudat Muntingius, opere singulari de herba Britannica, pag. 121. nec vidimus, nec vulgatos putamus.[s]

Jam qui partem hujus operis aliquam sibi sumsere, ut in ea potissimum elaborarent, hi fere sunt:

In Præfationem ad Titum. Marinus Becichemus Scodrensis, anno MDXIX. Nicolaus Perottus Episcopus Sipontinus, auctor Cornucopiæ: quo opere ea elucubratio

[s In Editione secunda additum insuper: 'Denique Nicolaum Beraldum, sive *Beraud*, quem nonnemo nuper prodidit aliquid in Plinium exarasse, prorsus nec vidimus, nec novimus.']

continetur, pag. 1033. cum Cornelii Vitellii in eandem Plinii Epistolam annotationibus. Franciscus de Villalobos, Glossam Naturalem edidit in Plinii Historiæ Naturalis primum et secundum librum, Compluti, apud Mich. de Equia, MDXXIV. in folio. Nec scriptoris hujus, nec trium subsequentium lucubrationes in manus nostras adhuc pervenere. Martinus de Figueredo, Commentum in Plinii Naturalis Historiæ Prologum. Olisipone, MDXXIX. folio. Antonius Ferrariensis, laudatus a Pictorio in scholis ad Marbodei librum de Gemmis, fol. 38. quem librum Pictorius edidit, anno MDXXXI. Antonius Flaminius. Sunt qui Lucii prænomen fuisse ei velint. In Plinii Procœmium Naturalis Historiæ commentariolum scripsisse perhibetur. Hadrianus Turnebus, qui suas in Præfationem Plinii notas debere se Viro Cl. Guillelmo Pellicerio Monspessuli Episcopo profitetur. Polycarpus Palermus Veronensis, libros tres, De vera C. Plinii Secundi patria, atque ea Verona, scripsit, ad eum Præfationis Plinianæ locum, 'Catullum conterraneum meum:' quibus Pauli Cigalini Medici Novocomensis, et aliorum, sententia confutatur. Veronæ, MDCVIII. 4to.

In Librum Secundum. Georgius Valla, Venetiis MDII. in 4to. Neque hujus Commentarium videre adhuc licuit. Jacobus Zieglerus, Bavarus. Basileæ, MDXXXI. in folio. Addita eodem volumine Georgii Collimitii, et Joachimi Vadiani in eundem librum secundum scholia quædam. Jacobus Milichius, Mathematum Professor, in schola Vittembergensi, anno MDXXXIV. in 4to. Rodolphus Goclenius, Marpurgi Cattorum, MDCXII. in 12mo.

In Librum Septimum. Edvardus Fernandez paraphrasin edidit Hispali ad hunc Plinii locum, cap. 50. 'Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.' Et Apologiam deinde pro sua illa paraphrasi, adversus Joan. de Luna Vega, Doctorem Medicum. Franciscus Ximenez Guillen, 'Quid sit per sapientiam mori' apud Plinium, Hispali quoque publicavit, cum Apologia pro sua expositione, adversus Joannem de Luna. Joannes de Pineda, e Socie-

tate Jesu, 'De C. Plinii loco inter eruditos controverso: 'Atque etiam morbus est aliquis per sapientiam mori.''

In Librum Nonum. Franciscus Massarius Venetus, in librum Plinii nonum Naturalis Historiæ, de Natura Aquatilium Commentarium edidit. Prodiit Basileæ primum anno MDXXXVII. 4to. Scholia in Plinium et Oppianum de Piscibus Cæsarius edidit Argentorati, MDXXXIV. 4to.

In Librum Undecimum. Nicolaus Rigaltius, in laudem Card. Barberini, cujus in stemmate gentilitio visuntur apes, hujus libri particulam eam quæ de apum natura agit, ad fidem Mss. codicum emendatiorem edidisse perhibetur, haud illa tamen adhuc visa nobis.

In Librum Decimum Tertium. Caput illud quod in papyri Ægyptiacæ explicanda natura ac forma est, singulis commentariis Melchior Guillandinus et Josephus Scaliger prosecuti sunt, inter se convitiis etiam digladiantes de vero loci ejus intellectu, quem neuter plane est assecutus, ut suo loco dicemus.

In Librum Decimum Nonum et subsequentes, de re herbaria. Nicolaus Leonicenus libellum edidit de falsa quarundam herbarum inscriptione a Plinio, Argentorati MDXXXVI. Quo volumine comprehensa quoque Pandulphi Collinutii defensio, adversus Nicolaum Leonicenum Pliniomastigem.

In Librum Vicesimum ceterosque subsequentes libros. Joannes Fredericus Gronovius in aliquot posteriorum librorum loca Notas edidit anno MDCXLVIII. ersus a libri vicesimi capite decimo sexto: miscellaneas quoque fere duodenas animadversiones in libros priores. Sunt omnes eæ numero quidem paucæ, aliquanto etiam prolixiores: at pleræque certe felici conjectura, quibus nostras esse similes universas optamus. Quanquam nec consuluisse fontes Græcos fere is videtur, in quibus singulare subsidium inesse ad hoc opus, lectori non omnino harum rerum rudi palam fore confidimus.

Sed vicisse omnes existimari volnit vegrandi mole duorum voluminum, quibus Plinianarum Exercitationum in So-

linum nomen fecit, Claudius Salmasius. Quo in opere ut sint quam plurima sane dicta erudite: quis enim id neget? at sunt aliena tamen ab instituto, hoc est, a Plinio illustrando, pleraque: et quæcumque in Plinio sunt difficilioris paulo explicatus, quæ sunt propemodum infinita, prætermissa interim ab eo, nec leviter quidem delibata: quicquid demum boni ac probabilis, quod ad Plinium quidem attineat, ea lucubratione continetur, id fere totum est ex alienis hortis surreptum, quos suis locis indicabimus: quicquid de suo primum excogitavit ac protulit, quod eodem spectet, ei fere oportuit theta nigrum a nobis præfigi: id quod sine ulla tamen acerbitate facturi sumus, a qua longissime nostri mores absunt.

Libellum is præterea edidit, quem inscripsit 'De Plinio Judicium,' et 'De Homonymis:' ubi Plinio dicam scribit, quod sub diversis nominibus easdem omnino plantas diversis locis describat: perinde quasi non idem Galenus usurparit, libris de facultate simplicium medicamentorum inscriptis, in Astere Attico, et Bubonio, aliisque. Sed sunt et alia ejus libri *παραράματα*, quæ suis locis notabuntur.

Itaque post tot summorum virorum lucubrationes, si quis roget quid ab iis effectum sit tot curis, tot vigiliis, tot sudoribus, quid deinde laboris supersit: dicam audacter, quod est apud eruditos in confesso: plus uni mihi deinde superfuisse, quam quantum a singulis jam exhaustum sit, plus etiam quam quantum ab omnibus. Nam et vix partem operis millesimam attigere universi: et retractandæ nihilominus singulorum lucubrationes, discrepantes codicum lectiones simul excutiendæ, ut quæ sinceræ forent dijudicaremus, quæve adulterinæ.

Γεωγραφικὰ, ut appellant, hoc est, terrarum situs, quam in partem maxime negligentia librariorum atque imperitia carnificinam exercuit, restituendus ac sanandus fuit: truncata, divulsa, confusa, conflataque nomina, quæ tamen fere, ceu genuina, Ortelii Lexica ceterorumque admisere, suo primum nitori, suoque deinde loco ac situi, unde perversa interpunctione exciderunt, reddenda: quod quanti fastidii

fuerit, vix ii intelligent, ad quos nulla pars tædii, sed operis utilitas una perveniet. Historicas deinde narrationes, placitaque propemodum innumera, in quibus lapsum errore Plinium vulgus credit, idoneis probatissimorum scriptorum testimoniis constabilienda. Discutiendæ item curationes medicæ, et suis quæque aptandæ morbis, non alienis ascribendæ, quibus præpostera interpunctio remedia sæpe aliena affinxit. Fides denique integerrimo ubique restituenda scriptori, fama ejusdem et existimatio sarcienda. Quod quidem quibus adjutus præsidiis præstare sim conatus, qua tandem via et arte id effecerim, quod spondeo, ut non multo emendatior modo prodeat, quam hactenus fuit, sed et politior, nitidior, integrior, quam ceterorum ullus Latinorum scriptorum, nunc tandem aperire operæ pretium est.

Accurata primum ac diligens Mss. codicum collatio adhibita, et quidem plurimorum. E Bibliotheca primum Regia, cui nunc Vir Clarissimus, nobisque conjunctissimus amicitia, Thevenotius præest, duos præsertim utendos habuimus: alterum annorum octingentorum, quingentorum alterum, qui fere cum Chiffletiano superius laudato a me codice congruit. E Bibliotheca deinde Viri Illustrissimi Joannis Baptistæ Colberti, qui nuper in Suprema Ærarii Regii Præfectura obiit, omnino quatuor, quorum perhumaniter, ut solet, copiam nobis fecit Vir Cl. Steph. Baluzius. In his codicibus quatuor Thuanæus est, quem Salmasius sæpe testem advocat in Exercitationibus Plinianis. Itaque usi sumus iis exemplaribus, quæ tam publici juris esse possunt, quam nostri fuerunt: ne publicæ credulitati ignota laudando, nec satis certo loco delitentia, imponere videremur.

Usi præterea et altero optimæ notæ codice, quem Parisiensem nuncupamus, quod sit is in ea urbe in qua sumus, et in Bibliothecæ, quam curamus, scriniis reconditus.

Advocavimus interdum in partes Chiffletiani exemplaris fidem, et Fuxensis, vetustique item alterius, quorum dis-

crepantem ab aliis scripturam Dalecampius in sua editione exhibuit. Item Toletanum et Salmanticensem, quos Pintianus laudat. San-Victorinum quoque (etsi nunc amissum audio) cujus lectiones variæ in libros Plinii aliquot, eruditi cujuspiam viri manu exaratæ, in Bibliotheca nostra asservantur.

Fecit et amicorum comitas, ut aliorum præterea exemplarium fidem atque auctoritatem, etsi procul abessent, in consilium adhibuerimus interdum de difficilioribus locis. E septem Vaticanis codicibus sumta testimonia Petro Possino debemus, qui tum Romæ agebat, viro e Societate nostra, editorum operum copia et multiplici doctrina celebratissimo. E Lugdunensi, P. Charonerio, Bibliothecæ ejus Collegii Præfecto. Ex alio denique, qui olim sancti Michaëlis fuit, nunc est Cœnobii Rhedonensis, P. Mauro Audrenio, e Benedictina familia.

Contulit præterea nonnihil opis, etsi perpusillum, Illustrissimi Viri Guillelmi Pellicerii Episcopi Monspeliensis, qui literarum ævo suo, et idem ordinis sui decus atque ornamentum fuit, gemina lucubratio, manu ipsius exarata, qua Bibliothecam ipse nostram donavit: altera, quæ constat variantibus, ut aiunt, lectionibus plurimorum codicum, ad oram libri annotatis: altera prolixior paulo, notis et conjecturis in libros Geographicos, tum sparsis subinde veluti flosculis in librum octavum, qui de animalium natura agit: tum nonnulla quoque ex parte in librum septimum, et nonum, ubi facto demum fine conquiescit. Verum in Geographicis ille conjecturis modo et Mss. non utique probatissimis utitur: Græcum scriptorem, qui de situ terrarum egerit, laudat sequiturque neminem: in octavo, Aristotelem unum. Quoties tamen ex eo profecerimus, non solum confitebimur, sed et prædicabimus: hominem, ut par est, cum honoris præfatione appellantes: atque ubi refellere opus erit, id salva tanti viri reverentia pariter facturi sumus, sæpe etiam ne de nomine quidem tum appellato.

Posteriores hasce Pellicerii Observationes, marginalesque alias ejusdem manu scriptas in decem priores libros,

de quibus inferius dicturi sumus, vidit Nicolaus Rigaltius, selectasque ex iis quamplurimas in oram libri sui transvexit. Inspectæ illæ sunt enim obiter a nobis et cursim, ante annos quinque, facta vix ejus libri quasi per transennam inspiciendi copia.

Verum nec unicum fuit, nec præcipuum in codicibus Mss. ut pristinam ad speciem nitoremque Plinii scripta revocaremus, subsidium præsidiumque: nedum ad illustrandum. Evolvenda fuere volumina sexcenta, tum prisca, tum recentia, tum Græce scripta, tum Latine: neque evolvenda solum, sed et diligenter conferenda alia cum aliis, cum Plinio singula: ut vel sic sincera loci emendatio, germanusque intellectus non pateret modo, sed et ita communiretur, ut convelli deinceps non posset ulla vi criticave censura. Et illustrando quidem Pliniano operi cetera, emendando vero eorum inprimis scripta profuere, vel per quos profecisse se Plinius fatetur, ut Aristotelis, Theophrasti, Catonis, Varronis, Columellæ, et aliorum, qui sunt numero propemodum infiniti, mole librorum ac difficultate insignes: vel qui Plinium transcripsere ipsi olim, ut Solinus fecit, Martianus, Plinius alter Valerianus, Marcellus Empiricus, Q. Serenus Samonicus, Isidorus Hispalensis, et auctor libri de Mensura Orbis Terræ, qui nondum editus in lucem est: vel denique qui ex iisdem fontibus hauserunt, unde suos Plinius hortos rigavit, ut Agathemerus, Athenæus, Dioscorides, Galenus, Sextus Platonicus, ceterique, quorum huic præfationi subtexemus Indicem.

Hic demum Lydius lapis est, hæc obrussa: ad horum scripta Plinianæ scripturæ veritas metienda: quid in eo mendosum tinniat, quid subæratum, quid adulterina forma percussum. Nam si in vetustis exemplaribus hæreas modo, cum ipsa inter se sæpe dissideant, cum sint inquinata æque eruditorum conjecturis, atque librariorum inscitia, cum verbis alioversum acceptis pro genuino Auctoris sensu falsam ac depravatam interpretis sententiam recipere sæpe cogamur: quis demum litium finis est futurus, nisi probatissimis codicibus astipulatorem quempiam e gravissi-

mis auctoribus adhibeas, calculumque ejus adjungas, cujus ope sua demum orationi Plinianæ sententia integritasque constet?

Horum nos testimonia si proferimus sæpe in medium, si consensum proponimus antiquitatis totius cum Plinio, si rempublicam ingeniorum vadem pro eo sistimus, ut minus jucundum id nonnullis esse videatur, quis utile inficietur? aut quis jure succenseat, cum justi commentarii vice ea ipsa loca sint, quibus Plinii sententia emendatur, defenditur, intelligitur? Emendatur porro sic, ut nullus deinde supersit alteri conjecturæ locus: ita defenditur, ut tot suffragiis auctorum communitus nihil jam extimescat, sed sit extra maledicentiæ tela positus: sic demum intelligitur, ut ne nostræ quidem interpretationis lucem fere desideret. Sed quantæ præter hæc voluptatis fore putandum est, deprehendi statim, quæ et unde mutua Plinius acceperit, expressis indicatisve locis, quæ secutus sit? ejusdem simul errata coargui, si quæ sunt, iisdem inter se collatis? Interdum in Dioscoridis concedere sententiam (placet enim in hoc exemplum statuere) ne mentitus: abire nonnunquam diversum, ne mutuatus ab eo, quæ affert, existimetur. Potuisse enim equidem arbitror (nam et hoc obiter indicandum) eum appellare inter ceteros per quos profecit: noluisse autem, tum quod ipsos præ manibus auctores haberet, ex quo suam Dioscorides Epitomen consarcinavit, Democratem, Ophelionem, Cratevam, Dioclem, Heraclidem, Sextium Nigrum, Hicesium, Petronium, Anaxilaum, ceterosque eruditionis et famæ majoris: tum quod jure aspernari videretur Dioscoridem Plinius, hoc est, homo Romanus externum hominem, quem sui quoque populares vel inscitiæ sæpe coarguant, ut is, qui post annos aliquot vixit, vir judicii in eo genere limatissimi Galenus:[h] ac deinde Photius:[i] vel certe negligunt, ut Athenæus: qui cum in Græcis auctoribus appellandis minime alias parcus sit, Dioscoridem ne semel quidem laudarit.

[h] Galenus, lib. VII. de Fac. Simp. Medic. pag. 194. et lib. XI. pag. 301.

[i] Photius cod. 178.

Hæc igitur subsidia, hæc laboris nostri adjumenta fuerunt, quibus in singulis conquirendis quantum laboris insumtum sit, facile ii æstimaturi sunt, qui hoc genus studiorum quam sit fastidii tædiique plenum per se ipsi norunt. ‘ Veneficia mea, Quirites, hæc sunt,’ inquiebat ille,[j] qui cum in parvo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam examplissimis vicinitas, in invidia magna erat, ceu fruges alienas pelliceret veneficiis: ‘ Nec possum,’ adjecit idem, ‘ vobis ostendere aut in forum adducere lucubrationes meas, vigilias, et sudores.’

Ne vero inaniter nostra collocata opera existimetur, scito bis mille amplius a nobis sublata flagitia, propter quæ eximium opus non pauci tanquam senticetum, aut pestilens lemuribusque infame domicilium, devitabant. Horum præcipua tum ex eorum Indice intelliges, tum ex Emendationibus fusioribusque Notis, quas, Lipsium imitatus ad Tacitum, in calcem cujusque libri conjeci: ubi plenis velis vectus omnia latius inflatiusque exponerem, totosque, ut ita dicam, rudentes laxarem, ac stylo liberius indulgerem. Quod in multis fieri fuit necesse: nam et Emendationum ratio pluribus verbis reddenda, et altercationes dirimendæ, et innumera uberius explicanda, quæ vel difficultatem haberent, vel novitatem. Fuit illud interim simplicis ingenii: quod menda multa sine ullo verborum fuco expunximus, procul omni pompa ac venditatione, præfationibus summotis omnibus, dissimulatoque etiam in plerisque rebus inveniendis labore, ne mirari nostra videremur, ac legentem defatigare prius, quam pascere.

A nostris procul est omnis vesica libellis:
Musa nec insano syrmate nostra tumet.[k]

Juvabit interim scriptorum veterum menda plurima, quæ nos primi sustulimus, animadvertere: recentium vero, qui de situ terrarum, (Geographos appellant,) quique de animalium, piscium, aviumque natura, et qui de re herbaria medicaque, volumina concinnarunt, errata non pauca, quæ

[j] Apud Plin. XVIII. 8. [k] Martial. IV. 49.

nos indicabimus, intelligere. Neque enim nos diffitemur ab Ortelio, Holstenio, Aldrovando, Bellonio, aliisque, a Lexicographis quoque ipsis sæpenumero dissidere, in locorum, et animalium, herbarumque vernaculis nominibus signandis: sed gravissima fuere dissentiendi argumenta, ingentesque causæ: de quibus judicium faciet omnis eruditorum Senatus.

In Geographicis quidem vetustos auctores, Tabulas nauticas, Itineraria veterum recentiumve scriptorum, Inscriptiones antiquas, Notitias Ecclesiasticas Græcas pariter ac Latinas, veteres nummos, aliaque similia adjumenta adhibuimus: quæ prioribus aut latuere omnino, aut difficilioris visa sunt explicatus, molestique fastidii. Sed et viros præterea, qui loca ea lustrarunt, Asiæ maxime, Græciæque, Syriæ ac Mesopotamiæ, in hac parte, indices locorum habuimus, et operis adjutores.

In animantium deinde natura explicanda, quantum est auctorum veterum ac recentium, qui sint in eo argumento versati, ascivimus. In re herbaria, non eos modo qui de ea commentati sunt, sed et eam, quæ hic maxime ac prope sola dominatur, *αὐτοψίαν*: quod et Plinius in suo hoc opere concinnando fecisse gloriatur.[1] Paucæ sunt enim ex herbis iis, quas Plinius attigit, quæ non fuerint a nobis in Horto præcipue Regio animadversæ diligenter, tum maxime cum singulari cura is coleretur, totidemque fere herbarum genera reapse exhiberet, quot in indice typis edito anno MDCLXV. continentur. Sunt singulæ, inquam, ibi præsertim, aliisque in hortulis, a nobis exploratæ, omnibusque fere notis congruere cum Pliniana delineatione deprehensæ.

Denique in re medica, et eos diligenter cum Plinio scriptores contulimus, a quibus ille mutuum accepit, et qui ab eodem deinde pariter mutuati. Horum autem omnium, ubi res poscit, verba proferimus: iisdem interdum, brevitatis studio, supersedemus: designari locum satis esse rati: tanquam si non doceamus ibi, sed admoneamus docturos.

[1] Lib. XXV. sect. 5.

Ut multa vero sint ea quæ animadversuri sumus in Notis, non est verendum tamen, uti remur, ne prolixiores videamur iis, qui nihil de fæce, quod aiunt, haurire nos facile paterentur. Neque enim trita aut ante pedes posita afferemus: non congeremus fere præmissa a ceteris, nec hortum quem colimus alienis irrigabimus rivulis: nec denique, quod Noster monet, diligentiam affectabimus in supervacuis. Quamobrem si diffusum id nimis opus cuipiam nihilominus videatur, id responsi feret, quod reposuisse acute Plinius alter perhibetur, cum villam aliquam perelegantem particulatim amico depingeret:[m] 'Non epistolam quæ describit, sed villam quæ describitur, magnam esse. Brevem esse, qui facit quod instituit: si materiæ immoratur, non esse longum: non excursum hunc, sed opus ipsum esse.'

Ac frontem quidem ipsam Pliniani operis multo politiorem nitidioremque, quam fuit hactenus, exhibemus: priore libro integro, qui ceterorum index est, quem priorum editorum negligentia abdicarat, ad fidem Mss. codicum, Reg. 1. 2. Colb. 2. et Thuanæi, nunc primum in lucem prolato: ablegato interim altero, quem imperiti audaculique viri ex officina sua, et ex lemmatibus capitum, quæ confinxerant ipsi quoque pro arbitratu, pro vero ac genuino, concinnatum obtruserant. At ubi nihilominus in eo ipso quem repræsentamus,[n] excidisse quidpiam licuit suspicari, lacunam ibi ex conjectura supplevimus: diversoque, hoc est, Italico pingendi charactere edi curavimus: uti ab auro Pliniano dignosci paleæ nostræ ac secerni possent. Additi denique numeri, qui sectionibus responderent, in quas singulorum librorum postea esset subsecanda materia.

Subjunximus deinde Auctorum Syllabum, qui toto opere a Plinio appellantur. Horum plerisque non sua modo nomina, detrita ante, truncata, corrupta, ignota, sed et famam

[m] Plin. Epist. v. 6.

[n] In Editione secunda inseruit Harduinus: 'qui nec Plinium ipsum fortassis auctorem sapit,' paulo post deletis: 'uti ab auro Pliniano dignosci paleæ nostræ ac secerni possent.']

quoque suam restituimus: ut jam et ipsi qui sint, et quæ ætas, quæ patria, quæ scripta denique, non omnia quidem, (id enim nec nostri est instituti persequi, et est infiniti laboris,) sed ea modo per quæ profecisse videri Plinius noster possit, manifesta sint. Quoties autem appelletur eorum quisque a Plinio, ex Indice singulari, quem in calce operis subtexemus, nullo negotio statim constabit.

E reliquo opere titulos seu lemmata capitum plane sustulimus: et quod Plinium ea non habent auctorem, et quod nihil insulsius dici aut videri potest, quam præposterus plurimorum lemmatum situs, ut suis locis commonstraturi sumus. Quid quod et recepta hactenus capitum sectio, qua totum Plinii opus divisum ac dissectum est, in antiquioribus paulo ac melioris notæ libris nulla est: et alia in pervetustis editionibus, in sequentibus alia: in utrisque sæpe digna risu, ubi multa perperam distracta a superioribus, quibuscum ea cohærere oportuit: divulsæque sæpenumero sententiæ integræ, parte sua præcedenti capiti hæreant, altera faciant subsequentis initium? Atqui veterum quicumque lectos a se Plinii libros commemorant, Tertullianus, Augustinus, Gellius, Macrobius, aliique, librum quidem ii indigitant, designantque: minutias capitulorum, nemo. Singulis enim libris continuata rerum series continetur, quamobrem et historia vocitatur: sic ut aliæ res nexæ ex aliis, narrationis serie copulatæ, et omnes inter se aptæ colligatæque sint: nullum ut pateat interstitium, fallente transitu, ut in Historiarum Herodoti, Thucydidis, et Livii libris. Nos nihilominus in totidem particulas secuimus, quas sectiones eam ob causam libuit appellare, quot signatas ab ipso Plinio in Indice intelligere licuit: et priscos tamen numeros capitum, qui fuere in usu hactenus, asservari in margine voluimus, ut citata in libris ad hunc diem Plinii loca per capita, in hac quoque editione nostra vel sic occurrant.

Indicis denique facta accessio, non qualis primum a Joanne Camerte e sacra Minorum familia viro religioso et erudito, concinnatus est olim Viennæ Pannoniæ, anno

MDXIV. etsi is deinceps in omnibus fere Plinii editionibus est adoptatus: sed verborum plane singulorum: quoniam bona pars Latinæ linguæ hoc uno continetur opere, in quo et vocum occurrit propemodum copia infinita, et significatus singularis.

Hanc porro rationem in explanando tam erudito tamque diffuso opere secuti sumus, ut ne sæpius a nobis eadem dicerentur: ut semel tantum, propter institutam rationem brevitatis, abstrusiores paulo voces et propriæ locorum, animalium, agricolationis, vindemiæ, morborum, herbarum, ceterorumque ejusmodi, explanarentur: quo autem loco, intelligendum ex Indice: priore enim fere loco ac numero res ea deciditur: de qua si quoties occurrit ea, disceptandum foret, in ingentem molem Commentariorum istud volumen excresceret. Sic tamen interim habeto, nullam a nobis esse prætermissam voculam, cui difficultatis aliquid subesse suspicio foret: nullam intentatam, indictamve: sic ut cum paucæ quædam incerti nobis significatus essent, quas in tanta rerum bonarum copia præterire, non modo sine ullo famæ dispendio liceret, sed etiam tutum esset, vel dictante proverbio, 'Quæ dubites, ne feceris:' maluerimus tamen id ingenue profiteri, ac minus callidi in nos existimationemque nostram, minusque astuti videri, quam minus ingenui ac simplices.

Nec dubitamus etiam quin politi magis hi Commentarii exire potuerint, si plus temporis et otii fuisset ad eos recognoscendos limandosque: aut quin notas ex iis haud sane paucas in ipsa præli festinatione effusas fuisse res ipsa proditura sit: sed nunc quidem laudem illæ non quærunt: satis erit si veniam mereantur. Et spes est alioqui nobis multorum exemplo scripta nostra, quamvis edita jam pervulgataque, cum id necessitas poposcerit, sub incudem revocare, ut quod informatum modo inchoatumque est nitescat magis, et editione altera absolutius limatiusque in publicum prodeat.°

[° Totum hunc Paragraphum: 'Nec dubitamus,' &c. in Editione secunda delevit Harduinus.]

Quanta nihilominus rei literariæ ex hisce nostris lucubrationibus utilitas accessura sit, aliis æstimandum relinquimus: quanta vero ex hoc singulari, atque haud dubie cœlesti opere, nunc scilicet ad amussim emendato castigatoque, emolumenta speranda sint, fecere jam pridem judicium eruditi viri. In infinita prope veterum librorum non jactura, sed naufragio, non clade, sed interitu, 'non sumus omnino superis odiosi,' inquiebat olim Hermolaus,[p] 'quando superstes est Plinius. Sustentat ille nos utcumque mutilus, decurtatus, lacer. Nisi extaret, actum esset, tunderemus aquam omnes: si eadem, quæ ceteros, ademisset eum nobis calamitas, profligata spes omnis esset Latinæ rei constituendæ. Nunc eo duce, quanquam semianimi et exsangui, vivimus: et nisi ipse mihi blandior, videtur in dies proficere, habetur in manibus, celebratur, colitur. Censetur indoctus, qui Plinium non legit: indoctior, qui lectum contemnit: indoctissimus, cui non sapit. Debet ætati nostræ plus, quam suæ, Plinius: sed nos ei magis, qui per illum maxime subsistimus. Alii rem Latinam juverunt, ille ipse nobis est Latium.' Atqui id eo ævo pronuntiare si vere licuit, si in uno hoc libro Latinæ rei puppis et prora versari merito existimata est, cum tot adhuc salebris horreret, tot mendis scateret, seu verius monstris: quid iis feliciter profligatis, quid deterso eo opere, perpurgatoque jam, uti confidimus, ac resplendescente, sentiendum, aut quid omnino non sperandum putemus?

Est operis certe per se ipsius susceptio, dispositio, conformatioque, grandis et capacis ingenii opus: idque eo grandius et magnificentius existimari par est, quod nemo unquam ex omni ævo præter eum repertus est, ne apud Græculos illos quidem loquaces et otiosos, qui universam naturæ historiam unius laboris et operis monumento consignarit. Eo orbe doctrinæ, quam ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, quam sibi quisque particulam delegerit, Auctorum Index, quem

[p] Ad Picum Mirandulæ Comitem.

subtexemus libro priori,[q] declarabit. Nemo unus attigit universam. Nemo, ut Noster, thesaurum, vel mundum verius rerum omnium cognitu dignarum, spirans ingenii sui monumentum, reliquit. Quare Plinium haud immerito, etsi novo more loquendi, 'Naturæ Bibliothecarium' Langius: Heinsius 'Primum omnium Secundum, et secundum nemini,' appellarunt: ceteri eruditi opus hoc unum ceterorum e Latio scriptorum, si ita necesse sit, jactura emendum pronuntiarunt: civitates ipsæ nobilissimæ, Brixiensis Joanni Taberio anno MDVIII. Salmanticensis Pintiano, aliæque aliis, Plinii in publico Gymnasio interpretandi provinciam imposuerunt, salario etiamnum largissime ex ærario persoluto.

Nam quod multa eum attulisse in medium criminantur aliqui, quæ falsa sint, quæ commenta sapiant, Magorumque vanitates, nihil id utique habet justæ reprehensionis. Nam quo eum argumento mendacii arguas, qui nihil comminiscatur, nihil afferat quod haberi pro certo ac confesso velit, quin sit illud idem a summis viris, extra omnem mendacii suspicionem positis, quos quidem suis locis appellaturi sumus, proditum ante et expertum? qui dubia se suis reddere profiteatur auctoribus, quorum ad fidem provocat, ac legentes ablegat? qui denique Magorum commenta eo recitat,[r] quod præ se fert ipse haud obscure passim, ut eorundem obiter coarguat vanitatem?[s]

Totum opus perquam appositè, uti remur, in quinque volumina partiti sumus, quod ante nos nemo.

Priore, reliquorum librorum index, deinde *τὰ κοσμογραφικὰ καὶ γεωγραφικὰ* continentur, libris sex.

Altero, *τὰ περὶ ζώων*, libris omnino quinque, a septimo ad undecimum.

Tertio, *τὰ περὶ φυτῶν, τὰ γεωπονικὰ, καὶ τὰ κηπουρικὰ*, libris octo, a duodecimo ad decimum nonum.

[q In hac nostra Editione locum obtinet sub finem Operum.]

[r Lib. XXXVII. sect. 14. et alibi passim.

[s In Editione secunda subjicitur: 'quæ sub Nerone Principe, quod is hanc exercuerat artem, videri poterat in ipsa Urbe auctoritatem accepisse?']

Quarto, τὰ ἰατρικὰ, ἐκ τῶν τε φυτῶν, καὶ ἐκ τῶν ζώων, libris tredecim, a vicesimo ad tricesimum secundum.

Quinto denique, τὰ μεταλλικὰ, καὶ τὰ περὶ λίθων, libris quinque postremis, hoc est, a tricesimo tertio ad tricesimum septimum.[t]

Fuit Auctori prænomen Caius, nomen Plinius, cognomen Secundus: patria Verona,[u] uti jam plerique omnes consentiunt eruditi, quod et dicturi sumus in præfatione operis hujus ad Titum. Quanquam se ipse Romanum fere profitetur, 'Urbemque nostram' Romam, 'Leges nostras,' quæ sunt XII. Tabularum, 'Annales nostros,' quos Romani scripsere, 'Conditores nostros' Romulum Remumque, 'avos majoresque nostros' passim Romanos appellitat,

[t Hi Paragraphi sex: 'Totum opus perquam,' &c. deleti sunt in Editione secunda.]

[u 'Quæ est humani ingenii inconstantia!' inquit Brotier, 'vir eruditissimus, quasi gloriæ suæ et scientiæ pertæsus, in singulares opiniones discesserat, quas huic editioni (secundæ) insertas voluit. Plinium quem Veronensem olim recte agnoverat, meris verborum cavillationibus Romanum fecit.' Hæc omnia ideo: 'Patria Verona, uti jam,' &c. usque ad Paragraphi finem delevit, locoque eorum substituit sequentia: 'Plinius ex patre; Secundus, ex matre: quam ob rem Pomponius Secundus vates affinis ei fuit, natus similiter ex Pomponio patre, et matre Secunda, Plinii Secundi matertera. Et ea causa fuit, cur Plinius Pomponii Secundi vitam retulerit, ut ipse prodidit, XIV. 6. Patria Pliniæ genti proinde, ut Pomponiæ, Roma fuit. Enimvero se ipse Romanum ubique fere profitetur, 'Urbemque nostram' Romam, 'Leges nostras,' quæ sunt XII. Tabularum, 'Annales nostros,' quos Romani scripsere, 'Conditores nostros' Romulum Remumque, 'avos majoresque nostros, et magistratus nostros,' passim Romanos appellitat: et 'nostrum mare,' quod Campaniam alluit. Nec temere sane in Campania villam ei fuisse ex eo colligas, quod XV. 30. 'Duracena cerasa Campaniam' dicit 'Pliniana' appellare. Denique XXII. 19. 'Nos ista,' inquit, 'Romana gravitate non ut medici, sed ut judices salutis humanæ, diligenter distinguemus.' Et XXV. 105. 'Nos eam Romanis experimentis digeremus.' Alibi etiam, 'noster Sulpicius, Seneca apud nos, apud nos Cicero.' Quid est Romanum se profiteri, si hoc non est? Novocomensem quidem eum Hieronymus facit, sed a scriptore vitæ Plinianæ impulsus in fraudem, quem Tranquillum esse Suetonium vulgus, sed falso, putat. Ex eadem Pliniorum gente fuit is, qui Byzantii Scriba fuit, temporibus Severi Alexandri Imp. teste nummo antiquo, qui fuit in Cimelio D. Foucault, hac Epigraphe: ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΓΡ. ΠΛΙΝ. CΕΚΟΥΝΔΟΥ. Γραμματέως Πλινίου τοῦ Σεκούνδου, Byzantiorum nummus sub 'Scriba Plinio Secundo.']

quasi Verona ipsa abdicata. Novocomensem quidem Hieronymus facit: sed a scriptore Vitæ Plinianæ impulsus in fraudem, quem Tranquillum esse Suetonium vulgus, sed falso, putat.

Ex hujus sorore genitus alter, patris nomine Cæcilius primo dictus, mox avunculi, a quo est adoptatus, C. Plinius Secundus Cæcilius, aut vetusto more Cæcilianus, fuit. Ex geminis unicum viri alias eruditi conflarunt: Eusebius in Chronico, Hieronymus in Isaiam et Ezechielem: Vincentius Bellovacensis et Antoninus. Quin et tertium ab utroque, vel cum Seniore certe perperam nonnulli confundunt, qui de Re Medica volumen scripsit, quinque omnino libris comprehensum, cui cognomen Valeriani fuit, patria Comum, uti vetustæ aliquot inscriptiones docent. Sed is multo recentior extitit, quippe qui Galenum aliosque laudet inferioris ævi. De reliquo genere vitæ ejus, et obitus, de scriptis ab eo voluminibus, quæ scire licet, ea cognosces ex unius Plinii Junioris Epistolis duabus, quas huic Præfationi subtexemus, cum Notis. Vir fuit hic Noster sane magni laboris et studii, quod ejus opera arguunt: sed magister idem ἀθεότητος, cæcitate ingenti, quod mirere, cum fuerit is, ut scripta testantur, castis integerrimisque moribus, dum penitius naturæ scrutatur arcana, naturæ ipsius auctoris oblitus.

DE

C. PLINII SECUNDI

PATRIA

A

PAULO CIGALINO

NOVOCOMENSE TICINENSIS GYMNASII PUBLICO, ET PRIMARIO MEDICINÆ PROFESSORE.

LECTIO PRIMA

HABITA IN PERILL. AFFIDATORUM ACADEMIA.

QUANTUM onus, quam grave, quamque laboriosum mihi subeundum foret, Illustriss. Princeps, vosque, viri gravissimi, ac nobilissimi Academici, nec tum ignorabam, cum me Plinium de Materiæ Medicæ Historia tractantem de superiore et honestissimo hoc loco interpretari jussistis; et nunc, quam sit difficile, quam solicitum, et molestiæ ac periculi plenum, cum me ad aggrediendum accingo, insigni cum animi mei perturbatione sentio. Cum enim duo mihi primum sese offerant, de quibus agendum videatur, Plinii patria quæ fuerit, ac quo sæculo vixerit Dioscorides Anazarbeus is, quem in Historia Medicæ Materiæ explicanda olim Græci omnes, et Arabes æque probarunt, nunc nemo non auctorem sequitur, et antesignanum: illud annexam atque conjunctam habet quandam quæstionem, quam si attigero, neque temporis, neque loci rationem habuisse videri possim. Hoc vero præterquam quod intra constitutos mihi a vobis dicendi cancellos non continetur, etiam vereor ne, si quod sentio, libere pronuntiavero, cum in eo a communi

omnium consensione me penitus subtraxerim, mihi aut plus assumsisse videar, quam deceat, aut quam debueram arrogasse, et sermones ea de re minus commodos a vobis incurram, aut potius subeam graviorem reprehensionem, quasi in eo mihi consilium defuerit, in hoc consilio nihil, temeritate me plurimum posse notum fecerim. Nam quod antiquos interpretes, quicumque celebriores habiti sunt, de patria eorum, quos sibi ad explicandos proposuissent, aliquid prius constituisse observavissem, admonebar præclarum tantorum virorum exemplum sine mea aliqua culpa neglectum iri non posse; quod si fuissem imitatus, contentionem quandam inter Novocomenses meos et Veronenses non excitatam modo, verum etiam multos annos scriptis exagitatam videbam, aut sine civium meorum offensione non posse dissimulare, vel sine gravi reprehensione præter opinionem vestram et communem tot lectissimorum juvenum expectationem attingere. Si vero de ætate, qua Dioscorides floruisset, egissem, cum vos consilium meum demiratos hoc mihi fuisse propositum, de quo dicerem, esse inficiaturos, tum hos adolescentes, quos video frequentes convenisse, de Dioscoride, quando vixerit, se non venisse audituros, sed quid de Plinii Materiæ Medicæ Historia sibi a me de superiore hoc loco explicaretur pedum supplosione significaturos. Verum enimvero hoc ejusmodi esse intelligebam, quod neque sine diminutione existimationis vestræ, quæ maxima est, reticeri, neque sine meæ, si qua est, jactura dissimulari posset. Quod enim pervagatum est, et quidem jam diu, Plinium ex Dioscoride pleraque omnia de materia medica a se scriptis consignata exscripsisse, id pro constanti jam receptum, et communi scribentium consensu quodammodo sancitum effecit, cum in nonnullis a Dioscoride Plinium dissentire Materiæ Medicæ studiosi observavissent, ut furti simul, et inscitiæ ipsum non solum accusare, verum etiam indicta causa condemnare non verererentur; ita vos quidem, Patres, in deligendo auctore, quem in hoc frequenti ingenuorum adolescentium concursu interpretarer, rationem in consilium negligentius adhibuisse

videbimini, qui maxime prudenter de rebus omnibus deliberare consuevistis. Ego vero, si quod aliud inconsulte, hoc maxime onus temere suscepisse judicabor, ex quo perspicitis, ut hoc dicam, non tam meam causam postulare, quam vestra, ut ne id ipsum reticeam, interesse. De patriæ vero Plinii habendo sermone ita statuebam, aut si tacerem, contra veterem consuetudinem, ac contra pristinum illum continuata tot sæculorum observatione confirmatum interpretum morem esse me facturum; aut si ab antiquo instituto non discederem, conjunctam adeo cum tractatione patriæ, ac quodammodo natura copulatam, contentionem hanc nostram, ut una ab altera divelli non possit, esse mihi attingendam. Quæ cum ita sint, cum necessitate quadam impellar, ut propositorum neutrum prætermittam. Committite, vos Patres gravissimi, patiamini, studiosi adolescentes, Plinio nostro de furto et inscitia graviter accusato mihi per vos, et humanitatem, ac lenitatem vestram, ut liceat paucis patrocinari. Date officio, date meo erga dulcissimam patriam amori, et gratæ, quæ mihi civium meorum in mente versatur, recordationi concedite, ut illis civem suum, et meum, Plinium, quantum in me est, dicendo hodierna die conservem, dignitatem, nobilitatem, ac gloriam tuear, quam in hoc civi agnoscimus minime contemnendam, nec gravemini audire Novocomensem de Plinii patria Veronensibus Alexandro Benedicto, Torello Sarainæ, et Onuphrio Panvinio, viris gravissimis, maxime vero Antonio Pantheo respondentem nullum non lapidem moventi, quo Tribu sua motum Plinium, et in alienam insertum, transferat Veronam, cujus alioqui opinione mea tanta nobilitas est, tantus splendor, ut ingentium molium structura, ædium elegantia, fertilitate agrorum, virorum omni genere laudis illustrium copia, atque antiquitate longe clarissima non indigeat lumine Plinii nostri, et alienæ hujus gloriæ accessione, quam Pantheus magno non solum conatu ac studio curavit, verum etiam totis ingenii viribus annixus procuravit. Nec defuerunt illi scriptores haud contemnendi, quorum auctoritate stipatus nobis Plinium nostrum eripere

tentaret, inprimis Francisci Petrarchæ testimonio fretus Plinium Seniorem inter Veronenses apertissime in Famæ triumpho referentis, quem principem ac familiæ ductorem Perottus et Laurentius Valla cum aliis nonnullis secuti idem affirmarunt. Sed Plinius Junior ad Maximum scribens Veronenses suos in hunc modum appellavit: 'Recte fecisti, quod gladiatorium munus Veronensibus nostris permisisti.' Idem in Epistola ad Falconem, Catullum 'suum' vocat: et proximum sibi esse Patavinum municipium ad Junium Mauricum scribens ait: 'Habet Minutius aviam maternam Serranam non procul a me municipio Patavino.' Quæ quis non videt Plinium Seniorem Veronensem extitisse demonstrare? Quis non perspicit, quia Senioris filius adoptivus Junior Plinius esset, hoc nomine civem Veronensem effectum Catullum, ceterosque Veronenses suos appellare, et Patavium sibi proximum dicere potuisse? qui ut Comensis, neque proximum Patavium habuit, a quo plurimum Comum distat, neque Veronenses 'suos' nominare debuit. Pluris faciendum est, quod ille ipse Plinius Senior, de quo lis est, in Historiæ suæ Naturalis præfatione Catullum summo omnium consensu Veronensem conterraneum suum vocat his verbis: 'Ut obiter emolliam conterraneum meum Catullum.' Addit Pantheus Secundorum familiam, ex qua Plinius descendit, plurimam Veronæ fuisse, cujus in antiquo marmore tribus millibus ab urbe passibus sequens legitur Epigramma:

LÆLIÆ CLEMENTINÆ VXORI IN-
COMPARABILI Q. FVRIVS SECVNDVS
MARTIVS ET SIBI VIVVS FECIT.
FVNCTA IACES HIC SED VIVIS
VIVESQVE SECVNDO
LÆLIA TVO.

Haud ita vero procul a Benaco:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO
CHARITONI ET PVBLICIÆ VENERIÆ
PARENTIBVS PIENT. LIBERT. LIBERTAE.

Sed ad ripam Benaci antiquam ejusmodi marmoream Tabulam extare scribit :

SEX. LÆTIBIO SEX. F. FAB. VI. VIR. AVG.
LÆTIBIÆ VERA ET SECVNDA
FRATRI PIISSIMO.

In ipsa quoque urbe similem Secundorum spectari memoriam.

L. SOLLIVS L. F. SECVNDVS PAP.
TICINENSIS SIBI.
PAVLONIÆ L. F. MAXIMÆ VXORI.

Quid quod in agro Polyzelano diœcesis Veronensis Secundorum cognationis insigne monumentum observatione dignum in lapidea tabula insculptum affert Pantheus, quod ita habet :

CALPVRNIA L. F. PRISCA SIBI
ET L. CALPVRNIO QVADRATO PATRI
VALERIÆ C. F. SECVNDÆ MATRI
L. CALPVRNIO PVDENTI FRATRI
V. VIR. AVG.

In hoc porro Epigrammate Valeriam Secundam C. Plinii Senioris filiam fuisse asserit, quæ L. Calpurnio Quadrato filiam pepererit Calpurniam Priscam Junioris Plinii consobrinam, ad quam binæ ejusdem literæ scriptæ leguntur, una, qua conqueritur de Calpurniæ secessu in Campaniam, altera, qua Calpurniæ literis respondet, cujus ad patrem Quadratum alteræ duæ Plinii Junioris Epistolæ extant, una libro VI. altera libro IX. Denique triumphum canit sequenti titulo in æde D. Blasii invento, quod ita legitur :

PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI
MATRI MARCELLÆ TESTAMENTO
FIERI IVSSIT.

Hoc nihil videri potest ad Panthei placitum confirmandum, et querelam nostram opprimendam aptius desiderari potuisse, quam ut Plinius Veronæ patri, et matri monumentum erigi testamento jusserit,

Ex adverso Novocomenses mei se suamque causam non deseruere, quorum princeps Benedictus Jovius Latine,

Græce, et Hebraice literatissimus, atque antiquæ lectionis investigator diligentissimus, et cum eo pater meus Franciscus egregie partes suas sustinuere, quibus accessit viri gravissimi, et Jurisconsulti celeberrimi Andreæ Alciati Mediolanensis firmissimum patrocinium, et Thomæ Porcachii pro nobis disserentis verissima defensio. Sive enim testium auctoritatem, sive rationum certitudinem, sive denique antiquorum Epigrammatum accessionem requiramus, nihil est, quod in hac causa ab his patronis desideremus. Testes proferunt Suetonium Tranquillum, Eusebium Cæsariensem, D. Hieronymum, antiquam impressionem anno a partu Virgineo millesimo quadringentesimo septuagesimo nono Tarvisii editam, Hermolaum Barbarum, Politianum, (scitis, Patres, quos viros nomino,) Georgium Merulam, Bernardinum Corium, Raphaëlem Regium, et Heliam Capreolum. In eo enim opere, quod de Viris Illustribus Suetonius conscripsit, de Plinio scribens inquit: 'Plinius Secundus Novocomensis equestribus militiis egregie functus, procurationes quoque splendidissimas, atque continuas summa integritate administravit: mortuus est, cum Misenensi classi præesset, et flagrante Vesuvio ad explorandas propius causas Liburnicas prætendisset.' Eusebius vero, aut Interpres D. Hieronymus, 'Anno,' inquit, 'duodecimo Imperii Trajani Plinius Secundus, Novocomensis, Orator et Historicus insignis habetur, cujus plurima ingenii opera extant: periit dum invisit Vesuvium.' In antiqua Plinii editione sic legitur: 'C. Plinius Secundus Novocomensis T. Vespasiano suo salutem:' ibidem operi præfixa sunt, quæ de Plinio Suetonius aut Eusebius scripserunt. Ceterum hæc omnia haud firmioribus responsionibus Pantheus refellit, quam solidis fundamentis suam de Plinii patria opinionem constituerit: Suetonium de Viris Illustribus egisse inficiatur, eodem cum Sereno Sammonico errore lapsum duos Plinios, patrem et filium, unum fecisse, aut etiam volentem et scientem peccasse, vel patriæ mentionem, quam Suetonius præteriisset, ab alio accepisse, a quo forte in antiqua Plinii editione litera depravata sit, loco verbi *Veronensis*

altero perperam subrogato *Novocomensis*. Videte, Patres, quo desiderium (leni verbo et remisso dicendi genere utar) homines præcipites impellat, quid non faciat comminisci: licentia plusquam imperatoria usus Pantheus Suetonio sua opera adimit, adulationis notam inurit, objicit lapsum, verba expungit, lectiones immutat. Si quæratis rationem, nulla est; sed ejus loco voluntas nobis accipienda est. Quid Pantheus facturus fuisset, si quis verbum illud *conterraneus*, quo maxime nititur, et quod totius disputationis et opinionis suæ veluti basim ac firmissimum fundamentum constituit, neget Plinii esse, neget Plinium Juniorem Patavium sibi proximum fecisse, quo argumento nobis ereptum Plinium putat; si in exscribendo antiquo Epigrammate, cujus auctoritate nos de causa nostra prorsus cecidisse gloriatur, majorem in eo fidem requirat, si cognationem illam, quam adeo jactat, ut Plinium Veronensem esse convincat, fabulam esse, quispiam dixerit; quid, dico, Pantheus fuisset facturus? magnam quidem sibi injuriam illatam non addubito fuisse exclamaturum, negari omnia sine ratione, quod equidem ego quoque faciendum non esse confirmo, et cum eo in hoc convenio, ut ratione, non voluntate contendamus. Quamobrem ne posthac dictum a nobis quicquam conqueratur, cujus ratio incomperta sit, audite, Patres, quid Hermolaus Barbarus, patricius Venetus, non Comensis, vir eruditionis minime vulgaris, et ætatis suæ doctissimorum virorum nemini secundus, ac Plinii lectioni emendandæ, non patriæ inquirendæ, incumbens, de hoc verbo *conterraneus* scribens prodiderit in hunc modum: 'Quidam non *conterraneum*, sed *concerronem*, sive, quod idem est, *congerronem meum* legunt, et quod exemplaria quædam sunt, in quibus *concerraneum* scribatur, et quod castrense id verbum esse dicant ex historia, et Plautus, nec uno loco: 'Hic,' inquit, 'aderit congerro meus.'' Quanta vero ratione aut ego negaverim Plinium Juniorem sibi proximum esse Patavium dixisse, aut illi eundem Patavio proximum eadem auctoritate affirmaverit, accipite. In Epistolarum volumine, pluribus abhinc annis impresso, libro primo ad Junium Mau-

rium sic legitur: 'Habet aviam maternam Serranam procul a me municipio Patavino;' quibus tantum abest, ut Plinius Patavio se proximum faciat, ut etiam plurimum abesse profiteatur. Dicet ille demtam esse notam negationis, quam suum exemplar habeat; ego contra additam suo contendam, qua meum careat, neque enim, cum ratione aut testimonio destituamur in instituta controversia, majorem ille sibi auctoritatem arrogare debet, quam apud me esse velit: vel cum utrimque paribus testimoniis contendatur, pluris suum facere, quam meum a me fieri velit. Etenim, Patres, ut intelligatis me in hac causa non favere Novocomensibus, quia unus ex his sim, sed quia cum eorum querelam justam esse non addubitarem, inique facturum esse me arbitratus, si cum possem, communem causam non complecterer, et ad defendendum non susciperem; civibus ergo meis affui patronus, quod non ignorarem, quanquam a viris nobilissimis fuerit abunde causa perorata, quosdam, sive quod non viderint, quæ ab iis scribuntur, sive quod argumentorum vim negligentius inspexerint, sive quod non intellexerint, Plinium Veronensem esse obstinate potius, quam scite, contendere. Ut instituera dicere, veritati studens ingenue fateor, neutram mihi probandam lectionem videri: nihil enim referebat Plinio dicere hoc loco pro re proposita se procul Patavio potius abesse, quam proximum esse, quod facit, ut credam eam veram ac genuinam esse lectionem, quæ in eodem meo volumine in margine sic habet: *Habet aviam maternam Serranam Proculam e municipio Patavino, nosti mores.* Sed sive negligentia, sive inscitia scribæ factum est, ut a verbo 'Proculam' ultima syllaba avulsa legeretur, quam, quod significatu careret, emendator, ex præpositione *a* et sequentis verbi *me* prima litera conflatam esse falso conjiciens, disjunxit, et literam *m* præpositioni *e* adjiciens, *me* legi pro *e* fecit; priorem vero literam videri præpositionem in hunc modum, 'procul a me,' et cognomine 'Proculam,' quod divulsum copulatione indigeret, magis distracto, totius orationis sensum conturbavit, ac prorsus distorsit. Venio ad antiquum illud Epigramma,

cujus initium est PLINIVS SECVNDVS, de quo ex Panthei fautore quæro, an hoc nomen ac cognomen in eo lapide integrum atque perfectum legerit, vel mutilum, detritis per vetustatem syllabis, aut literis nonnullis, de suo ingenio *Plinius Secundus* sit interpretatus: dicat, an neget, mihi curæ non est, qui sciam eum utrovis modo causæ nostræ plus esse profuturum, quam scribendo animo a nobis Pantheus olim alieno fuerit. Si enim dixerit nihil nomini Plinii ac cognomini defuisse, habeo quos proferam testes adversos viros integerrimos Veronenses Alexandrum Benedictum, maxime vero Onuphrium Panvinium, antiquorum Epigrammatum studiosissimum, quorum uterque in nomine literas nonnullas desiderari, in cognomine etiam syllabas fateatur. Sin ob id, quod est, vere, et ingenue, respondeat vetustatem nomini quasdam literas abstulisse, cognomini syllabam priorem, ut Alexander Benedictus, aut pæne totum delevisse, teste Panvinio ... NDV... tantum legente; cur, rursus interrogo te, perinde ac integrum Pantheus scripsit, neque lectorem deficientium in primo literarum, in altero syllabarum admonuit? Quid ita, inquies? Quid? quia volo clientis tui hoc loco astutiam, ne doli graviori verbo utar, elucere. Videbat homo sagacissimus in Epigrammate nomen ac cognomen integrum relatum ad traducendos legentium animos in sententiam suam plurimum auctoritatis esse habiturum, quod si mancum retulisset, et ob vetustatem mutilum esse dixisset, ... INIVS primo loco tantum superesse, exeso principio, altero ... CVNDVS, ut Alexandro videtur, ... NDV... ut Panvinio placet, detritis pluribus syllabis, eo se nihil eosdem fuisse commoturum. Hoc dico, intelligens Pantheus, astutus patronus, licet falsus, videri maluit, quam ineptus et incallidus defensor, atque advocatus veris testibus productis, id effecit, ut Andreas Alciatus, Epigrammatis initium omnino sic habere, sicut dicebatur, PLINIVS SECVNDVS, arbitratus, quanquam Plinium Comensem esse non dubitaret, eo usque tamen perplexus pro nobis pronuntiare non fuerit ausus, donec certior factus deficientium in Plinio primarum literarum,

cum ex his, quæ nondum decidissent, sibi non potius *Plinius*, quam *Caninius*, *Licinius*, *Asinius*, aut *Cominius*, legi debuisse videri constantissime asseruit, tum controversiæ nervos et firmamentum tam infirmo argumento commisisse satis Pantheum demirari non potuit. Sed faciamus non ... INIVS ... CVNDVS, verum potius, quod amor patriæ fecit Panvinio videri, C. P..INIVS legi a sculptore, non Panvinii conjectura fictum, ut, incipiente verbo a litera P, et in ...INIVS desinente, quodammodo necesse esse videatur *Plinius* interpretari. Quid? num ideo quia *C. Plinius* est, *Secundum* etiam eundem fuisse sequitur? Negabunt hoc Novocomenses mei, apud quos C. Plinius Philocalus, C. Plinius Valerianus, et C. Plinius Calvus in antiquis monumentis leguntur, quæ distuli opportuniori loco referenda. At ...NDV.. in scriptis habet, quod nulli cognominum propositorum accommodari potest: non abnuo, neque a me idcirco adducuntur, ut velim tres illas literas horum cognominum aliquod significare posse; sed ut intelligant *C. Plinii* prænomen et nomen sibi necessario cognomen *Secundi* non asciscere, quod ut ... CVNDVS necessario non refert, ut Panthens censet, ita multo minus ... NDV.., sicut Panvinio visum est; et syllabæ ... CVNDVS et literæ ... NDV ... quam ex cognomine *Secundus* haud minus reliquæ esse possunt ex altero *Jucundus*, aut *Verecundus*, quorum primi exemplum extat Romæ in museo Carpensi, quod habet:

D. M.
CORNELIA IVCVNDO
V. A. XIV.
CORNELIA LASCIVA
PATRONO BENEMER.

Et ibidem in hortis:

D. M.
T. FL. IVCVNDO
EX. LEG. XXX. VLP.

In Lusitania vero:

EGO GALLVS FAVONIVS IVCVNDVS L. F. QVI BELLO CONT.
VIRIATVM OCCVB. IOCVNDVM ET PVDENTEM FILIOS EX

TEST. HERR. RELINQVO ET BONORVM IOCVNDI PATR. MEI ET EORVM QVÆ MIHI ADQVISIVI, ac quæ sequuntur.

Alterius cognominis tale apud ædem D. Zenonis Veronæ visitur :

MARCELLI VERECVNDI ET CÆSIÆ FVNAM.

Quibus constat, quia *C. Plinius* monumentum habeat, ex eo etiam, *Secundum* eum fuisse non convinci. Quanquam si verbum hoc inchoatum P...INIVS ad examen non fucatum revocaverimus, an *Plinius* significet, dubium, et incertum esse deprehendemus ; potest enim *Pleminius* explicari, cujus proprætoris Livius libro A. U. C. XIX. meminit; forte etiam usque adeo obscure litera illa, quam P Panvinius esse conjecit, apparet, ut C æque esse potuerit, ac P, et *Clinius* totum verbum significare, cujus Romæ tale extat Epigramma.

C. CLINIVS C. F. F. IIII. VIR.

Ita nihil favebit Panvinio C. P...INIVS ... NDV.., nihil Alexandro Benedicto ...INIVS. ... CVNDVS, aut PLINIVS SECVNDUS Torello, et Pantheo, quem (ad eum enim mihi redeundum est) excusabit forte quispiam, totius erroris culpa in amicum rejecta, qui exscriptum Epigramma ad eum a se pro ... INIVS, PLINIVS, et ... NDV... SECVNDVS restitutum transmisit, restitutionis suppressa mentione. Accipio excusationem, nolo Pantheum fraudis alienæ pœnas dare, volo non fideliter inscriptionem retulisse. Sed ita ut ne nos eas pœnas luere excusationis auctor velit, quas repetere debuimus ab amico Panthei, ut ne nobis in culpam ejus innocentiam, aut amici dolum ascribat, ut ne quam simpliciter et candide inscriptio recitata est tam pro se adversus nos concludere arbitretur ; et quia in hoc fidelis Pantheus extiterit, nos causam injustam tueri sentiat.

De quo quia satis multa, transfero sermonem ad cognationis fabulam, quam an jure, vel injuria hoc nomine appellaverim, non faciam, sed perficiam, ut omnes intelligatis. Panvinius cum priora Panthei argumenta retulisset, quibus Veronensem esse Plinium ostendi existimabat, de hoc ne

verbum quidem ullum fecit, quod intelligeret ab iis, quæ de nominandi Romanorum consuetudine a se aliquot ante annis edita leguntur, nihil alienum magis dici potuisse, quam *Secundum* et *Secundam* familiæ nomen esse, non esse *Valeriam* aut *Plinium*: contra enim prorsus illud cognomen est, *Valeria* et *Plinius* ad familiam pertinent, quod sequitur, patrem Plinium ex una familia profectum, filiam ex Valeriorum gente, non Pliniorum descendisse. Ex hac fabula cetera, quæ sequuntur de cognatione, eadem somniis simillima, ortum habuere. Calpurniam Priscam, Valeriæ et L. Calpurnii Quadrati filiam, L. Calpurnii Pudentis V. Vir. Aug. sororem, Plinii Senioris neptem, Junioris vero consobrinam, ad quam Epistolæ Plinii nonnullæ datæ leguntur, extitisse. Quæ aliis quoque argumentis, quam ut falso initio nitantur, ab omni veritate plurimum abesse, me vobis esse facile demonstraturum spero. Cur enim Plinius Senior sibi C. Cæcilium sororis filium adoptavit, non nepotem L. Calpurnium Pudentem? verisimile non est, neglecto nepote, sive filiæ filio, sibi sororis filium adoptare voluisse. Calpurniam vero Priscam eam esse, de cujus secessu in Campaniam libro Epistolarum sexto Plinius conqueritur, ac rursus paulo post literas similes eidem dedit, puto neminem esse non hoc pro commento habiturum, qui, non, sicut Pantheus, festinans potius, ut ait Cato, quam properans, has Epistolas accurate legerit: sunt enim amatorie scriptæ, ac quales deceat uxori maritum dare, non consobrinæ, fœminæ præsertim adeo religiosæ, et sanctis moribus ornatæ, quam eam Pantheus effinxit, quales item ab uxore maritum accipere conveniat, non consobrina. Scribit hæc, 'unum hoc se solatium habere, quod Plinii libellos teneret, ipsosque in vestigio suo collocaret.' 'Invicem' Plinius respondet, 'ego Epistolas tuas lectito: atque identidem in manus quasi novas sumo: sed eo magis ad tui desiderium accendor.' Sed volo has Epistolas potuisse dare, accipereque consobrinum, et consobrinam; num etiam decuit eundem Plinium ad consobrinam libro septimo scribere 'magnam se

noctium partem traducere insomnem, defixum in imagine Calpurniæ, quibus item horis interdiu ad eam ire consueverat, ad ejus diætam ipsum se, ut dicitur, ducerent pedes, qui denique æger mente, et similis excluso, a vacuo limine recederet?' Taceo reliqua. Non est igitur, Patres, non est hæc illa Calpurnia Prisca Panthei Veronensis ; sed altera Plinii Junioris uxor Novocomensis L. Calpurnii Fabati neptis, cujus similis Comi titulus in marmorea tabula legitur :

L. CALPVRNIVS L. F. OVF.
FABATVS.
VI. VIR. IIII. VIR. I. D. PR. M. PRÆF.
PRÆT. TRIBV. M. LEG. XXI. RAPAC.
PRÆF. COHORTIS VII. LVSITAN.
ET NATION. GETVLIC. ARSRN.
QVÆ SVNT IN NVMIDIA
FLAM. DIVI AVG. PATRIMONIO
D. F. I.

Hunc 'prosocerum' sæpius in Epistolis Plinius appellat. Ad eundem libro octavo de neptis abortu scribit, per quem illi pronepotem, sibi vero filium surreptum conqueritur. Proxime ad Hispullam filiam Fabati prosoceri, soceri vero sororem, et amitam Calpurniæ, de abortu eodem scribit, quem excusari ab ea patri Fabato vellet. Ad quem libro quarto de Calpurniæ studio literarum scribit, 'suos libellos habere, lectitare, addiscere, versus cantare, ac formare cithara, non artifice aliquo docente, sed amore;' quæ Calpurniæ, ad quam Epistolæ, quas proxime dicebamus, extant, convenire nemo dubitare potest; nisi qui sibi obstinationem mordicus tenere, non rationem amplecti constituerit: quibus Sidonii quoque auctoritatem addere visum est libro Epistolarum suarum secundo scribentis: 'Sine fine lecturias, neque patiaris, ut te ab hoc proposito propediem conjux domum feliciter ducenda deflectat, oppidoque memineris, quod olim Martia Hortensio, Terentia Tullio, Calpurnia Plinio, Pudentilla Apuleio, Rusticiana Symmacho legentibus meditantibusque candelas et candelabra tenuere.'

Venio ad Calpurnium Quadratum, Calpurniæ Priscæ patrem, quem eum esse cui Plinius Junior nonnullas Epistolas dederit simili cum prioribus argumento Pantheus contendit; quem licet eversa fundamenta abunde redarguant, tamen placet aliis etiam nominibus inconsultam hominis hoc loco patefacere deliberationem. Namque is Quadratus, quem Plinius in Epistolis nominat, non est Calpurnius, sed Cassius, ex Plinio, libro septimo ad Geminium, cum lætatur futurum, ut domus C. Cassii domino serviat non minori, cui Quadratus pristinam dignitatem sit restituturus. Addatis Quadratum eum, ad quem de Helvidii ultione scribit, per ætatem ei interesse non potuisse, quanquam ab obitu Domitiani evenerit, in qua de Publicio Certo, Vectii Proculi, primæ Plinii uxoris vitrici, quam sub id tempus amisisset, collega agatur. Qua ratione quis non videt ac perspicue cernit, tum Quadratum filiam natu jam grandem et adultam habere non potuisse, ad quam sive consobrinam, sive uxorem, jam senex Plinius literas similes daret? cum re ad interregnum ob sublatum Domitianum adducta, recens adhuc luctus ex primæ uxoris interitu domi eum contineret, ut ab omni similitudine veri longissime abesse videatur, tamdiu uxorem alteram ducere distulisse, donec Quadratus filiam habere nubilem potuerit Calpurniam Priscam. Pudet me in re adeo manifesta diutius immorari, et longiorem de ea orationem habere. Quare desino dicere, quam recte, quæ adversarius noster affirmabat, nos negaverimus, dicturus jam quam ille perperam negaverit, quæ nos affirmabamus, Suetonii Plinium Seniorem Novocomensem facientis testimonium adducentes, quod ille nullum esse (non ausim dicere) existimabat, vix enim de eo hoc persuaderi possum, certe affirmavit hoc argumento, quod nusquam opus de Illustribus Viris sub nomine Suetonii appareat, quasi vero omnes ille Europæ angulos perlustraverit, omnes omnium bibliothecarum libros viderit, excusserit, evolverit, nec multi cum Græci tum Latini scriptores proxime venerint in lucem, quos patres nostri ne nominari quidem audivissent: videbunt fortasse etiam posteri, quos

nostro hoc sæculo desideramus. Extant rursus certorum auctorum quædam fragmenta, quorum aut omnes lucubrationes perierunt, aut illæ ipsæ, quarum fragmenta sunt, interciderunt, quas si hoc nomine suis auctoribus adimendas esse judicaverimus, quid L. Sisennæ, C. Fannii, Valerii Antiatis, Cassii Heminæ, Ælii Tuberonis, Ateii Capitonis, quorum opera omnia aut prorsus extincta sunt, aut latent nunquam apparitura? quid, dico, Plinius, quid Gellius, aliive his aut juniores aut vetustiores scriptores nonnulli meminere? Quid M. Varronis, et Cornelii Nepotis, quorum pleraque opera magno nostro incommodo interiere, viri magni hoc ævo nominis fragmentorum utuntur auctoritate? Si enim horum nulla auctoritas est, si, subductis ex hominum oculis operibus, quorum fragmenta sunt, aut auctoribus ipsis solo nomine cognitis, ea nullius apud nos auctoritatis, nullius ponderis esse velint: non quorum sententias referrent Plinius ceterique, spectare debuerunt, sed quorum opera non mutila, ac manca, sed integra ad posteros, et absoluta pervenire posse sperarent, aut potius vaticinarentur: hæc sibi proponere, ex quibus excerperent, quæ futuris sæculis legerentur. Quæ cum sint a ratione valde aliena, id quoque sequitur cum ratione non consentire hoc, quod Suetonio inscriptum fragmentum circumfertur, ideo Suetonii non esse, quod nullum adhuc opus de Viris Illustribus sub nomine Suetonii apparuerit. Sed sentio quid sit adversarius responsurus; fragmento fidem non abrogari, quia opus ipsum, cujus fragmentum est, temporum injuria perdiderit, aut etiam sustulerit omnes ejusdem auctoris lucubrationes; sed eo potius quod Suetonium de Viris Illustribus scripsisse nullius antiqui scriptoris auctoritate constet, aut demta vetustioris impressoris fide valde incerta, aut potius nulla, quod, qui fragmentum Suetonii esse testetur, eo antiquior nullus scriptor inveniatur: quorum utrumque quam sit dictum temere, quam falso, paucis, Patres, ut cognoscatis, operam dabo. Vincentius Bellovacensis annis abhinc plus trecentis de Plinio Seniore scribens libro decimo sui Speculi Historialis cap. sexagesimo

septimo auctorem Tranquillum citat in catalogo Virorum Illustrium ea de Plinio referentem, quæ ex Suetonio in vetustiore Plinii Historiæ Naturalis impressione leguntur. Ceterum D. Hieronymus cum hujus fragmenti non meminerit, tamen hortatu Dextri prætorio præfecti de scriptoribus Ecclesiasticis verba facturus in initio hæc habet: 'Hortaris, Dexter, ut Tranquillum sequens Ecclesiasticos Scriptores in ordinem digeram, et quod ille in enumerandis gentilium literarum Viris fecit Illustribus, ego in nostris faciam.' D. igitur Hieronymo et Dextro testibus de Viris Illustribus Suetonius egit. Nam, quod 'gentilium literarum Viros Illustres' Aldus Manutius senior quadam in Epistola ad Aloysium Mozenicum Grammaticos et Rhetores interpretatur, brevioribus terminis 'gentilium literarum' significatum mihi videtur definivisse, et contractum in angustum nimis adduxisse, quod omnem non solum philosophiam, verum etiam omne genus literarum complectitur, id solam grammaticam et rhetoricam D. Hieronymo significare professus, quarum studium, quam aliarum quarumcumque liberalium disciplinarum, non adamasse magis, ac professos esse gentiles, unus mihi pro multis argumento sit M. Varro, de quo Cicero in Academicis Quæstionibus: 'Tu ætatem patriæ, tu descriptiones temporum, tu sacrorum jura, tu sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti.' D. vero Augustinus libro de Civitate Dei sexto 'in omni eruditione, quam nos sæcularem, illi autem liberalem vocant, studiosum rerum tantum' docere Varronem scribit, 'quantum studiosum verborum Cicero delectat:' 'sæcularis eruditionis' nomine, haud dubie id ipsum intelligens, quod 'literæ Gentiles' D. Hieronymo significarunt. Quid? dico D. Augustino 'literas sæculares' hoc, quod D. Hieronymo 'literæ gentilium,' significare, cum idem ipse in Epistola ad Magnum oratorem Romanum easdem 'literas' modo 'sæculares,' modo 'gentiles' appellet philosophiam nominatim comprehendens; immo vero, sicut diximus,

omnem disciplinam hoc nomine complexus est, cum citet Clementis Alexandrini opera, in quibus ex omni genere literarum viri excellentes nominantur; quod omnem, si qua esse potuit de 'viris illustribus gentilium literarum,' quid D. Hieronymo ad Dextrum scribenti significent, dubitationem tollit; non Grammaticos, et Rhetores, sed quovis genere disciplinarum præstantes hoc nomine viros intelligi apertissime demonstrans, quanquam hoc opus testimonio non erat, cum D. Hieronymus ad Dextrum subjungens, 'Fecerunt quidem hoc idem apud Latinos Varro, Santra, Nepos, Higinus, et ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus,' haud obscure interpretationem meam confirmet. Cornelium enim Nepotem Carisius ex 'libro XV. et XVI. de Viris Illustribus' citat. Idem Ciceronis Vitam Gellii testimonio Noctium Atticarum libro XV. pluribus libris persecutus est. Ab eodem vero Pomponii Attici Vita diligenter scripta teritur manibus vestris. Quos, quanquam hoc sint nomine 'Virorum Illustrium' a Nepote comprehensi; nemo tamen, quod sciam, inter Grammaticos et Rhetores nominavit. Julius quoque Higinus, 'de Vita Rebusque Illustrium Virorum' agens, alios a Grammaticis et Rhetoribus attigit, teste Gellio, lib. VII. quorum si scribendi ratio atque argumentum idem est quod Suetonii in opere 'de Viris Illustribus gentilium literarum' a D. Hieronymo vocato, in eo ipsum alios, quam Rhetores et Grammaticos solos, persecutum esse necesse est, quibus altera quædam adjuncta sequitur necessitas Plinium Seniorem in Illustribus Viris recensendis Suetonium non prætermisisse, patriam ejus non ignorasse, et cum Juniore unum esse non existimasse. Quo vero argumento, quove auctore hoc dicam, accipite. Plinio Juniori tanto usu, consuetudine, et necessitudine conjunctus erat Suetonius, ut nemo forte conjunctior: pro se, ut actionis cujusdam dilationem peteret, Plinium rogasse, ex Epistola Plinii ad eum libro primo constat; ut tribunatum, quem sibi impetraverat, in Cæsennium propinquum suum conferret, libro Epistolarum Plinii flagitasse eundem apparet: sed instar omnium sit petitum

ab Imperatore Trajano pro Suetonio jus trium liberorum, et impetratum ab eo, qui parcissimus esset in eo concedendo: quod quanti sit, atque ex eo quantum Suetonius Plinio deberet, quantum vicissim hic Suetonium amaret, non possum verbis melius exprimere, quam ipsius Plinii intercedentis, et Trajani indulgentis Epistolis, quas ne pigeat vos audire in hunc modum scriptas. 'PLINIUS TRAJANO. Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, et mores ejus secutus, et studia, jam pridem, Domine, in contubernium assumsi, tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inspexi. Huic jus trium liberorum necessarium faciunt duæ causæ, nam et judicia amicorum promeretur, et parum felix matrimonium expertus est, impetrandumque a bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Scio, Domine, quantum beneficium petam, quod peto a te, cujus in omnibus desideriis meis plenissimam indulgentiam experior; potes autem colligere quantopere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter cuperem.' 'TRAJANUS PLINIO. Quam parce hæc beneficia tribuam, utique me, Secunde carissime, hæret tibi, cum etiam in senatu affirmare soleam non excessisse me numerum, quem apud amplissimum ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desiderio subscripsi, et ut scias dedisse me jus trium liberorum Suetonio Tranquillo ea conditione qua assuevi, referri in Commentarios meos jussi.' Magnæ, ac graves causæ, magni stimuli, ac tanti, ut non debuerit, aut non potuerit Suetonius, in conscribendis Illustrium Virorum Vitis, sine ingrati animi infami ac deterrimo crimine, Plinium Seniorem literis, si quis alius illo ævo, adeo bene meritum, non illustri ornatum elogio commemoravisse. Quod intelligens Pantheus, ut erat acri ingenio vir, denuo ad asylum negationis confugit, asserens nomen patriæ ab imperito viro, vel impostore, additum esse: quasi vero sit ab eo, qui similes historias texuerit, maxime a Suetonii consuetudine, valde alienum, patriam apponere, qui ne in Imperatorum quidem Vitis tradendis eam prætermisit. Hoc factum esse puto, ut Pantheus, sen-

tiens se satis tutum non esse in isto negationis perfugio, ignominia Suetonium afficere sit ausus, et ea quidem satis turpi, quæ non solum fidem illi infirmaverit, verum etiam abrogaverit omnem auctoritatem, objectis, aut ignavia, vel nimia certe negligentia, per quam Plinii Junioris patriam Seniori ascripserit, aut longe deteriori crimine, quod, in gratiam Plinii Junioris, Seniorem, patria Veronensem, Novocomensem esse improbissime affirmare non erubuerit, ac fraudare mendaciis posteritatem. Si tuendæ causæ nostræ gratia, et refellendi Panthei cupiditate, huc nos, Patres, prolapsi essemus, ut quantam sibi licentiam Pantheus assumsit, tantam ipsi nobis arrogavissemus, tantum ausi, quantum voluissemus, quot nos dictis, putatis, ille incessisset? nam horum cupidiorem esse multis aspersa ipsius disputatio ostendit: certe pluribus oneravisset, et, ut existimo, irridendorum finem ullum non fecisset; quocum ego simili erga Novocomenses meos affectus voluntate, qua ille erga Veronenses suos, sed dissimili audacia contendam, rationem, non opinionem secutus. Quanquam a me quodnam adeo firmum, atque adeo stabile in hac causa jaci fundamentum jam possit, quod non aut demoliri fuisset ausus, aut ejus imitatione fautor et cupidus Panthei laudis convellere, non video ullum. Sed vos, Patres, alloquor, non præsentem Pantheum: vestrum expecto judicium, non Panthei negationes, quas demonstrationibus et firmis conjecturis, non fabulis scio commoveri. Ergo Suetonius historias jam oscitanter et supine conscribebat, ut in locum patriæ Plinii Senioris Junioris, alteram nolens substitueret? Aut eo impudentiæ pervenerat, et frontem adeo perfricuerat, ut, in gratiam Plinii Junioris, Seniorem, patriæ suæ ademtum, ascriberet non suæ? Sed enim hunc virum opinione virtutis, et doctrinæ dignitate, auctoritateque nobilissimum, quis credat Suetonium Comensibus adjunxisse ereptum Veronensibus, nec eorum quenquam adversatum esse? neminem latrocinium et mendacium exprobrasse? Quis animum inducat, ut credat antiquissimam, opulentissimam, et potentissimam coloniam Veronam, tam abjecto et demisso

animo fuisse, ut tanta injuriæ propulsandæ causa hiscere non auderet? tam impudentem Suetonium, ut eum tanti mendacii non puderet? Hac, Patres, conjectura valde commoveor ad credendum ab omni ejusmodi crimine, quod illi Pantheus objecit, Suetonium penitus liberum extitisse: sed illa maxime, quod causam, ob quam aut Plinius Junior sibi in avunculi patria referenda Suetonium adulari concupiverit, aut is illi debuerit assentari, non video ullam, nisi eam, quæ ineptissima et absurdissima est, quod eorum alter, aut uterque, ex patriæ diversitate nonnullam Plinio Seniori existimationis accessionem aut decessionem fieri arbitraretur, quæ in Plinium Juniorem redundaret. Quod ego dici non patiar hoc loco pro Veronensibus, et amplissima Italiæ civitate libenter certamen adversus eos subiturus, qui Plinium Seniorem existimationis suæ nonnullam facere jacturam affirmare ausi fuerint ob patriam Veronam, et splendorem Junioris quadamtenus hoc nomine obscurari, quod lege patrem habuerit Veronensem, qui natura Novocomensis esset. In quæ ego cum oculos infero, et introspicio diligentius, longe a Suetonii moribus, ab opinione Plinii Junioris, ab illius sæculi imperantis Trajani libertate, hæc aliena esse intelligo. Abest a veritate, plurimum abest, ut vel ille tam turpiter atque inepte fuerit adulatus, vel Plinius, quod sibi ornamento maximo esse potuit, nonnullo fore dedecori parum prudenter arbitratus sit: aut Veronenses, quorum haud parum multi ex his reliqui adhuc viverent, qui Plinium agnovissent, (nondum enim ab ejus obitu anni triginta, aut triginta quinque effluxerant,) tantam injuriam dissimulaturi fuerint, vel ceteri mendacium expressum, atque turpissimum, æquo animo toleraturi. Ceterum si quis Pantheo nimis addictus omnino eam animo imbiberit opinionem, qua fragmentum hoc, quod de Plinio sub nomine Suetonii circumfertur, ex ejus officina prodiisse noluit, ut secum de eo diutius contendam non valde laboravero, modo mihi vicissim ille concedat, quod nemo inficiari potest, fragmenti auctorem, quisquis fuerit, antiquum extitisse; cum enim in recentiorem fragmentum referendum non

esse Vincentii Bellovacensis ante annos, ut diximus, plusquam trecentos scribentis firmissimo testimonio constet, admonet nos stylus ante Vincentium sexcentis, aut pluribus, ipsum ab antiquo scriptore originem habuisse. Nam, qui intra hos annos locutione simili sit usus, scio neminem, Latina lingua a barbaris nationibus valde jam inquinata et deformata, aut bellis intestinis majores nostros misere exercentibus, atque ab omni bonarum literarum studio longissime avertentibus. Sed an antiquus hic scriptor Cornelius Tacitus est? Hoc sibi hactenus fuisse inauditum, audire videor, qui affirmet, nec ego adversor; etiam admitto tale quid neminem unquam forte fuisse suspicatum; tamen ad id facientes conjecturæ non desunt, quarum mihi auctor Plinius Junior est libro Epistolarum suarum sexto, in Epistola ad Tacitum, cujus initium est: 'Petis, ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis.' Ex qua apparet de Vita Plinii Senioris, et exitu, scripturum esse Juniori ultro Tacitum pollicitum esse, quod et præstitisse verisimile est. Sed latuisse Suetonio ascriptum nonnulla conjectura fieri potest ex narratione exitus, quæ cum Epistola Plinii collata facile credatur ex ea descripta. Quod Misenensi enim classi Plinius præesset, ut habet fragmentum, causas incendii Vesuvii exploraturus propius Liburnicas prætendisset, adversantibus ventis remeare non possit, vi pulveris, et favillæ oppressus sit, hæc eadem Plinius habet: 'Erat,' inquit, 'Miseni, classemque imperio præsens regebat.' Et paulo post: 'Nubes, incertum procul intuentibus ex quo monte, Vesuvium esse postea cognitum est, oriebatur.' Post pauca vero: 'Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo viro visum, jubet Liburnicam aptari.' Et alio in loco: 'Ibi, quanquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, et cum cresceret proximo, sarcinas contulerat in naves certus fugæ, si contrarius ventus resedisset.' Et alibi: 'Placuit egredi in littus et e proximo conspicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vastum, et adversum permanebat.' Rursus: 'Deinde flammæ flammarumque prænuntius odor sulphuris

alios in fugam vertunt, excitant illum; innixus duobus servis assurrexit, et statim concidit, ut ego conjecto, crassiore caligine spiritu obstructo, clausoque stomacho, qui illi natura invalidus, et angustus, et frequenter interæstuans erat.' Nec vero valde commoveor, quod multa de exitu a Plinio Juniore scripta fragmenti auctor prætermerit: omnem enim difficultatem eadem Epistola Plinii adimit, in cujus calce hæc leguntur: 'Omnia, quibus interfueram, quæque statim, cum maxime vera memorantur, audiveram, vere persecutus sum; tu potissima excerpes: aliud est enim Epistolam, aliud Historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere.' Opinioni nostræ libro quoque Epistolarum septimo Plinius favit, Tacito modestissime desiderium significans, quo teneretur, se ut suis Historiis insereret, quas immortales fore augurarentur. Porro, præter Annales, Agricolæ vitam, et de Claris Oratoribus disputationem a Tacito habemus, ac legimus; ne miremur eum, qui hæc scriptis consignavit, Plinii Senioris Vitam literis mandare potuisse, qui se præsertim ultro, ut diximus, de Vita patris et avunculi scripturum esse Plinio amicitia conjunctissimo pollicitus esset. Sed vero ubi Tacitum hujus fragmenti auctorem quispiam esse negaverit a ratione, vel similitudine veri, opinione mea non fuerit alienum, prorsus ex Titinio Capitone, quem de Viris Illustribus scripsisse Plinius Junior ad Minutianum auctor est, hoc manasse: sic enim ait libro Epist. VIII. 'Scribit exitus Illustrium Virorum, in iis quorundam mihi carissimorum. Videor ergo fungi pio munere, quorumque exequias celebrare non licuit, horum quasi funebribus laudationibus, seris quidem, sed tanto magis veris, interesse.' Ut in pauca conferam, non dubito, si fragmenti auctor non est Suetonius, ab aliquo tamen esse profectum antiquo scriptore, de quo an fuerit Tacitus, vel Titinius Capito, nihil temere statuo: vestrum, Patres, esto judicium: mihi satis est nonnullas conjecturas vobis indicasse. Quod mea interest, hoc persequar, esse me prope jam certum, non dicam vos, Patres, sed hosce lectissimos adolescentes, et in causa hac nostra magnæ auctoritatis esse hoc fragmentum

intelligere, et agnoscere quanta cum ratione, aut potius quam cum nulla, vel impressoris inscitiam Pantheus accusaverit, aut emendatoris malitiam damnaverit; quos ab omni, non facto modo, verum etiam suspicione dubiæ fidei, et initæ pro nobis adversus Veronenses conspirationis, cum hoc longe abfuisse demonstrat, patria ambos esse Tarvisinos, quibus nulla cum Novocomensibus meis consuetudo esset, necessitudo nulla, aut conjunctio, omnino inter quos et Novocomenses commune intercederet nihil; tum illud maxime liberat, quod Vincentio Bellovacensi annis ante antiquam Plinii impressionem prope ducentis quinquaginta, ante omnem imprimendarum notarum literarum cognitionem ducentis, scribente, humanum ingenium controversiam hanc de Plinii patria nondum parturiret, cujus præcipuus auctor extitit Franciscus Petrarcha ætate posterior Bellovacensi.

Transeo ad Serenum Sammonicum, quem hallucinatum duos Plinios, Seniorem et Juniorem, unum fecisse ait Pantheus, atque hactenus verissime; una vero hac de causa lapsum esse, quod nomen ac cognomen utrique idem esset, ni ego fallor, falso astruxit. Cum enim Plinium imperante Trajano vixisse pro certo Serenus recepit, unde id sumsit, nisi ex Junioris Panegyrico Trajano dicto, aut ex Epistolarum volumine, in quorum inscriptione Novocomensis fuisse legeretur? Quare, et quidem, ut existimo, satis aperte, colligo, aut, si Naturalis Historiæ scriptorem patria Novocomensem fuisse Serenus legit, litem adversarios amisisse, et frustra hunc civem suum extitisse Pantheum contendisse; aut, si Veronensem esse intellexerat, omni stupidissimo stupidiorem Serenum videri, qui duos unum potius esse voluerit, quia nomine et cognomine convenirent, quam, quod patria distinguerentur, de diversitate argumentari. Sed faciamus Historiæ Plinii Naturali patriæ mentionem defuisse; an ne *conterraneum* quidem suum in Præfatione Catullum Plinius appellavit, aut ejusne loco aliquid aliud substitutum Serenus legit? Hoc fau-

tores Panthei ut admittant, non puto adeo oscitantes fore, quo nihil aut Pantheo magis adversari, aut Novocomensibus meis favere magis possit, defuisse Præfationi Plinii verbum illud, quod totius controversiæ caput est, et fundamentum sibi a Pantheo opinionis suæ constitutum. Vocaverit igitur Plinius *conterraneum* suum Catullum, an hoc verbum cum Francisco Petrarcha et Pantheo 'ejusdem territorii,' aut 'ejusdem provinciæ' cum Hermolao Barbaro et Andrea Alciato, vel tertio quodam modo, Serenus interpretatus est? Si primo modo, cum Catullum fuisse Veronensem nemo nesciret, sequitur tum gravissimum veternum Serenum occupasse, cum allocutus imperatorem Severum duos Plinios, Veronensem ac Novocomensem, patria quamvis distinctos, nominis ac cognominis similitudine inductus, unum esse ineptissime ac barde est argumentatus. Qui si aut altero modo, aut tertio, verbi significatum accepit, convulso præcipuo suæ opinionis fundamento, ac funditus everso, de patria Plinii Novocomensibus meis Panthei fautor desierat posthac esse molestus. Quis enim adeo vel inops consilii, vel Panthei fautor juratus esse possit, ut de verbi Latini significatu Francisco Petrarchæ plus fidei adhibeat, ac tribuat auctoritatis, quam Sereno? Quis Hetruscum virum, rudi illo sæculo natum, quo Latina lingua jacebat pæne extincta, atque in Hetrusca educatum, Sereno, uno vix sæculo Plinio posteriori, qui Latinam linguam cum lacte hausisset, eaque tum imbutus esset, cum plurimum antiqui splendoris adhuc retineret, in Latini verbi vera significatione esse anteponendum existimet? Quis, hoc, dico, sentiat, nisi qui pro consilio pertinaciam, pro ratione vero ineptiam amplecti sibi in animum amentissime induxerit? Opinione igitur mea non idem prænomen, nomen, ac cognomen Seniori Juniorique Plinio commune Serenum fefellit; sed cum his utrique eadem patria communis Comum, effecit, ut hoc nomine C. Plinii Secundi unum, non duos scriptores significari arbitraretur.

Simili in errore Eusebium deprehendisse Pantheus se

jactat, de quo Serenum accusaverit, duos Plinios unum esse existimantem, Seniorem Trajano imperante floruisse, perperam tradidisse, quod ut recte a Pantheo dictum videri potest, ita velim eam animi ingenuitatem adhibuisset, quam ille ipse Plinius, quem suum facere contendit, tantopere commendavit, Hermolao Barbaro nominato, ex quo hujus argumenti integras rationes exscripsit, quem utinam in reliquis imitatus esset: non enim opinionem suam adeo adamasset, ut Plinii vel per vim inter Veronenses referendi causa Eusebii negligeret auctoritatem, atque contemneret. Etsi enim nullam inter Plinium Juniorem ac Seniorem differentiam Eusebius agnovisset; tamen, non dixerim venia, sed excusatione dignus esset; nam duos celebri fama cognitos, nomine, prænomine, ac cognomine, adde etiam patria, convenientes, quibus homines invicem distinguuntur, unum esse existimasse, non tam arguit Eusebii negligentiam, quam distinctionis difficultatem, ex qua Pantheus, aut ceteri posteriores, cum quibus me quoque volo numerari, Plinii sublatis Epistolis, se nunquam expedire, atque explicare potuissent. Excusationem hanc subodoratus Pantheus, aliis nonnullis Eusebii lapsibus propositis, ejus auctoritatem labefactare, sibi vero justioris in eum animadversionis fidem apud lectores conciliare studuit, quod et existimat abunde præstitisse Persii et Ennii exemplo, quorum primum Volaterranum esse Eusebius prodidit, qui se Ligurem faciat, alterum Tarentinum, quem gravissimi viri, inprimis M. Tullius pro Archia poëta, Rudium fuisse testantur. Ceterum de Persio quicquid Aleardus, in colloquium a Pantheo admissus, ut haberet, qui annueret, ac renueret, ad nutum suum, fautor opinionis accesserit, secus sentiunt viri auctoritatis minime vulgaris, advenam, non indigenam Liguria Persium fuisse affirmantes, qui isthuc forte secessisset, ut ex his intelligitur, quæ paulo post ea carmina, quæ ut Ligur esse crederetur effecerunt, in hunc modum leguntur scripta :

Mihi nunc Ligur ora
Intepet, hybernatque meum mare, qua latus ingens

Dant scopuli, et multa littus se valle receptat:
Lunai portum est operæ cognoscite cives.

De Ennio dicerent viri literati, sibi idem non videri Tarenti natum esse, et esse Tarentinum; existimare se Tarenti nasci Ennium potuisse, quemadmodum Eusebius habet, eo parentibus divertentibus, qui Tarentinus non esset; vicissim Tarenti non nasci alium potuisse, qui Tarentinus esset. Aut Tarentinum facere Ennium maluisse Eusebium, quanquam Rudius esset, quod ob loci obscuritatem a plerisque regionem in qua natus esset ignoratam iri vereretur, quæ palam fieret Tarento nominato, ob urbis celebritatem. Nam, ut Strabo libro suæ Geographiæ sexto auctor est, præter Tarentum et Brundusium reliquæ Iapigiæ, sive Calabriæ urbes cladibus afflictæ in oppida exigua degeneraverant, quo spectans forte Cicero de Ennio pro Archia causam agens dixit: 'Ergo istum, qui hæc fecerat, Rudium hominem majores nostri in civitatem receperunt: nos hunc Heracliensem de nostra civitate ejiciemus?' Vel quod agro Tarentinorum forte Rudiæ ascriptæ forent, iidem ab Eusebio Ennium Tarentinum esse factum affirmarent, sicut Catullum, qui semet ipse in insula Benaci natum esse testatur, Veronæ in lucem editum esse idem Eusebius professus est, non ignoravit Rudias Calabriæ oppidulum esse, quod Ptolemæi imitatione Rhodiam vocat, paulo post scribens, quorundam opinione Ennii ossa ex Janiculo Rhodiam esse translata. Sed sint hæc omnia non dubia modo et incerta, verum etiam falsa, adeone hospes in Eusebii lectione Pantheus erat, adeo ignarus D. Hieronymi præfationis, quæ huic volumini præfixa est, ut, quod in ea ille ipse auctor profitetur, nesciat multa ad historiam Romanam pertinentia admiscuisse, quæ licet non ignoraret Eusebius, quod tamen Græce scriberet, parumque suis necessaria esset arbitratus, præteriisset? Quibus fit, ut an Eusebio potius, quam D. Hieronymo hæc, quæ de Plinio dicuntur, ascribi debeant, incerta deliberatio sit, iique parum prudenter fecisse videantur, qui in Eusebium certo ea retulerunt. Verum enimvero, quo vobis maxime, lectissimi ado-

lescentes, satisfaciam, et omnem de mentibus vestris dubitationem abstergam, volo hæc esse Eusebii, volo in hoc nihil Pantheum peccasse, nec tamen Eusebium cæcutiisse. Cum enim intentioribus oculis mentis quæ de Plinio ab Eusebio scribi creduntur intueor, videre mihi videor ex diverso ejus de Plinio scribendi modo Plinios duos unum non fecisse; sed duos agnovisse et utrumque invicem distinxisse. Anno imperii Trajani undecimo Plinium ait, provinciam quandam administrantem, ab Imperatore quæsivisse, quid fieri vellet de Christianis: quæ ad Plinium Juniorem pertinere certissimum est. Idem anno duodecimo Plinium Secundum, Novocomensem, Oratorem et Historicum insignem haberi scribit; quæ si de Plinio Seniore dici Pantheus voluit, noster Plinius est, et injustæ causæ Eusebio judice Pantheus patrocinatus est; sin ea in eundem Plinium referenda censuit, quem prius nominasset, si me dicta adeo delectarent, sicut Pantheum, haberem acutissima, quibus ipsum hoc loco non modo appeterem, verum etiam figerem, pœnis ab eo injuriarum expetitis, quibus nos scommatis ultra lacessitos, quanquam obtusis et parum sæpe salsis, affecit; quale unum illud est, eum in vervecum patria natum esse, qui sibi de Eusebii lapsu in Plinio non assensisset. Sed non committam, ut de eo me quisquam accusare possit, quod in Pantheo non probo, nec ulterius procedam, ac longius excurram, quam officii mei et instituti ratio patiatur, cujus est, ut dicam, si ea, quæ proxime attigimus, in eum Plinium, quem Eusebius loco præcedenti commemoraverat, Pantheus retulerit, videri Plinium, qui anno priori præfuisset, posteriore agnitum esse, quasi villæ aut abjectissimæ familiæ, vel potius ovium gregi custos præfuerit, qui Pontum, qui Bithyniam proconsul administravisset, qui consul fuisset, qui denique pluribus, et amplissimis magistratibus functus esset, cum in ipsis gerendis nondum agnosceretur. Quid quod ibidem Eusebius dicat Plinium Vesuvii conflagrationem invisentem intercluso spiritu decessisse? Quæ sive ex Suetonio sumta esse Pantheus fateatur, hic ea concedit Suetonii esse, quæ prius in

eum referri noluisset; seu ex Plinio Juniore, nam præter hos duos nemo ex vetustioribus auctoribus hoc scripsit, in Epistola ad Tacitum excerpta esse dixerit. Quid miremur amentem quendam interrogatum, quo properaret, ut nescio quem insanum (se ipsum autem nominabat) videret, qui laqueo sibi vitam ademisset, respondisse, cum Eusebius hoc, quod diximus, Pantheo concedente, Plinium de se, ubi et quando sit mortuus, scripsisse testetur? Dicam aliter, quæ hoc secundo loco de Plinio ab Eusebio dicuntur, certiore argumento a Pantheo in Plinium Juniorem referri non posse, quia Senior Trajani imperium non attigerit, qui ne Domitianum quidem viderit imperantem, quam ego hæc eadem de Juniore dicta non esse affirmare possum, quod is, qui nimio studio accensus visendæ propius Vesuvii conflagrationis suffocatus est, non extiterit. Quod cum adeo notum sit, ut non indigeat demonstrari, tamen ne, si quid ad firmandam causam nostram facere possit, neglectum id a me videatur, hoc quoque addere visum est: anno duodecimo Trajani principatus Plinium Juniorem non decessisse, ex ejus ad Hadrianum Epistola posse demonstrari, cujus alter consulatus, bis consulem enim eum appellat Plinius, in extremum Trajani imperii annum incidit, quod bis consul imperium adeptus fuerit auctore Spartiano, sed cui Dio Nicæus adversatur, scribens Aproniani patris testimonio, qui tum, cum Imperator Hadrianus denuntiatus est, Ciliciæ præerat, nihil eum præcipuum a Trajano, præter Syriæ præfecturam, obtinuisse. Utrosque arguit nummus primo Imperii Hadriani anno cusus, quo designatus Cos. II. legitur. Sic enim habet:

IMP. CÆS. DIVI TRA. PARTH. F. DIVI NER. N. TRAIANO HADRIANO AVG. P. M. TR. POT. COS. DES. II.

Hoc idem alterius quoque nummi et antiquæ marmoreæ inscriptionis testimonio confirmatur, in quibus tribunitia potestas anni secundi cum secundo consulatu conjungitur, et anni tertii cum tertio consulatu, quod fieri non posse vobis satis perspectum est, ubi consul secundo adeptus im-

perium fuisset, nisi duos annos integros inter secundum consulatum functum, et tertium initum interposuisset, quos continuatos gessisse nullo anno distinguente constat. Nec est, cur dicatur errorem esse in nummo, qui Cos. II. pro III. habuerit. Nam tertio consulatu inito anno imperii primo, ad quinti mensis extremum imperii, et tribunitiæ potestatis, annus secundus tribunitiæ potestatis universus in tertium Consulatum incidisset, adversantibus antiqua inscriptione et nummo mox dicendis, in quibus tribunitiam potestatem secundo assumtam cum secundo Consulatu Hadrianum gessisse legitur, in veteri quidem inscriptione in hunc modum:

IMP. CÆSARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVÆ NEP. TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. CONS. II.

In nummo vero sic:

IMP. CÆSAR TRAIANVS HADRIANVS AVG. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. ADVENTVS AVG. S. C.

Hic porro Hadriani Romam primus adventus est: protinus enim ab imperio suscepto Romam venire non potuit rebus imperii ita postulantibus, cum aliæ nationes deficerent, aliæ ad defectionem erectis animis aspirarent. Quod si vera sunt præterquam quæ anno Trajani XII. non decessit Plinius Junior, etiam Hadriani principatum vidit, quem, ut diximus Hadrianus Cos. II. designatus obtinuit: verum, ut arbitror, verius 'Arrio Antonino,' quod aliis placet, Epistola data est, quam 'Hadriano:' si quidem in ea is, cui inscripta est, 'ætate princeps civitatis' appellatur, Hadriani ætate hoc non admittente, quæ XL. non excederet; cum Arrius Antoninus ex Julio Capitolino annis ante imperium Trajani duodecim nepote Antonino, eo qui post Hadrianum imperavit, jam nato, avus esset, tantæque auctoritatis, ut evecto ad imperium Nervæ cum Senatus universus gratularetur, solus eum amplexatus dicere sit ausus: 'Senatui, populoque, ac provinciis de te quidem principe valde non gratulari non possum; tibi nullo modo

possum, cujus immo misereor et doleo plurimum conditionis, quod onus tantum senex subieris, quo nullum aut molestius aut periculosius esse potest.' Eundem Capitolinus in Vita nepotis Antonini bis consulem fuisse commemorat, Asiæque proconsulem, nemini in ea gubernanda prudentia, aut integritate, præterquam nepoti imperatori secundum, ac morum sanctitate insignem. Alterum porro consulatum annis post primum XXVII. iniit in initio Nervæ principatus, quo sane tempore ætate principem eum fuisse civitatis nullam admirationem habet. Quæ qui cum his contulerit, quæ de Hadriano dici videbantur, eadem esse judicabit, nec quod Plinius eum, qui Hadrianus fuisse legitur, in Epigrammatibus ac Iambis Græcis adeo excelluisse prodidit, ut Callimachum, vel Herodem superaret, id Antonino adversatur, cujus idem libro Epistolarum quinto versus pluribus nominibus, quarto vero Epigrammata Græca totidem commendat. Missam his de causis facio hanc Epistolam, quæ verius 'Arrio Antonino,' quam 'Adriano' scripta est, et hoc certissimo argumento, Plinium Juniorem anno imperii Trajani duodecimo tantum abesse, ut extremum diem obierit, ostendo, ut ne imperante quidem ejus sexto consulatu, qui in annum imperii quartum decimum incidit, migraverit e vita: quippe qui libro Epistolarum secundo ad Arrianum scribit, se jussum cum Cornelio Tacito Afris affuisse Marium Priscum accusantibus, qui proconsul iis præfuerat: interfuisse autem Tutium Cerealem virum Consularem, præsedisse Imperatorem tum consulem plenissimo Senatu, actam causam Januario mense. Ceterum Tutius Cerealis Consul cum Commodo anno Imperii Trajani nono iniit: Imperator vero post quintum consulatum, quem ante Cerealem Consulem gesserat, sextum non iniit ante annum quartum decimum, quo præsedisse potuit, et Plinium vehementius dicendo incensum per libertum retro stantem admonere, quod Epistola habet, 'ut voci, laterique consuleret:' qui si non fuit is annus, necesse est, ut sub Hadriano imperatore causa acta sit, cum a sexto consulatu alium nullum gessisse

Trajanum constet, quicquid Cassiodorus septimum ei, antiquis omnibus inscriptionibus adversantibus, et nummis, ascribat. Sensit providus Pantheus objectiones, ejusque occurrit solito et sibi valde familiari præsidio expunctionis hujus partis, ‘ periit, dum invisit Vesuvium :’ quam additam esse Eusebio ab impressore temerario, aut sciolo, vel falsa rio emendatore affirmare non addubitavit. Sed eorum innocentiam Græci codices, sive manuscripti sive impressi, majoris, ut arbitror, apud doctos auctoritatis, egregie tuentur. Verum quod alibi fecimus, nonnulla Pantheo concedentes, hanc illi quoque expunctionem condonemus, cui Cassiodorus in Chronicis suffragari videatur, cetera, quæ de Plinio Historico scribit Eusebius, referens his demtis, ‘ periit, dum invisit Vesuvium;’ tamen ne sic quidem fit, ut hoc loco de Plinio Juniore Eusebius agat, de quo priori anno scripserat, eo provinciam gubernante, animadversum, aut verius sævitum in Christianos esse, ‘ Plinium Secundum ’ appellans, patriæ mentione præterita, quam sequenti Plinio addidit, ‘ Plinium ’ eum ‘ Secundum Novocomensem Oratorem et Historicum insignem ’ vocans, ut distingueret a priori, quem si cum Oratore et Historico eundem esse putavisset, oratione non divulsa, et interrupta, sed continuata usus esset : post Christianæ persecutionis narrationem sine intermissione subjungens, ‘ idem Plinius Novocomensis fuit Orator insignis, et Historicus hoc tempore habitus,’ ac cetera, quæ sequuntur. Illud vero fortasse tam certum non est, quam sibi videtur Pantheus persuasisse, Historias Plinium Juniorem ideo conscripsisse, quia libro Epistolarum suarum quinto ad Capitonem scribat, ejus consilio se pariturum Historiæ scribendæ de ea ipsa materia, quæ sibi ab eo proponeretur. Ut omittam enim plurimum interesse scripsisse quempiam Historiam aut scribere voluisse, nemo est in tanta scriptorum antiquorum aut recentiorum copia, qui Plinii Junioris Historiæ meminerit; cum qui Historiarum ab avunculo scriptis consignatarum mentionem fecerint perquam multi ex antiquis inveniantur, quorum etiam commendatione atque auctoritate probentur.

Sed quid in iis diutius destineor? Quid hæc infirmiora attingo? Nec ultro hoc quoque Panthei fautoribus concedo, omnia quæ de Plinio scripta in Eusebio leguntur ad Juniorem pertinere. Satisne suæ causæ hoc pacto consultum putant? satisne prospectum? Fortasse illis ita videatur; mihi certe satis provisum videri non potest, cum ab hoc sequatur, quod ab omni veri similitudine longissime abest, Plinii Junioris Eusebium aut D. Hieronymum, et Cassiodorum in Chronico, ac venerabilem Bedam libro de Natura Rerum meminisse, Senioremque Plinium, scriptorum copia, varietate, ac doctrina longe anteponendum, prætermisísse; hunc oblivioni tradidisse, Juniorem, quantum in ipsis fuit, nominis immortalitati consecrasse, quem ego quoque eruditionis haud exiguas laudes promeruisse agnosco, fateor, ac præ me fero; sed ita ut ne ille cum Seniore de literarum excellentia contendat, quem qui cum laude nominaverint omnibus sæculis posterioribus viri literarum gloria insignes inveniuntur, non æque multos Junior habuit, qui suum nomen scriptis celebrarent, aut ab eo literis mandata frequenter commemorarent; ut hoc quoque refugio Pantheus destituatur, injuriæ temporum accusandæ, per quam, ante ac post Eusebium aliquot sæculis Senioris operibus latentibus, factum sit, ut ab illustrioribus illorum temporum scriptoribus silentio præteritus fuerit. 'Studiosorum' ejus, quibus ab incunabulis orator absolutissime instituitur, atque informatur, meminit Quintilianus libro institutionum suarum tertio, et undecimo, Aulus Gellius Noctium Atticarum nono, sæpissime Carisius. Historiarum 'belli Germanici' mentio extat apud Cornelium Tacitum in Annalibus, Suetonius in Imperatorum Vitis Plinium in Historia Naturali adducit, necnon Serenus Sammonicus ad Severum; eadem a D. Hieronymo 'pulcherrima' appellatur, alias 'multiplici omnium rerum scientia referta:' D. Augustinus de Civitate Dei scribens ejus judicium secutus est. Taceo Aulum Gellium tertio Noctium Atticarum, et Junium Philargyrium in Georgicis Virgilii, ac in eisdem Servium, Macrobium

tertio Saturnalium, venerabilem Bedam, lib. de Nat. Rer. sæpe in fine, Isidorum Etymologum, atque Vincentium Bellovacensem cum in Speculo Historiali, tum in Naturali, Plinii Naturalis Historiæ meminisse; quam hoc sæculo, quo cetera ejus opera desiderantur, docti pariter et indocti tractant, alii honorificentissime, asperrime alii, vel eo usque progressi, ut de plaustro semper loquentes, quasi sua sint ex tripode omnia, scriptorum omnium ætatum commendatione illustrem, Asinum appellare non dubitaverint, quorum immoderatam licentiam, ac pæne plusquam Persicam arrogantiam, quia gravissimi viri impositis eorum tergis accommodatis clitellis represserunt, vel potius obtriverunt, ac contuderunt, communemque dolorem post acceptum damnum sapere eos docentes abunde puniverunt; privatas mihi hoc loco injurias ulciscendas esse non duxi; aut his plura de laudibus Historiæ Plinii Naturalis subnectenda, tanti ab Andrea Alciato nobilissimo jurisconsulto æstimata, ut unam facile Plinii Junioris cunctis operibus præferendam fuerit judicaturus. Est igitur hæc oratio tota de Plinio instituta, quæ sub anno Trajani imperii duodecimo legitur, in Seniorem, non Juniorem sine controversia referenda, neque existimandum est Seniore præterito sive Eusebium, sive D. Hieronymum, vel Cassiodorum, aut venerabilem Bedam solius Junioris meminisse. Etsi enim, quæ de Plinii Junioris proconsulatu in Eusebii Chronico leguntur, ejus esse ex tertio Ecclesiasticæ ejusdem Historiæ libro cap. 32. et necessitate anni edicti adversus Christianos editi, a Trajano moderati, in historia significandi firmam facio conjecturam; tamen cetera, quibus anno sequenti Plinii eruditio commendatur, ad D. Hieronymum pertinere mihi veri simile fit, qui se multa Romanæ Historiæ propria in Chronico ab Eusebio consulto præterita in gratiam Latinorum interposuisse testatur. Ceterum hoc loco detectum a Pantheo ulcus rursus recrudescit: videri Plinium Seniorem Trajani Principatum vidisse, qui Tito Romanum imperium administrante extremum diem clausit, urget Pantheus, quodque illi optandum maxime fuerat, fateor plus-

culis ante annis, quam Trajanus imperaret, Plinium Seniorem decessisse, Juniore nondum adolescentiam egresso, qui duodecimo imperii Trajani anno senex esset. Fateor Vesuvii conflagrationem, cujus fumus avunculum oppressit, in annum Titi principatus alterum incidisse. Unum illud non fateor ulcus, ut Pantheo visum est, hoc esse, atque adeo cacoëthes, et insanabile. Volo ego luxationem esse cujus etiam sit sanatio facilis, D. Hieronymi hac de Plinio sententia in pristinam sedem anni imperantis Titi secundi, unde excidit, restituta, quam forte Cassiodorus exturbavit, a quo sub eo præcise Trajani imperii anno collocatur, qui legitur in Eusebio. Cum enim Plinium Secundum legisset apud Tertullianum, Eusebium, vel D. Hieronymum, et Orosium, Trajanum de Christianis consuluisse, atque ita, ait Orosius, ut rescriptis lenioribus edictum Imperator temperaverit, nominis ac cognominis similitudine, maxime vero communi utrique patria adductus, eundem esse arbitratus, qui Orator et Historicus insignis habitus est, eo in loco Seniorem in suis chronicis collocavit, qui Juniori debebatur, partem autem illam, 'periit, dum invisit Vesuvium,' subticuit, ob temporum Vesuvii conflagrationis et imperii Trajani diversitatem. Ea ipsa ratio, ut Vesuvii conflagrationis mentionem præteriret, Bedæ quoque persuasit. Qui vero Cassiodorum post Bedam secuti sunt, ejus auctoritate inducti, et ea ratione, quam ex duorum Pliniorum ignoratione colligebant, non potuisse Plinium, qui proconsul Ponto præfuisse Trajano imperante, sub Tito, quo principe memorabile illud Vesuvii incendium accidit, e vita pluribus ante annis emigrasse, quæ de Plinio Historico et Oratore sub Tito in Eusebio legebantur, ea in duodecimum Trajani principatus annum, qui proconsulis Plinii Junioris anno proximus est, transposuerunt, nulla ejus partis, 'periit, dum invisit Vesuvium,' detractione facta, quam apud Eusebium, vel fragmentum illud quod Suetonii esse creditur, vidissent. Hinc forte est, quod de anno, quo Plinius floruerit, Bellovacensis a Cassiodoro dissentiat, nam quem hic duodecimum esse voluit, quartum decimum fuisse ille

professus est. Fere enim de recta via digredientium proprium est, ut unam non teneant; sed, ut sibi quisque melioribus niti conjecturis persuaserit, diversas ingrediatur, et longius aberret. Modestius egit cum D. Hieronymo Pantheus; eum enim excusavit, sed ita, ut de Plinio, Ennio, et Persio prius accusaverit, et vulnus finxisse videtur, cui hoc nomine mederetur, quod gravioribus studiis atque officiis impeditus interpretationem notario,. se teste, tumultuarie D. Hieronymus dictaverit, qui tamen ' velocissime ' non temere, non negligenter, aut inconsiderate dixit: præstitisset enim interpretationem non attigisse, quam aut minus occupato ansam accuratioris versionis præripuisse, aut lectori erroris occasionem præbuisse. Dicam quod sentio, nomen ' occupationis ' non tam probabilem excusationem, quam latentem accusationem, significare videtur, in eo præsertim, qui non coactus, sed sponte, et ultro hanc operam aggressus est Eusebii Historiæ Latinæ faciendæ. Sed ne excusationis quidem fuit ulla necessitas, occasio ulla. Nam si hæc Eusebii sunt, memor consilii sui, et sibi ab operis initio propositi instituti, D. Hieronymus fideliter ea Latina fecit, quæ de Plinio, Persio, et Ennio Eusebius scripserat: Græca enim, ut mox dicam, fidelissime exprimere curavit. At falsa sunto. Interpres est, non emendator, nec sibi curæ fuit inquirere diligentius, atque ad examen revocare, quam recte singula ab Eusebio scriberentur, sed quam recte a se Latine redderentur. Quod si hæc omnia forte, de quibus agitur D. Hieronymi, non Eusebii fuerint, quid Eusebius de eo accusatur, quod ne scribere quidem cogitaverit? Quid ab eo pœnæ reposcuntur erroris, si quis est, a D. Hieronymo commissi, qui non solum interpretis, verum etiam scriptoris in hoc opere officio functus est. ' Sciendum enim,' inquit, in operis Eusebii præfatione, ' me esse, et interpretis, et scriptoris ex parte officio usum: quia, et Græca fidelissime expressi, et nonnulla, quæ mihi intermissa videbantur adjeci, in Romana maxime Historia, quam Eusebius, hujus conditor libri, non tam ignorasse, utpote eruditissimus, quam, ut Græce scribens, parum suis necessarium per-

strinxisse, mihi videtur.' Aut igitur non peccavit Eusebius, aut D. Hieronymus excusatione non eguit, in quo nihil est, de quo reprehendi possit, quasi hallucinatus duos Plinios unum esse crediderit: nec Seniorem a Juniore distinxerit, quorum unum simpliciter Plinium, scilicet Juniorem, in Epistola centesima octava ad Domnionem et Rogatianum appellavit scribens: 'Optima quæque, ut ait Plinius, maluut contemnere plerique, quam discere,' quæ libro primo Epistolarum ad Voconium Romanum scripta apud Juniorem inveniuntur. Seniori autem cognomen perpetuo addit 'Secundi' libro decimo quinto commentariorum in Esaiam prophetam, cap. LIV. quarto commentariorum in Hieremiam, cap. XVII. et libro nono commentariorum in Ezechielem, vigesimo octavo capite: necnon secundo adversus Jovinianum, eundem 'Oratorem, et Philosophum' decimo quinto Commentariorum in Esaiam citato capite nominavit. Qui si non suo loco collocatus est, sicut diximus pro Eusebio respondentes, Cassiodoro, aut ex posterioribus alicui, non D. Hieronymo, id ascribi debuisse asserere me fautores Panthei patiantur. Sed tempestivum est, ut ad ea tandem propugnacula Panthei opinione inexpugnabilia, mea haud ægre expugnabilia, sermonem nostrum conferamus, de verbi 'conterraneus' significatu primum agentes, quem ille sic accipi posse inficiatur, ut 'terra' in communi apud Varronem, ne illud absurdum incurramus, 'conterranneum' suum esse a Plinio Catullum appellatum, hoc 'ex eodem mundo.' Cum ea lego Patres, quæ Pantheus de balneis edidit, vir mihi, mihi magnæ, ac variæ lectionis videtur; cum rursus quæ de communi 'terræ' significandi potestate hoc loco ab eo scribuntur, ut video, minimum eum legisse existimare possum. Non enim hoc ego assero, aut alius quisquam ex his, qui patrocinium pro Novocomensibus meis sumserunt, 'conterraneum' hoc loco sic accipi, ut 'terra' primo illo modo et communi significatu a Varrone; sed hoc verbo, 'conterraneum,' Catullum ejusdem regionis sive provinciæ cum sua Plinium fecisse; 'terra' enim Gellio teste Noctium Atticarum tertio libro, capite octavo, re-

gionem significat; dum ait, 'Cum Pyrrhus rex in terra Italia esset.' Dicant hunc scripsisse, inclinante jam Latinæ linguæ majestate; quare accipiant Plinium libro Naturalis Historiæ tertio, capite quinto, de Italia scribentem, 'eam terram omnium terrarum alumnam et parentem' appellasse; M. Catonem, in oratione de Achæis, dicentem, 'Cumque Hannibal terram Italiam laceraret, atque vexaret;' et in certo originum libro 'terram Siciliam:' quod si malint sibi Varronem proponi, audiant quid is scribat in libro rerum humanarum de diebus: 'Multi vero in terra Umbria unum et eundem diem esse dicunt a meridie ad meridiem insequentem:' et alibi in eodem opere, 'Terra Italia de Græco vocabulo appellata.' Deficiet me dies, si omnes auctores persequi voluero, qui 'terræ' nomine regionem intellexerint, quorum in numero cum Cicero sit, ejus hoc loco auctoritate contentus ero, pro Pompeio scribentis, 'Mithridates non fuit eo contentus, quod ei præter spem acciderat, ut illam, posteaquam pulsus erat, terram unquam attingeret:' et in opere de Inventione: 'In terra hostili turpiter jacuit insepultus.' Itaque communi nomine 'terra' sumta non solum orbem terrarum significat, verum etiam regionem, ut Italiam Varrone auctore, vel eo ipso in loco, qu iadducitur a Pantheo de orbis terrarum significatu, ubi Pantheum in adducendo Varrone culpa carere præter me alius nemo fortasse existimaturus est. Causa cur præteritum esset a Pantheo exemplum 'Italiæ terræ' in explicando communi significatu extitit, ut conficeret præter orbis terrarum significationem, quæ a Plinio in verbo 'conterraneum' intelligi non potuit, nullam aliam extare, ex qua regionem Plinium intellexisse quisquam argumentari possit. Ego vero malim desiderio et ardore incensum Veronensis Plinii faciendi cæcutientem Pantheum exemplum 'Italiæ,' perinde ac non scriptum, præteriisse, a quo verbo secundum hanc significationem accepto, militari quadam licentia, legiones in castris 'conterraneum' derivarunt ad milites diversarum provinciarum distinguendos. Quod intelligens Plinius subjicit, 'Agnoscis hoc verbum castrense?' scili-

cet, ut indicaret eo modo se Catullum ‘conterraneum’ accipere, quo in castris usurpatur ejusdem provinciæ significandi milites causa, et perinde ac si in castris extitisset, verbo minime Latino, nec usquam a Latinis scriptoribus recepto, usum, ‘conterraneum’ suum Catullum dixisse, ex eadem aut Italia, aut, quod verisimilius est, Italia Transpadana, vel Gallia Cisalpina, aut Togata, aut Transpadana. Hic erigit se Pantheus, arcem ex cloaca fecisse nos putat, et gloriatur auctoritate Plinii et Ptolemæi nos convinci apertissime erroris: hic namque sub Venetis Veronenses refert, Novocomenses sub Insubribus: ille Naturalis Historiæ libro tertio Comum et Mediolanum in Italiæ undecima regione collocavit, Veronam, Brixiam, ac Cremonam in decima recensuit. Possem excludere Pantheum subterfugiens argumentum, hac Italiæ divisione rejecta tanquam depravata, quod alii regionis ‘undecimæ’ loco ‘nonam’ legant, et ‘decimam undecimam’ faciant, aut etiam aliter legendum putent. Sed valeat hoc patrocinium, quod, licet satis probabile sit, mihi infirmo satis fundamento innixum videtur, cum hæc omnis regionum numeri controversia sit emendatoris mendum inducentis, non auctoris. Hoc verius sentio, Italiam pluribus olim modis antiquos divisisse; unde Plinius, Naturalis Historiæ libro tertio, capite quinto, se descriptionem Italiæ ab Augusto factam sequi profatus est, ne plures divisiones lectori aut imponeret, aut impositæ falsum videri se facerent. Cum itaque pluribus Italia modis divideretur, alius aliam arbitrio suo divisionem secutus est, ne miremur milites in verbi ‘conterraneus’ significatu aliam quandam Italiæ divisionem, non Augusti, secutos in castris fuisse, quos verisimilius est ante Augustum verbum ‘conterraneus’ libertate militari sæpe usurpatum, eadem libertate post Augustum, ejus neglecta descriptione, in eadem significatione accipientes, antiquam divisionem intellexisse: qua ratione hujus verbi significatum ad regionem relatum Novocomenses ac Veronenses, quod hi unam, alteri alteram penes Augustum regionem teneant, levi admodum argumento comprehendere Pantheus negavit. Dixi-

mus quinetiam 'Conterraneum' suum vocatum a Plinio Catullum fuisse, quod ejusdem uterque terræ Transpadanæ inquilinus esset; sic autem ipsam appellavit cum 'Cispadana' comparatam; hinc Forojulienses 'Transpadani' cognominati sunt eodem auctore, libro Historiæ Naturalis tertio, cap. 19. in regionis decimæ sive Venetiæ descriptione. Idem in calce vigesimi capitis 'L. Æmilio Paulo, C. Atilio Regulo Cos. nuntiato Gallico tumultu, solam sine externis ullis auxiliis, atque etiam tunc sine Transpadanis, equitum LXXX. M. peditum DCC. M. armasse' testatum reliquit: 'Transpadanorum' nomine eos omnes intelligens, qui ultra Padum Italiæ reliquum incolebant. Ceterum Strabo libro suæ Geographiæ quinto aliter omnino Italiam partitus est, et quidem in pauciores partes, primam faciens, quam decimam et undecimam Augustus numeravit, cum parte quadam nonæ; hanc vero in Cispadanam et Transpadanam divisit, quam Venetos et Gallos incolere voluerit, in ea paulo post oppida recensens Mediolanum, Veronam, Brixiam, Mantuam, Regium, et Comum: post pauca item: 'Ergo,' inquit, 'quæ trans Padum sunt, Veneti incolunt,' sub quibus, si Veronenses comprehenduntur, hos quoque Transpadanos esse necesse est. Sed hæc, atque alia plura missa facio; quæ necessaria non videntur, cum Catullus se ipse Transpadanum esse testetur in Egnatium hæc scribens:

Si urbanus esses, aut Sabinus, aut Tiburs,
Aut parcus Umber, aut obesus Hetruscus,
Aut Lanuvinus acer atque dentatus,
Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam.

Ex his me patrocinii desiderium fallit, ni hoc haud dubie colligitur, vel Veronenses esse Transpadanos, vel Catullum non esse Veronensem. Siquidem enim, uti Pantheo visum est, Veronenses non sunt Transpadani, qui fieri potest, ut, qui Transpadanus est, qualem se Catullus facit, Veronensis sit? vel quod mihi prudentiori, ut arbitror, consilio videtur, si Catullus Veronensis est, cum se Transpadanum esse profiteatur, non sint Veronenses Transpadani? Catul-

lum hoc in loco secutus Plinius 'conterraneum' suum eum vocavit, divisionem eam Italiæ intelligens, quam Catullus sequeretur, minime vero posteriorem illam ab Augusto institutam, quam alibi idem Plinius spectans haud æque 'conterraneum' suum Catullum appellavit, qui 'nostrum' dubio procul dicturus fuerit, ubi ambo Veronenses extitissent: libro namque Naturalis Historiæ XXXVI. capite 6. 'Hic est,' inquit, 'Mamurra Catulli Veronensis carminibus proscissus.' Trigesimo vero septimo ejusdem numeri capite simpliciter eum 'Catullum' appellat, inquiens, 'Quem Catullus poëta in sella curuli visum indigne tulit:' nec aliter eundem indicavit secundo capite libri vigesimi octavi cum ait, 'Hinc Theocriti apud Græcos, Catulli apud nos, proximeque Virgilii incantamentorum amatoria imitatio.' Quibus in locis patriam posteritati explicare præstiterat, quam ad Imperatorem Titum scribentem ejus meminisse, quasi Principi literatissimo ignotæ. Ceterum quod non solum Plinii nobis auctoritatem Pantheus objecerit Veronam et Comum regionibus distinguentis, verum etiam Ptolemæum in Insubrum numero Comum, Venetorum Veronam reponentem, huic quoque propria responsione satisfaciendum esse duxi difficultati; tametsi ea, quæ proxime pro solvenda Plinii objectione allata est, ad defendendam ab auctoritate Ptolemæi opinionem nostram satis esse poterat. Inprimis autem, si qui forte in tanto atque adeo frequenti studiosorum adolescentium conventu Ptolemæi testimonio adducti Pantheo de regionum ista diversitate sibi favendum putant, hos præcipue, ut adsint animis suis, appello, et cognoscant Comum inter Insubriæ urbes aut perperam a Ptolemæo referri, aut aliam quandam secutum divisionem Novocomenses inter Insubres retulisse. Nam, qui imperante Augusto scripsit Livius, libro ab urbe condita trigesimo tertio, inquiens, 'Marcellus, Pado confestim trajecto, in agrum Comensem, ubi Insubres, Comensibus ad arma excitis, castra habebant, ducit.' Et post pauca: 'Triumphavit Marcellus in magistratu de Insubribus Comensibusque.' Secutus Livium Sigonius summo consilio

exesam in Fastis Capitolinis hujus triumphi mentionem prope universam restituit in hunc modum :

M. CLAVDIVS M. F. M. N. MARCELLVS COS. DE COMENSIBVS ET INSVBRIBVS A. DVLII. IV. NON M.... TRIVMPHAVIT.

Quid? naturam hos terminos ac limites quodammodo constituisse, et Insubres a Comensibus distinxisse, quod Pantheum latuit, olim ne graculi quidem ac monedulæ ignorarunt, quos ex Insubribus in agrum Novocomensem perinde, ac alienum, et extra fines positum irrumpere, ac naturæ fœdera violare non fuisse ausos Plinius libro Naturalis Hist. x. 29. memoravit his verbis: ‘ Italia juxta Alpes Larium Lacum appellat amœnum arbusto agrum, ad quem ciconiæ non transmeant, sicuti nec octavum citra lapidem ab eo immensa alioqui finitimo Insubrium tractu examina graculorum monedularumque.’ Idem Ptolemæus, Bergomates regionibus a Comensibus distinguens, cum Veronensibus inter Cenomanos retulit, quos Plinius Junior lib. VII. Epist. ad Falconem ejusdem cujus et Comenses regionis fecit; dum Cornelium Minucianum Bergomatem, uti loco opportuniore indicabitur, ‘ ornamentum ’ appellat ‘ regionis ’ suæ. Neque vero est, ut Panthei fautores hoc loco repetant adeptum adoptionis jure civitatem Veronensem Plinium Juniorem ejusdem se cum Bergomatibus regionis fecisse. Nam, ut omittam parum probabile, aut ne probabile quidem, videri, eum Ptolemæi uno prope sæculo posterioris, quam Plinii Senioris, quam avunculi, et patris Italiæ partitionem sequi maluisse; antiquos Geographos suo quemque arbitrio, nec uno modo, ut dicebam, Italiam divisisse præclare constat. Nec quia in Como et Verona regionibus distinguendis Plinius Senior et Ptolemæus conveniant, ceterorum Geographorum convincitur eundem fuisse consensum, quippe hi ipsi, Plinius et Ptolemæus, qui in Verona et Como regionibus distinguendis consentiebant, in Bergomatibus dissensere, quos hic a Novocomensibus disjunctos cum Veronensibus conjunxit; ille ab his discretos cum Novocomensibus in eadem re-

gione collocavit: ex quo intelligitis, Patres, quam lubrico, quamque incerto Pantheus insisteret argumento, cum Veronæ ac Comi regionis ex Plinio et Ptolemæo diversitatem prætexens, eo 'conterraneum' suum ab homine Novocomensi Catullum Veronensem dici non potuisse contendat. Jam vero ne locus dubitationi sit ullus reliquus, quoniam 'conterraneum' suum Plinius Catullum appellaverit, quod ex eadem, ut diximus, Gallia aut Cisalpina aut Togata esset; ne nos quispiam Ptolemæi Togatam Galliam cis Padum referentis auctoritate arguat, id quoque quomodo factum sit, paucis vobis exponam. Cum Romani omnis sibi Italiæ ad Carnos usque Imperium armis vindicassent, omnem eam partem, cujus pro limite Rubico est ex una parte, ex altera Formio, in provinciam redactam, 'Galliam Togatam,' sive 'Cisalpinam,' sive 'Citeriorem' nuncuparunt, cujus administrandæ causa Prætor cum imperio mittebatur; ut ex Livio libro ab urbe condita trigesimo nono conjectari licet, cum ait, Galli 'Transalpini in Italiam transgressi, oppidum in agro, qui nunc Aquileiensis est, ædificabant: id eos ut prohiberet, quoad verbis, si sine bello posset, Prætori Galliæ L. Julio mandatum est; si armis prohibendi essent, Coss. certiores faceret:' paulo post: Iisdem Gallis, cum sese Cos. sponte dedissent, ægre ferentibus, quod sibi ademta arma essent, per legatos Romæ conquestis, 'Senatus,' inquit, 'responderi jussit, Neque illos recte fecisse, cum in Italiam venerint, oppidumque in alieno agro nullius Romani Magistratus, qui ei provinciæ præesset, permissu ædificare conati sint.' Oppidum igitur in Romano solo Galli ædificabant, quod ad provinciam Galliam pertineret; cui cum præesset L. Julius Prætor, idcirco ei cura data est, ut eos ab ædificatione verbis averteret; si armis opus esset, Consules admoneret. Non ita multo post vero Coloniam Aquileiam deductam esse idem Livius scribit, cujus tanquam ad provinciam suam Galliæ pertinentem Cæsar primo de bello Gallico mentionem facit in hunc modum: 'Tres legiones, quæ circum Aquileiam hyemabant, ex hy-

bernis educit, et qua proximum erat iter, per Alpes in ulteriorem Galliam contendit.' Eandem Galliam Citeriorem 'Togatam' Romanos appellasse testis est Hirtius octavo libro de bello Gallico scribens, 'legionem duodecimam, quæ cum Labieno in hybernis fuerat, in Togatam Galliam Cæsarem misisse ad colonias civium Romanorum tuendas, ne quod simile incommodum accideret ex incursione barbarorum, ac superiore æstate Tergestinis accidisset, quia repentino latrocinio atque impetu incolæ illorum erant oppressi.' Idem ad calcem: 'Cæsar,' ait, 'cum in Italiam venisset, et omnes regiones Galliæ percurrisset, hujus municipiis et coloniis gratias agens, quod frequentiam atque officium suum Antonio præstitissent, summa celeritate ad exercitum Nemetocennam rediisse, et exercitu lustrato, T. Labienum Galliæ Togatæ præfecisse, quo majore commendatione conciliaretur ad Consulatus petitionem.' Dio quoque citeriorem Galliam Togatam esse libro Historiarum XLVIII. memorat, inquiens, 'Ex Gallia etiam Togata, quæ tum Italiæ legibus ac institutis formata fuerat, ne in Cisalpina regione ejus gubernandæ causa essent exercitus alendi, pecunia ipsis militesque adducebantur.' Hinc Cicero in Philippica duodecima: 'Ut omittam,' inquit, 'reliquas partes Galliæ, nam sunt omnes pares, Patavini alios excluserunt, alios ejecerunt missos ab Antonio: pecunia, militibus, et, quod maxime deerat, armis nostros duces adjuverunt.' Sed Strabo, libro quinto Geographiæ: 'M. Lepidus,' inquit, 'et C. Flaminius, devictis Liguribus, hic Flaminiam viam stravit a Roma per Hetruriam et Umbriam usque Ariminum, ille deinceps Bononiam usque, et inde usque ad Aquileiam juxta radices Alpium, paludibus in gyrum circumventis, tanquam loca ad provinciam suam Galliæ pertinentia.' Pressius hanc viam alii describentes aiunt stratam esse ab Arimino Bononiam, ac Placentiam, atque inde opere circumducto, Mediolanum, Bergomum, et Patavium usque ad Aquileiam. Idem Strabo post Æmiliæ viæ descriptionem Galliæ citerioris excellentiam prædicans, ac rerum omnium largissimum proventum, 'mediocrem lanam in ea Patavium producere,' inquit,

'ex qua fiant pretiosi tapetes, gausapa, et alia id genus, vel utraque unica superficie villosa.' Eadem ratione a Livio dictum est libro ab U. C. XLIII. 'interrogatos a Senatu Aquileienses, vellentne eam rem C. Cassio Cos.' cui Gallia sorte obvenerat, mandari, 'respondisse, Cassium indicto Aquileiam exercitu profectum per Illyricum in Macedoniam esse.' His factum est, ut Pomponius Mela de Venetis scribens hos in Gallia Togata libro secundo collocaverit; quanquam post Augustum, ante Plinium, de situ orbis opus ab eo conditum constet. Sed vereor me vobis, Patres, tam multis rem apertam persecutum, molestum evasisse; quare transfero me ad argumentum Panthei ex familia desumtum, cui plurimum in hac causa ille confidebat, eo Plinium esse Veronensem argumentatus, quia Secundus esset, quorum familiam Veronæ esse comminiscebatur. Sed aut nullum argumentum est, aut si aliquid est, Plinius noster est. Obscure loquor, dicam apertius. Si idcirco Plinius Veronensis est, quia Secundorum familia, quæ nulla est, Veronæ olim extiterit, ex qua Plinius esset; multo rationabilius eundem ego Novocomensem fuisse concludo, quia Pliniorum familia Comi plurima fuerit, nusquam alibi, præterquam Veronæ, nescio cujus illius lapidis assentatoris testimonio, qui literas, qui syllabas, qui verba ad sensum et voluntatem Panthei, et aliorum quorundam ex se promat, et proferat tanquam ex arca. Nullam porro Secundorum esse familiam, Pliniorum esse, Benedictus Jovius, Andreas Alciatus, Franciscus pater, et Thomas Porcachius, et antiquorum scriptorum auctoritatibus productis, et verissimis rationibus, abunde demonstrarunt: quibus si quis nolit credere, quanquam hac in re suspecti esse non possint, adeat Panvinium Veronensem in libro de antiquis Romanorum nominibus, adversus Pantheum apertissimis, certissimis, firmissimisque rationibus pronuntiantem. Ego enim, cum hæc, tum cetera, quæ a scriptoribus proxime nominatis referuntur, omnia duxi prætereunda; uno antiquorum Epigrammatum lapideorum gravissimo testimonio, quod nemo illorum attigit, opinionem meam confirmaturus. Hoc præfatus, quod ex tribus nominibus, quibus Romani singulos homines olim invicem dis-

tinguebant, illud ad familiam pertinere necesse fuerit, in quo cum patre filii, ac nepotes, aut inter se convenirent: in quo vero dissiderent, nullo pacto illud familiam significasse. At tertio loco magna ex parte diversis nominibus appellabantur; primo etiam nonnunquam commune omnibus erat alterum nomen; quare cum 'Secundus' tertio loco in Plinio legatur, 'Caius' primo, 'Plinius' secundo, neque 'Caius,' neque 'Secundus' familiam significabunt, sed Plinius medium locum occupans, sive alterum in 'C. Plinio Secundo.' Jam vero tertium nomen sæpe patri et filiis, primum interdum iisdem et nepotibus fuisse diversum, attendite me demonstrantem, Adolescentes, ac primum de tertio, deinde de primo disserentem. Veronæ igitur simile extat Epigramma:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITHONI, ET PVBLIÆ VENERIÆ PARENTIBVS.

Romæ vero:

D. M.
CN. ANTONIVS AGATHOPVS ET ANTONIA AMPLIATA CN. ANTONIO AMPLIATO FILIO DVLCISSIMO QVI VIXIT ANN. XIII. MEN. VIII. DIES V. FECERVNT PARENTES INFELICISSIMI ET SIBI ET SVIS L. L. P. Q. EORVM.

Ibidem in ædibus Aurelii Matthæi trans Tiberim:

DE.
M. CARIENIO M. F. VENVSTO Q. V. AN. VIII. M. X. M. CARIENIVS FELIX ET CARIENIA VENVSTA INFELICISSIMI PARENTES FEC.

Flerii in æde D. Zeni:

L. CORNELIO SECVNDO, QVI VIXIT ANNOS X. M. V. D. XX. L. CORNELIVS GLYCON PATER INFEL. FILIO DVLCISSIMO.

Comi:

L. ALFIO L. F. MARCELLINO L. ALFIVS RESTITVTVS PATER.

In horum Epigrammatum primo, pater loco tertio 'Chariton' est, filius 'Secundus:' in altero pater eodem in loco 'Agathopus,' filius 'Ampliatus:' in tertio, pater 'Felix,' filius 'Venustus:' in quarto pater 'Glycon,' filius 'Secundus:' quinto pater 'Restitutus,' filius 'Marcellinus' appellatur. Quos omnes secundo loco in nomine convenire constat. Fratres tertio in loco dissidere, quæ sequuntur antiqua monumenta demonstrant. Brixiæ legitur in vetustissimo lapide:

P. ACILIO HELIODORO VI. VIR. AVG. P. ACILIVS HELENVS FRATRI PIISSIM.

Ibidem in æde D. Nazarii:

P. RVFRIVS P. F. BALBINVS DECVR. IN COLONIA. SIBI, ET RVFRIO P. F. PEDONI FRATRI.

Romæ vero in domo Carpensi:

N. ATIVS FELIX M. ATIO FAVSTO FRATRI.

Unus igitur fratrum Epigrammatis primi tertio loco dicitur 'Heliodorus,' alter 'Helenus:' uterque secundo loco 'Acilius:' familiam enim redolens non mutatur, et alterius Epigrammatis unus 'Balbinus,' alter 'Pedo' tertio loco, uterque 'Rufrius' secundo, ultimi vero unus 'Felix,' alter 'Faustus' tertio loco, secundo 'Atius' uterque. Ceterum tertium nomen neque patri et filio, neque fratribus commune esse, unius et ejusdem Epigrammatis auctoritate constat, quod Mediolani apud Virgines D. Bernhardini legitur in hunc modum:

M. CASSIVS M. F. OVF. CACVRIVS SIBI ET ACILIÆ MANDVILLÆ VXORI ET M. CASSIO BROCCHO FIL. ET L. CASSIO DONATO FIL. IN FR. P. XX. IN AGR. P. XX.

Tertio in hoc Epigrammate loco pater 'Cacurius' est, unus filiorum 'Brocchus,' alter 'Donatus,' omnes 'Cassii.' Sed primum nomen nonnunquam patri, filiis, ac nepotibus diversum esse satis erit ex marmoreis tabulis Capitolinis, sive Verrii fastis ostendisse, in quibus cum plurima hujus diversitatis exempla extent, sequentibus ero contentus: legitur:

ANNO AB V. C. CCLXXXVIII. Q. FABIVS M. F. K. N.
CCXCVII. M. VALERIVS M. F. VOLVSII N.
CCCI. P. SESTIVS Q. F. VBI N.
CCCII. A. MANILIVS CN. F. P. N.
CCCXXXIV. Q. SERVILIVS P. F. SP. N.
CCCXXXVIII. C. VALERIVS L. F. VOLVSII N.
CCCXLVI. N. FABIVS Q. F. M. N.
CCCLII. K. FABIVS M. F. Q. N.
CCCLXXXIV. L. PAPIRIVS SP. F. C. N.

In quibus filium et nepotem cum patre aut inter se in primo nomine, quod 'prænomen' vocant, non convenisse apertissime constat. Primi namque exempli avus fuit 'Kæso,' filius 'Marcus,' 'Quintus' nepos: alterius, avus Volusius, Mœnenius filius, nepos Marcus: tertii, avus 'Vibus,' filius 'Quintus,' 'Publius' nepos: quarti, avus 'Publius,' filius 'Cneus,' nepos Aulus: quinti, avus Spurius, filius 'Publius,' nepos 'Quintus:' sexti, avus 'Volusius,' filius 'Lucius,' nepos 'Caius:' septimi, avus 'Marcus,' filius 'Quintus,' nepos 'Numerius:' octavi, avus 'Quintus,' filius 'Marcus,' nepos 'Kæso:' ultimi, avus 'Caius,' filius 'Spurius,' nepos 'Lucius.' Quos in secundo nomine tanquam ad familiam pertinente convenisse omnes certum est, ut de hoc, nisi qui in antiqua Romanorum nominandi consuetudine penitus infans extiterit, nemo dubitare possit. Quare nullam non dicam dubitationem, sed dubitationis suspicionem habet, in C. Plinio Secundo 'Caium' prænomen, et cognomen 'Secundum,' ac familiæ nomen, quod secundo loco legitur, 'Plinium' esse; unde velit nolit Panthei fautor, ut fateatur, necesse est, si vis aliqua, si pondus ullum erat in argumento Panthei, ubi 'Secundus' familiam significasset, nostrum demonstrare: quod, Plinium, nomen esse familiæ habeto pro fundamento, cum ipsam familiam Comi fuisse dixerimus, idque multis antiquorum lapidum Inscriptionibus adductis nunc ostendemus. Una earum Comi legitur in marmorea tabula olim in suburbio D. Vitalis reperta, mox in templi maximi pariete collocata, quæ sic habet:

C. CŒSIDIO EVZELO VI. VIRO C. PLINIVS PHILOCALVS AMICO OPTIMO IN CVIVS TVTEL. CŒSIDIVS EVZELVS COLLEG. FAB. DEDIT HS. II. L. D. D. COLLEG.

In æde D. Provini :

D. M.

C. PLINII VALERIANI MEDICI, QVI VIXIT ANN. XXII. M. VI. D. V. PARENTES.

In uno vero ex Suburbiis in æde D. Joannis cognomento Leonis :

D. M.

P. PLINII PLINIANI.....

Cetera vetustas delevit.

In promontorio, quod Larium duas in partes secat, quarum una Comum versus extenditur, altera Lucum alluit, unde Bilacii nomen indictum, monumenti marmorei fragmentum extat cum inscriptione :

M. PLIN.....

Proximis annis primo ab urbe nostra lapide marmorea basis effossa est in æde D. Martini pagi Allebii, nunc Comi visitur in publica porticu templo maximo conjuncta collocata, quæ pro multis sufficiat. Inscriptio hæc est :

V. F.

C. PLINIVS CALVOS VIVR SIBI ET PLINIS SVCCESS. VL. VXORI CHRIS..... ET SVCCESSORIBVS L. CASTICO L. F. OVF. CATVLLO IV VIR. ÆD. POL. GENERO L. CASTICIO L. F. OVF. MAXIMO NEPOTI PLINIS THARSÆ ET VERECVNDÆ PAT. PLINIO CERDONI FR. PLINIO PHENOMEN. AMICO.

In templi majoris pariete antiquum Epigramma extat in quo de Plinio Juniore hæc leguntur :

C. PLIN. L. F. OVF. CÆCILIO SECVNDO COS. AVG. CVRATORI AL. TIBER. ET RIP.

Reliqua vetustas sustulit.

Fegii vero quatuor millibus ab urbe nostra passibus in æde D. Juliani Epigramma, quale sequitur, legitur :

C. PLINIO L. F. OVF. CÆCILIO SECVNDO COS. AVGVR. CVR. ALV. TIB. ET CLOAC. VRB..... Æ FE.... R. SAT. PRÆF. ÆR. MIHI.... Q. IMP. SEVIR. EQ. ...R. TR. MIL. LEG. III. GALL. X. VIRO STL. IVD. FL. DIVI T. AVG..... VERCELLENS.

Admonet me locus, ne præteream cujusdam Epigrammatis Plinii Junioris Panvinium libro fastorum secundo meminisse, in quo dicitur ‘Caii filius’ et ‘Caii nepos’ tribu præterita, quam proxime recitata inscriptio cum ea, quæ Mediolani in æde D. Ambrosii extat, habet; cui in ceteris paucis demtis simillimum est a Panvinio adductum Epigramma, quod in hunc modum ille retulit:

C. PLINIVS C. F. C. N. CÆCILIVS SECVNDVS COS. AVGVR LEGAT. PROPRÆT. PROVINC. PONTI CONSVLARI POTESTATE IN EAM PROVINCIAM AB IMP. CÆSARE NERVA TRAIANO AVG. GERMANICO MISSVS CVRAT. ALVEI TIBERIS, ET RIPAR. PRÆF. ÆRARI SATVRNI PRÆF. ÆRARI MILIT. LEG. VI. GALLIÆ. X. VIR ALIT. IVDICANDIS.

Ceterum duobus hoc mihi nominibus Epigramma suspectum est, quod ‘Caii’ non ‘Lucii’ filius in eo Plinius dicitur, et ‘legio sexta’ nominetur, quam nusquam memini me legisse inter illius sæculi legiones numeratam. Dio namque libro Historiarum LV. referens singularum ad sua usque tempora legionum nomina unius tertiæ Galliæ legionis meminit, qui annis post Plinium Juniorem plus centum floruit, unde facile fit, ut credam legionem quartam, et sextam Gallicas, quarum mentio in vetustis nonnullis Inscriptionibus extat, post Dionem additas esse, ac Plinium Juniorem legionis sextæ Gallicæ Tribunum in Epigrammate suo dici non potuisse, sed tertiæ, cujus Tribunum fuisse Plinium in eo Epigrammate legitur, quod Fegii diximus inventum. Nam quod Mediolani est, cetera, quæ proxime retuli de Tribuno legionis Gallicæ habet, sed deest mentio tertiæ a vetustate abolita in hunc modum: TRIB. MILIT. LEG..... GALLICÆ. quod integrum in Epigrammate Fegii apparet. Quod porro ad pronomen patris pertinet; si ne-

scirem Panvinium in antiqua Romanorum exploranda consuetudine summo studio incubuisse, facile suspicarer in ea ipsum opinione fuisse, ut arbitraretur filios adoptivos distinctionis gratia semper paterni prænominis, quod ex lege consecuti fuissent, meminisse, hocque fundamento adductum pro *Lucii filio* in inscriptione Plinii *Caii filio* scripsisse. Nunc quoniam in hoc genere studii cum laude consenuerit, mutati prænominis, quam eum, scribam volo potius fieri auctorem; et cum omnis quæ Comi, quæ Fegii, quæ Mediolani in hoc Inscriptio legitur, 'Lucium' habeat, ejus loco falso 'Caium' dictum esse existimare, ac pro patris naturalis prænomine, ejus, quem lex dedisset patrem, prænomen esse substitutum. Cum enim exempla nonnulla extent, qualia secutus Panvinius patris voluntarii, non naturalis, prænomine filios adoptivos distingui consuevisse, conjicere potuerit; non desunt alia, quibus appareat filios adoptivos patris naturalis prænomine, quem patrem natura dedisset indicasse, et eo distingui maluisse. L. Calpurnius Piso Cæsonius a L. Calpurnio Pisone adoptatus 'Caii filius' et 'Caii nepos' dicitur a Verrio in Capitolinis Fastis adhuc in hoc loco integris, qui adoptionis causa *Lucii filius* dici debuerat. Quinetiam Q. Fabium Maximum Rullianum a Quinto adoptatum Verrius in tabulis Capitolinis 'Marci filium' appellat, quod in patrem ex lege dictum referri non potest. Neque vero prænomen modo patris naturalis additum filio in adoptionem dato observavimus, verum etiam prænominis loco appositum cognomen, ut in P. Cornelio Scipione Africano Æmiliano, qui patre natus Lucio Æmilio Paulo, Velleio Paterculo auctore libro primo, datus in adoptionem filius P. Cornelio Scipioni, in antiqua inscriptione Romæ 'Pauli filius' dicitur, non Publii, in hunc modum: P. CORNELIVS PAVLI F. SCIPIO AFRICANVS COS. II. AVGVR TRIVMPHAVIT II. Quæ res facit, ut nesciam, cur vir gravissimus Sigonius restituturus, quæ deficiunt ab antiquitate abolita in tabulis Capitolinis in hoc Africano, dixerit, 'P. Cornelius P. F. P. N. Scipio Africanus Æmilianus,' nisi ipse quoque patris voluntarii præno-

men semper additum ab adoptivo filio aliisque, ejus significandi causa, a quo fuisset adoptatus, existimavit: quod neque verum esse constat, neque videtur fuisse necessarium, cum ipso prænomine, quod nunquam non fuit ejus, qui adoptasset, in filio adoptivo, quale adoptatoris prænomen esset, indicaretur. Neque par ratio fuit patris, et filii naturalis, ut ob hujus prænomen patris prænominis commemoratio reticeretur, tanquam in filio præcognita. Nam interdum, ut diximus, pater et filius prænomine distinguebantur. Ceterum Imperatorum adoptivi filii, prænomine gentilitio naturali servato, dignitatis causa in antiquis Inscriptionibus semper Imperatorum 'filii,' 'nepotes,' 'pronepotes,' et 'adnepotes,' sunt dicti, his non prænomine ut in ceteris, sed cognomine significatis, argumento sequentis M. Aurelii Antonini monumenti:

IMP. CÆSARI M. AVRELIO ANTONINO AVG. PONTIFICI MAX. TRIB. POT. XVII. COS. III. DIVI ANTONINI PII FIL. DIVI HADRIANI NEPOS. DIVI TRAIANI PARTHICI PRON. DIVI NERVÆ AN. AVXIMATES PVBLICE.

Atque hoc loco hæc indicare volui, ne recitatum a Panvinio Epigramma duos Plinios Cæcilios Secundos vixisse videri imposterum faciat, unum Caii filium, ac nepotem, alterum Lucii ex tribu Oufentina, ac novas de Pliniis quæstiones serat. Quibus missis, repeto constitutum de Pliniorum familia sermonem, cujus plurimæ ac nobilissimæ olim apud nos multa ac certa testimonia produximus, quæ nemo possit cavillorum tenebris offusis obscurare; aut alia quavis ratione, quo minus propositum nostrum confirment, ulli persuadere. Proferant vicissim, si possunt, Panthei fautores, vel unicam Veronæ Pliniorum inventam memoriam demto marmore illo antiquo, in cujus inscriptione referenda Veronensium quorumdam conspiratio tanta est, quanta inter occupatos in colli columbæ coloribus æstimandis, qui in hoc uno summe conveniunt, quod maxime dissident, atque discordant. Sibi quisque enim inscriptionem, quam voluit, atque adamavit, finxisse potius animo

videtur, quam visus beneficio usus exscripsisse; tam varia, tam multiplex, ac dissimilis est ab iis scriptis consignata. Pantheus namque sic eam retulit:

PLINIVS SECVNDVS AVGVR PATRI MATRI MARCELLÆ TESTAMENTO FIERI IVSSIT.

Torellus Sarayna in libro de antiquitate Veronæ eandem sic habere testatur:

PLINIVS SECVNDVS AVG. MARCIVIÆ MARCELLIÆ MATRI
POSTERI. PATRIÆ MATRI MARCELLIÆ
T. F. I.

Alexander Benedictus in Epistola ad cives Veronenses de Naturali Plinii Historia a se emendata sic legit:

..INIVS
..CVNDVS
AVGVR
..RCIVIÆ
..RI
..ERI PATRI
..MÆ MATRI
MARCELLÆ
T. F. I.

Sed in Onufrio Panvinio, libro Fastorum secundo, ea descripta in hunc modum jacet:

C. P. INIV
..NDV
..AVG
...RCIVIÆ
..CELLÆ
..RI
..ERI PATRI
..MÆ MATRI
MARCELLÆ.
T. F. I.

Quanta in his exemplis ex eodem Epigrammate descriptis differentia sit, quanta dissimilitudo, nemo non videt. Ut

enim omittam principium, de quo abunde in præcedentibus dictum a me audivistis: in reliquo Pantheus a Torello hoc discrepat, quod verbo, 'Marciviæ posteri,' et 'patriæ' caret, semel tantum 'matris,' et 'Marcellæ' meminit, quarum bis mentio a Torello facta est: 'patrem' vero addidit, quem Torellus præteriit. Idem dissidet ab Alexandro verbis mutilis '-rciviæ-ri,' et '-eri,' præteritis. Ab Onufrio vero iisdem omissis, et '-cellæ.' Sed ab Alexandro Benedicto in eo differt Torellus, quod a 'Marciviæ' nomine, quid loco '-riciviæ,' interpretatus est, addit 'Marcellæ,' et loco syllabæ '-ri,' habet 'matri,' et pro 'eri,' 'patri,' 'posteri,' et 'patriæ,' dixit, '-mæ' nihil meminit, quæ syllaba proxima verbo 'matri' in Alexandro antecedit, hac vero sola ab Onufrio dissidet; ac quod verba inchoata, verba integra de suo ingenio retulit. Sed nec Alexander Benedictus quoque cum Onufrio convenit, quanquam verba mutila retulerit: sicut Onufrius observavit. '-cellæ' namque omisit, cujus in Panvinio mentio extat. Quod insigne dissidium, et aperta discordia in eo maxime testimonio, quo præcipuo nos argui injusti patrocinii suscepti cum Pantheo ceteri profitentur, facit, ut credam, Patres, eo in hac causa, (quoniam contra ipsos potius est, quam pro ipsis,) Novocomensium meorum juribus haud contemnendam fieri accessionem, vos esse judicaturos. Non dicam, si quæratur de loco, in quo inventum Epigramma sit, unde erutum, inter adversarios non convenire, quod vis, et nervus offensionis in Epigrammate mihi non loco effossionis positum esse videatur: quanquam ne hanc quoque discordiam alius quispiam a me negligendam judicaverit, in qua, quod adjuvet nostram defensionem, aliquid inesse existimet. Illud potius dicam, quod proprium est Epigrammatis, non loci, nec dissimulari posse videtur, mirari me viros gravissimos adversarios nostros, inprimis Panvinium in antiquarum historiarum lectione exercitatissimum, eum hominem, qui in Epigrammate nominatur, solo auguratu insignem fuisse memorabilem; non animadvertisse contra, Plinium Seniorem pluribus splendidioribus magistratibus egregie

functis illustrissimum, augurem, facta ex Plinio Junióre conjectura, non extitisse. Quippe libro Epistolarum quarto Arrio sibi de auguratu per literas eo maxime gratulato, quod Cicero quoque fuisset augur, respondet, cum hoc nomine sibi carum auguratum esse; tum eo quod viro principi Julio Frontino successisset. Nihil meminit Arrius Plinii Senioris, nihil Plinius Junior, quorum aut illum, Cicerone proposito, patrem et avunculum fuisse præteriturum verisimile non est, aut hunc exemplum externum, cum haberet domesticum, fuisse commemoraturum, qui avunculi memoriam sancte adeo ac religiose coluit, atque observavit, ut Capitoni se ad historias conscribendas hortanti, cum innumera prope illi exempla non deessent, quibus ad hoc genus studii se incitatum profiteretur, uno Plinii Senioris exemplo contentus, libro Epistolarum quinto, in eum, qui sequitur, modum respondit: 'Me vero ad hoc studium impellit domesticum quoque exemplum. Avunculus meus, idemque per adoptionem pater, historias, et quidem religiosissime, scripsit. Invenio autem apud sapientes honestissimum esse majorum vestigia sequi, si modo recto itinere præcesserint.' Sed ne illud quoque omiserim, notam AVG. perinde ac 'Augur' omnino significantem adversarios nostros accepisse, cum omnium, qui de his notis scripsere, testimonio, ut 'Augur' nonnunquam, sic alias 'Augustus,' vel 'Augustalis' ea significet, quo fit, si fideliter Panvinius Epigramma retulit, ut cum inter cognomen 'Secundus,' et notam AUG. nescio quid vetustas delevisse videatur, forte I—I. VIR non is potius 'Augur,' quam 'VI. Vir Augustalis' fuisse debeat existimari: Volo vero notam AVG. 'Augurem' hoc loco significare, et Augurem fuisse Plinium Seniorem; quid, contra quam illius sæculi consuetudo ferebat, gesti ab eo summa cum laude magistratus in inscriptione 'Testamento Fieri Jussa,' reticentur? Quid classis prætoriæ Misenensis cum imperio castissime administrata silentio præterita est? cujus vel in ipsis subpræfectis, immo vero privatis militibus, honoris ergo mentionis factæ in antiquis monumentis tale Romæ extat in hortis Carpensibus exemplum:

D. M.
MAGIA JANVARIA TATTÆ SUO BENE MERENTI FECIT C. ANTONIO ANTARINO MILITI EX CLASSE PRÆTORIA MISENATIVM VIX. ANN. XL. MIL. ANN. XXIV.

In ædibus vero Laurentii Vellei legitur:

T. FLAVI VALENTIS MIL. CLASS. PR. MISENENSIS AGRADIESIS VIX. ANN. XXVII. MIL. AN. VI.

Subpræfecti Classis prætoriæ Ravennatis ejusmodi Firmi in Piceno monumentum visitur:

T. APPEIO T. F. VEL. ALFINIO SECVNDO PROC. AVG. XX. HÆRED. PROC. ALV. ATRECTIANAR. PRÆF. VEHICVL. SVBPRÆF. CLASS. PRÆT. RAVENN. PR. ALÆ I. AVG. THRAC. TRIB. COH. ACLIÆ COH. IIII. GALL. PATRONO COL. BRITTON.

Sed quanti classis prætoriæ Misenensis ac Ravennatis Præfecti æstimarentur; quantum onus, ac quam nobile sustinere crederentur, ex Vegetio libro de Re Militari tertio præclare habetur: 'Cum,' ait, 'apud Misenum, et Ravennam singulæ legiones Romani nominis cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent; et cum ratio postularet, sine mora, sine circuitu ad omnes mundi partes navigio pervenirent. Nam Misenatium classis Galliam, Hispanias, Mauritaniam, Africam, Ægyptum, Sardiniam, atque Siciliam in proximo, habebat: classis autem Ravennatium, Epirum, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum petere directa navigatione consueverat, quia in rebus bellicis celeritas amplius solet prodesse, quam virtus.' Quanti vero privatim Misenensem Hadrianus Imperator fecerit, ex data his, qui in ea sex et viginti stipendia meruissent, Romana civitate apparet, de qua sic accepimus ex ænea tabula:

IMP. CÆSAR D. TRAIANI PARTHICI F. D. NERVÆ NEPOS TRAIANVS HADRIANVS AVG. PONT. MAXIM. TRIB. POTEST. XII. COS. III. PP. HIS QVI MILITAVERVNT IN CLASSE PRÆTORIA MISENENSI, QVÆ EST SVB IVLIO

FRONTINO, SEX ET VIGINTI STIPENDIIS EMERITIS DIMISSIS HONESTA MISSIONE, QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBERIS, POSTERISQVE EORVM, CIVITATEM DEDIT, ET CONNVBIVM CVM VXORIBVS, QVAS TVNC HABVISSENT, CVM EST CIVITAS HIS DATA, SI QVI CŒLIBES ESSENT, CVM HIS, QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SINGVLIS SINGVLAS AD XII. K. MAR. P. IVVENTIO CELSO II. Q. IVLIO BALBO COS.

Sed Tacitus ejusdem legionis opera Galbam oppressum, et præsidio Othonem ad Imperium evectum esse scribit. Quibus maxime de causis ejus in Inscriptione Plinii Præfecturæ mentionem non fuisse contemnendam, atque adeo præ auguratu negligendam, ut præteriret, mihi videor inanibus minime conjecturis ostendisse. Quid igitur hujus præfecturæ, quid gestorum a Plinio Seniore reliquorum magistratuum in hac Inscriptione nulla mentio legitur? De quibus partim ex Epistola ad Tacitum libro Epistolarum sexto, partim ad Marcum libro tertio, Plinius Junior scribit, ad illum quidem, ‘ Miseni classem cum imperio gubernantem decessisse :’ ad hunc, ‘ medium tempus distentum impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum, egisse pernoscitur,’ ibidem idem inquit ‘ in Hispania procuravit,’ et ‘ ante lucem ibat ad Imperatorem Vespasianum inde ad delegatum sibi officium.’ Idem ipse Plinius Senior in Historiæ Naturalis Præfatione ad Vespasianum : ‘ Homines,’ inquit, ‘sumus, et occupati officiis, succisivisque temporibus ista curamus, id est nocturnis, ne quid vestris putetis cessatum horis : dies vobis impendimus.’ Nusquam Augurem fuisse Plinium Seniorem constat ; multis maximisque officiis eundem præfuisse certum est, et inscriptio illi omni pumice, ut dicitur, aridior posita est, in qua quod alibi nusquam Augur fertur extitisse ; qui alibi referuntur ejus, et quidem maximi, honores reticentur. In omnibus illius sæculi Inscriptionibus, vel minima quæque officia recensentur : nihil negligitur, nihil omittitur, vel exemplo Plinii Junioris Inscriptionis, ne innumeras attingam. Quid hoc itaque, Patres, quid hæc sibi vult tam jejuna et nuda

pæne Inscriptio? Quid significat, nisi hoc significat, in detritis illis principii Epigrammatis literis legendis, aut adversariorum nostrorum oculos caligantes cæcutiisse, aut voluntatem potius, quam visum in judicium eos adhibuisse. Quem enim maxime illustrem esse, cupere, et optare debuerunt; hunc factum augurem, qui non esset; præcipua et nobiliori parte dignitatis denudarunt: hunc tot splendidarum administrationum integerrime functarum honore spoliatum; hunc de sublimiori gradu dejecerunt, atque deturbarunt, ac lumen illud honoris, et gloriæ splendorem tanto studio conquisitum, extinxerunt. Hæc ejusmodi sunt, ut videar securus meam ad alia convertere orationem jam posse.

Sed ea est vis veritatis, ea potestas, quæ nullis vel cuniculis everti calliditatis vel solertiæ præstigiis captionibusque labefactari possit, atque convelli. Ea imbecillitas, ac vanitas falsitatis, quæ multis sæpe modis expugnetur, atque opprimatur, ut quo diutius versor in hujus Inscriptionis examine, et singula diligentius inspicio, atque perpendo; eo pluribus adversus Pantheum abundem argumentis, quibus cum vel frivolæ ipsæ ejus ratiunculæ, quas ex hac Inscriptione per vim ille expressit, prorsus contundantur, atque elidantur, pro suscepto patrocinio ea dissimulare non possum. Mihi enim antiquas Inscriptiones, quæcumque Romano Imperio adhuc florente factæ ad nos pervenerunt, quas Panvinius et Aldus junior retulere, quas Veronæ Torellus Sarayna, Mediolani Andreas Alciatus, Comi Benedictus Jovius collegere, quasque alii magno labore conquisitas in unum volumen congesserunt, quibus Verri quoque Flacci Fastorum ac Triumphorum Romani fragmenti observatio accedit, memoria repetenti, ac mente circumspicienti omnes, cujus memoriæ causa in ære leguntur incisæ, aut in marmore insculptæ, ejus patris, aut patroni mentionem visæ sunt habere annexam, quod me vobis paucis, quantum causa nostra postulat, exponentem audite.

Romani, aut liberi erant, aut liberti: illi aut nati Romani, aut nuper in Romanam civitatem relati. Nati rursus Imperatores, Imperatorum filii, aut aliorum ordinum; et

Imperatores quorum patres imperassent, aut non imperassent. Priores sive adoptivi filii, sive naturales, patre vivente, 'Imperatorum filii' scribebantur, patre solo cognomine significato, exemplo Trajani, a Nerva adoptati, cujus nummus sic habet:

NERVA CÆSAR NERVÆ AVG. F. TRAIANVS GEM. PONT. TR. POT. COS. II. IMP.

Et Titi Vespasiani filii naturalis, cujus in nummo sic legitur:

TITIVS CÆSAR AVG. F. PONT. TR. POT. COS. II. IMP. III.

Et ejusdem in altero:

T. CÆSAR AVG. F. VESP. IMP. PON. TR. P. IIII. COS. II. CENS.

Patre vero mortuo 'divi' tantum 'filii,' aut cognomine apposito 'divi filii' dicebantur in hunc, qui sequitur, modum in Neronis nummo:

NERO CLAVDIVS DIVI F. C. AVG. GER. P. M. TR. POT. COS. IMP.

Titi vero Inscriptione:

IMP. TITVS CÆSAR DIVI F. VESPASIANVS AVG. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. IX. IMP. XV. CENS. COS. VIII. DES. IIX. P. P.

Cum appositione cognominis legitur similis Titi Inscriptio:

IMP. TITVS CÆS. DIVI VESP. F. VESPASIAN. AVG. AVGVR. PONT. MAX. TR. POT. IX. PP. IMP. XVII. COS. VIII. CENS.

Verum Imperatores qui nullo paternæ hæreditatis jure, sed vi, vel Senatus populique beneficio ac suffragiis ad imperium pervenissent, patris in Inscriptionibus nulla ratio habita est, forte quod patres nominasse Imperatoria majestate minime dignum esse S. P. Q. R. vel ipsi etiam Principes censuerint; sicut ex Galbæ, Othonis, Vespasiani, Nervæ, Pertinacis, Juliani, et Severi nummis, aliisque eorum Inscriptionibus, in quibus patris nulla mentio extat, facile

quisque conjecturam facere possit. Nec nos commoveant et ancipites animo reddant Claudii Principis Inscriptiones, in quibus Drusi, qui non imperavit, 'filius' nominatur. Cum enim Imperatorum in numero non fuerit, ex Imperatoribus tamen propagatus Augusti nepos, ac filius Tiberii, ut filius Claudius Tiberii nepos, ac pronepos Augusti agnosceretur, efficiebat: utque imperium hæreditario jure adivisse videretur. Unius Vitellii nummus circumfertur, et Inscriptio basis visitur, in quibus 'Lucii filius' nominatur, qui præterquam quod non imperavit, ne ex Imperatoribus quidem originem duxit. Sed ni me fallit conjectura, secum ille reputans qua arte imperium invasisset, astute cum imperaret, videri noluit imperare, nec major consule, cum Cæsaris cognomen in omne tempus auctore Tranquillo recusaverit; Augusti vero distulerit. Unde ab initio ejus principatus cusi nummi: A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. COSS. PERP. tantum habent: nulli cognomen Cæsaris.

Aliorum autem ordinum Romani solo prænomine patres semper significabant, uti Fabati nostri monumenti argumento apparet, quod L. CALPVRNIVS. L. F. OVF. FABATVS habet. Tantum excipio si quando patri, vel filio monumentum posuissent, in elogiis de filiis, quos patres habuissent, dicere supersedisse, cum pater nominaretur prænomine, nomine, ac cognomine appositis, sive erga patres, sive erga filios, hanc piæ memoriæ et amoris significationem præbuissent. Observationis habeo testes Epigrammata duo in præcedentibus recitata, quorum primum habet:

L. AQVILIVS SECVNDVS L. AQVILIO CHARITONI PATRI.

In quo notis L. F. quibus 'Lucii filius' significatur, filius pepercit, quod 'L. Aquilius pater' protinus nominetur. Alterum sic:

L. CORNELIO SECUNDO L. CORNELIVS GLYCON PATER.

Notis L. F. omissis, ut minime ad patrem significandum necessariis. Dissimilis valde ratio erat eorum, qui nuper Romanam civitatem adepti essent; patris enim loco, ejus, qui sibi vel civitatem impetravisset, vel impetrandæ auctor

extitisset, prænomine, ac nomine assumtis, pro cognomine antiquo suo nomine utebantur: consuetudinis exemplum C. Avianum Philoxenum habeo inter Novocomenses meos, de quo sic Cicero Epist. lib. XIII. ad Acilium: 'C. Avianum Philoxenum Cæsar meo beneficio in Novocomenses retulit. Nomen autem Aviani consecutus est, quod homine nullo plus usus est, quam Flacco Aviano meo familiarissimo.' Huc spectat quod Epistola sequenti ad eundem, idem scribit: 'Cum Demetrio Mega mihi vetustum hospitium est. Ei Dolabella rogatu meo civitatem impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur.'

Jam liberti, quos ultimo loco commemoravi, patris loco, cujus liberti essent, in inscriptionibus habuere; quod cum multis exemplis demonstrari possit, unum pro multis sat erit attulisse, quod plurium libertorum mentionem continet in hunc modum:

L. ANTESTIVS. CN. F. HOR. SARCVLO. SATIVS. ALBANVS ANTISTIA. L. L. PLVTIA. RVFIA. P. F. TERTIA. SOROR. L. ANTESTIVS. L. L. QVINCTIO. L. ANTISTIVS. L. L. RVFVS. L. ANTISTIVS. L. O. L. THAMYRVS. L. ANTISTIVS. L. O. L. ANTHVS. L. ANTISTIVS. L. L. HEROS. CAPPADOX.

Ex omnibus ac tam multis, ne longius digressus videar, et ab instituto prorsus divertisse, colligo ad Plinium Seniorem, qui Romanis non imperaverit, non fuerit libertus, vel in civitatem nuper relatus, Inscriptionem Veronensem testamento fieri jussam, non pertinere; de qua, an patris mentionem habeat, dubium est, et habentem tamen prænomen deest, non vitio vetustatis sublatum, sed loco, (si inscriptionis formam nobis a Panvinio exhibitam spectaverimus,) in quo incisum esset, deficiente, sicut etiam in initio, ubi C. F. aut cum alio prænomine legi potuerit. Et ne quarundam Inscriptionum exemplis, quibus quam dixerim aliter observatum videatur, quispiam adductus, me quasi falsariùm et animo obstinato magis, quam veri studioso fabulas comminiscentem accuset: id quoque adjicere visum est.

Post communicatam ab Imperatore Antonio, quem Caracallam fuisse nonnulli prodidere, cunctis imperio suo subjectis nationibus Romanam civitatem, uti Digestorum libro primo tit. Quinto de Statu Hominum Ulpianus auctor est, antiquam nominandi Romanorum consuetudinem, et Inscriptionum rationem primam concussam, atque conturbatam, mox novis ritibus sensim sese in eam insinuantibus plurimum immutatam, atque adulteratam, tandem prorsus extinctam defecisse: atque ideo, si quæ sunt, quæ nobis adversari Inscriptiones videantur, has esse imperio Caracallæ posteriores facile sentio, cum ea, de qua lis est, in Plinium Seniorem referatur plus uno sæculo anteriorem. Dicere possem de Tribus omissione deque aliis nonnullis, quibus de falsa Inscriptionis interpretatione adversarii arguuntur; tamen quod ullo rationis vel sensus præsidio probari inficior posse, hoc ego illis concedo, hoc largior eum, qui Veronæ Inscriptionem patri ac matri testamento fieri jussit, C. Plinium Secundum extitisse: veram esse interpretationem, non simulatam, non fictam admitto; et Plinium quendam (non illum nostrum Naturalium Historiarum scriptorem) fuisse volo Veronensem, forte nescio quem illum utroque Plinio patre, et filio adoptivo multo juniorem, qui ne medicis uteretur sibi de re medica libros quinque conscripsit: sit hic ille suus Plinius Secundus, ille suus Augur, cujus præstigiis, non certioribus argumentis in eripiendo nobis Plinio nostro cum Pantheo fautores usi sunt: hujus illi accessione glorientur, et viris illustribus suis, nostrum nemine adversante, curent annumerandum.

Atque hactenus potiorum adversæ partis argumentorum radices convellere institi, quod mihi videor abunde præstitisse. Qui reliquus est cursus mihi non modo facilis, sed perfacilis, ac compendiosus ostenditur, promta ad singula responsio, et omnium expedita confutatio. Nam quod Plinius Junior 'suos' Veronenses, et Catullum 'suum' diversis in locis appellaverit, utrumque dictum ab eo est modo eodem, quo 'Conterraneum suum' Catullum Plinius Senior vocavit, ejusdem provinciæ incolam, atque ab eodem præ-

tore gubernatam, aut quo modo Firmanos, vel, ut alii, Formianos 'suos' Plinius Junior ad Sabinum patrocinii causa appellavit, et amicitiæ nomine Quintilianum Hispanum 'suum' dixit, eadem scribendi norma usus in omnibus prope Epistolis simili ratione cum Veronenses, tum Catullum 'suos' nominare potuit. Nec est, ut quisquam objectionem meam de Catullo Transpadanos 'suos' appellante simili responsione diluendam putet. Nemo enim causas egisse Catullum prodidit, ut patrocinii aliquando Transpadanorum suscepti causa 'suos' dicere potuerit; amicos vero plerosque Transpadanos habuisse, uti Veronenses plerosque Plinius Junior sibi amicitia conjunctos habere potuit, id quoque haud facile, ut verisimile plerosque omnes fore admissuros, existimo. Patronis autem suæ causæ, quos plurimos protulit Pantheus, cum in unius verbi 'Conterraneus' significatu suæ illi opinionis fundamenta collocaverint, ex iis, quæ de eo jampridem diximus, responsio facilis est.

Reliquum est, ut Plinium Seniorem nullo pacto fuisse Veronensem firmissimo certissimoque argumento ostendens, omnem præcidam dubitandi in posterum occasionem, cujus causa nonnulla mihi, vestra bona cum venia, Patres, vobis haud injucunda, studiosæ vero juventuti etiam utilia paulo altius sunt in hunc modum repetenda. Romana Republica, ut scitis, in aliquot Tribus distincta, in quibus cives suffragia in magistratibus designandis ferre consueverant, in dies crescente, et novos cives admittente, novas quoque Tribus prioribus addi fuit operæ pretium, in quas novi cives conjecti sua suffragia cum ceteris civibus ferrent, quod ex Livio octavo ab U. C. libro constat scribente: 'Anno ab U. C. CDXXII. Cornelio II. et Cn. Domitio Coss. Census actus est, noviique cives censi, Tribus propter eos additæ Mœtia, et Scaptia; Censores addiderunt Q. Publilius Philo, Spurius Posthumius.' Hinc Cicero secundo ab Atticum libro 'Formianorum Tribum Æmiliam' refert, de qua Livius libro ab U. C. XXXVIII. scribens inquit: '' Rogatio perlata est, ut in Æmilia Tribu Formiani, ac Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent.' Sed Valerius Maximus IX. 10.

'Quam ob causam,' ait, 'Papiria Tribus, in qua plurimum Tusculani in civitatem recepti potuerunt, neminem postea candidatum Poliæ Tribus fecit magistratum.' Et Asconius Pædianus in secunda contra Verrem habet: 'Tribus urbanæ rusticæque omnes XXXV. numerantur, ex quibus aliquam necesse est, cujusque ordinis fuerit civis Romanus, obtineat.' Ibidem, 'Moris fuit,' inquit, 'cum aliquis civis Romanus ostendendus esset, significaretur aut a Tribu, in qua censeretur, aut a prænomine, aut a nomine, aut a cognomine.' Ac tam multis fit, ut recepti quoque a Romanis inter cives Veronenses aliquam Tribum obtinuerint, in qua censiti suffragia ferrent, quæ qualis fuerit, antiquum monumentum indicat, in quo Romæ hæc leguntur:

M. APICIVS
M. F. PVB.
PVDENS
VERONA
MIL. COH. XII. PR.
MIL. AN. XXIIX.

Et alterum Ceretæ in agro Veronensi, quod habet:

D. M.
P. HOSTILIO P. F. POB. CAMPANO VENATORI P. HOSTILIVS TERTIVS DECVRIO VERONÆ, ET ABIDIA MAXIMA PARENTES FIL. PIISSIMI ET SIBI.
QVI VIXIT ANN. XXV. D. XXV. SINE CRIMINE VITÆ FLORENTES ANNOS:
MORS IPSA ERIPVIT.

'Publiliam' igitur, sive, ut alibi, 'Pobliliam' Tribum in qua conjecti fuissent Veronenses, hinc constat, unde quotquot vetustæ marmorum Inscriptiones Tribus mentionem habentes Veronæ aut in ejus agro spectantur, omnes 'Pub.' aut 'Pob.' sive 'Publiliæ,' aut 'Pobliliæ' meminere. Legitur ibi: L. OCTAVIVS L. F. POB. MARCELLINVS. et M. CINTVLVS L. F. POB. Necnon: M. QVINTIVS P. F. POB. Item: P. GRÆCINIO P. F. POB. Quinetiam: Q. CÆSIO Q. F. POB. M. NONIO M. F. POB. Q. SALASIO Q. F. POB. L. TRVTTEDIVS P. F. PVB. P. HOSTILIO P. F. POB.

Plura habet Torellus exempla, quæ hoc loco nihil attinet referre. Ut vero in hac Tribu Verona ferebat, sic Brixia in 'Fabia;' in 'Voltinia,' sive 'Votinia,' aut 'Voturia,' vel 'Veturia' Bergomum; Comum in 'Oufentina,' ut ex marmoreis tabulis in his repertis apparet. Brixiæ in Tribum 'Fabiam' relatæ index ejusmodi Inscriptio extat:

M. IVVENTIO M. F. FAB. SECVNDO .... BRIX. IA..... POSTHVMIO PANSA VALERIANO COS.

Alibi in eadem urbe legitur:

Q. MINVTIO Q. F. FAB. POB. MACRO III. VIR. VERON. Q. VERON. ET BRIX. MINITIA MATER.

D. D.

Obiter dixerim Aldum Juniorem in Orthographia hanc Inscriptionem referentem 'Fabiam' Tribum omisisse: quam Panvinius Veronensis additam se Brixiæ legisse testatur: et Sigonius qualem retulimus, a Panvinio sibi traditam affirmat. De iisdem Brixiensibus in 'Fabia' descriptis via Cassia sic legitur:

D. M.

C. NIGIDIO. C. F. FAB. MARCELINO. BRIX. MIL. COH. I. PO. VII. LEPIDI. MIL. ANN. V. VIXIT. AN. XXIII. S. RESTIANVS. IVSTVS. B. M. F.

Hinc plures Brixiæ antiquæ visuntur Inscriptiones cum 'Fabiæ' Tribus mentione, ut

P. CLODIO P. F. Fab. SVRÆ

C. CATIO C. F. FAB. PAVLO POSTVMIO IVNIORI.

Necnon:

C. PONTIO C. F. FAB. PELIGNO.

P. MARIO VOT. LVPERTIANO.

Bergomi vero in Tribum 'Votiniam' ferentis maximum argumentum est honoris ergo, et grati animi significationis imago, civi suo de se optime merito, a IIII. Viris Decurionum Bergomatum decreto loco dato posita cum hac Inscriptione:

P. MARIO VOT. LVPERCIANO EQ. R. EQ. PVB. OMN. HONOR. MVNICIPAL. ADEPT. IVDICI. DE SELECT. SACERD. CÆMINEM COLL. FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON. CVIVS EXIMIA LIBERALITAS POST MVLTAS LARGITIONES, HVCVSQVE ENITVIT, VT LVCR. LII... NÆ REDEMPTVM AREP. SVA VNIVERSIS CIVIBVS SVIS IN PERPETVVM REMITTERET.

HVIVS TOT ET TAM INGENTIA MERITA, ITA REMVNERANDA CENSVERVNT, VT EFFIGIEM IIIIV. PERPETVA VENERATIONE CELEBRARENT L. D. D. D.

Ibidem C. Cornelii Minitiani, quem haud ita pridem Bergomensem fuisse me ostensurum pollicebar, Epigramma cum Tribus 'Votimæ' adjectione legitur in hunc modum:

C. CORNELIO C. F. VOT. MINITIANO PRÆF. COH. PRIMÆ. DAMASC. TRIB. MIL. LEGIONIS III. AVGVST. PRÆF. FABR. CVRATORI REIP. OTESINORVM IIII. VIRO I. D. PONTIFICI FLAMINI D. CLAVDII BERGOMI PATRONO FLAMINI D. TRAIANI.....

Omnino nullum ibi monumentum extat, cui addita Tribus 'Votinia' non sit, pluribus autem legitur adjuncta. Idem de 'Oufentina' apud Novocomenses meos intelligi volo, cujus plura hoc loco exempla referre potuissem, quæ consulto præterii, cum Plinii Junioris, et Fabati prosoceri Inscriptiones, quas paulo ante retuli, satis esse videantur. Unum M. Mansuetii Crescentis ante annos triginta in templo D. Abundii effossum: et alterum juxta ædem Ascensionis D. N. Jesu Christi collocatum, L. Alfii excipio, quæ in civitatem Romanam receptos Comenses in 'Oufentina' Tribu tulisse præclare demonstrant. Primum autem habet:

V. F.

MARCVS MANSVETIVS M. F. OVF. CRESCENS HARISP. VI. VIR. IV. VIR. A. P. IV. VIR I. D. COMO SIBI ET MANSVETIIS IANVARIO ET CRESCENTI F. ET MARTIANO NEP. ET IANVARIO VINDICIS F. SECVNDÆ ET CLODIÆ CEREALIS F. PRIMÆ VXORIBVS.

Alterum sic :

MEMORIÆ L. ALFI. L. F. OVF. MARCELLINI VI VIR. AVG. PATRON. COLLEGII DENDROPHORORUM. COMENS. IN PRIMO ÆTATIS FLORE PRÆREPT. ALFIVS RESTITVTVS PATER MISERRIMVS ET SIBI.

His addamus in adoptione ei qui adoptaretur, ab adoptatore nomen suum, prænomen, et cognomen fuisse communicatum. 'Adoptiones enim,' inquit Cicero in Oratione pro Domo sua, 'Hæreditates nominis, pecuniæ, et sacrorum sequuntur. Tu vero, Clodi, neque Fonteius es, qui esse debebas, neque amissis sacris paternis; in hæc adoptiva venisti.' Quæ Valerius Maximus libro VII. confirmat inquiens: 'M. Anneus in Suffenatis familiam ac sacra transierat, a Suffenate enim avunculo fuerat adoptatus.' Addit Dio libro Historiarum XLVI. Paternæ familiæ naturalis nomen paululum immutari consuevisse, ac postremo loco collocari. Quod tamen priscis illis Reipublicæ Romanæ temporibus observatum; posterioribus mutatum est, ante cognomen adoptivum post familiæ nomen ex lege datum naturalis familiæ nomine integrum collocatum, quemadmodum in Plinio Juniore apparet. Uti vero adoptatus transibat, sic, ubi qui adoptasset in diversa a patre naturali adoptivi filii Tribu suffragium tulisset, hoc commodi ab eo filio etiam accedebat ut in eadem suffragia ferret nec tamen jure ferendi in naturali Tribu privaretur; quæ ægre ferens P. Scipio Censor auctore A. Gellio v. 19. graviter apud Populum conquestus est filium adoptivum patri, quem lex dedisset, inter præmia patrum prodesse, quippe quod duabus in Tribubus, una quam jure naturæ, altera quam ex lege esset consecutus, suffragium ferret: cumque pater unicam haberet, in qua id facere posset, unde ait: 'In alia Tribu pater, in alia filius suffragium ferunt.' Hac de causa C. Octavium, a Julio Cæsare adoptatum, duæ Tribus, 'Fabia' et 'Scaptia,' Tribulem habuere, cujus rei testem habeo locupletissimum sequentem inscriptionem:

C. IVLIO C. F.

FAB. SCAPT.
CÆSARI.
AVGVSTO.

Huic testimonio Tranquillus in Augusti Vita consentit scribens cap. 11. 'Fabianis, et Scapsiensibus tribulibus suis die Comitiorum, ne quid a quoquam Candidato desiderarent, singula millia nummum a se dividebat.' Brixiæ Mincii duas Tribus obtinentis mentio legitur in Epigrammate antiquo quod ita habet:

Q. MINICIO Q. F.
FAB. POB.
MACRO.

Ceterum non hoc modo ex his apparet, cum is qui adoptaret, et qui adoptaretur, in diversis Tribubus censiti essent, adoptatum duas Tribus, in quibus ferret, obtinuisse; sicut unam eam, quæ utrique communis esset, habuisse: verum etiam utramque protinus a paternæ familiæ nomine per adoptionem acquisito fuisse collocatam, priorem eam, quæ vetustior esset, alteram quæ posterior. Nam in Augusto 'Scaptiæ Fabia' præfertur, quæ in earum numero est, quas Ser. Tullius fecerat, cum 'Scaptia' vigesima nono fuerit anno ab U. C. CDXXII. auctore Livio lib. VIII. addita A. Cornelio II. et Cn. Domitio Coss. non negaverim tamen forte etiam Tribum primam illam esse nominatam, quam adoptionis jure quis adeptus esset, et eam fuisse Tribus rationem habitam, quæ et familiæ adoptantis; ut quemadmodum familiæ, quam natura dedisset, anteponebatur: sic Tribus per adoptionem acquisita Tribui, in qua quisque natus essent, præponeretur, ac 'Fabiam' in Augusto præcessisse, non quia vetustior, sed quia Julii Cæsaris Tribus esset, in cujus familiam et Tribum Augustus transisset.

Quæ cum ita se habeant, ex omnibus, quod proprium est nostræ quæstionis, nunc attingamus, concludentes Plinium Seniorem patria penes Pantheum Veronensem, Juniorem Novocomensem, priorem in Tribu 'Publia' suffragia tulisse, in 'Oufentina' posteriorem, atque hunc ipsum etiam

adoptionis jure ‘ Publiliam ’ fuisse consecutum necesse est, qua ratione antiquis ejus Epigrammatibus utraque Tribus ‘ Publilia,’ et ‘ Oufentina ’ referri debuit, prima illa, hæc secunda ; sive adoptionis, sive antiquitatis causa Tribus in adoptivis filiis una alteri præferri consueverit. ‘ Publiliam ’ enim Tribum vigesimam septimam anno ab U. C. CCCXCVI. Fabio Ambusto et C. Plautio Proculo Cos. additam esse libro septimo Livius scriptis consignavit ; quo auctore libro nono, ab U. C. CDXXV. L. Plautio et M. Foslio Cos. trigesimam Tribum ‘ Oufentinam ’ Censores addiderunt, quorum nomina Livius præteriit. At vero Plinii Junioris antiqua monumenta quæ Comi Fegii, ac Mediolani extant, omnia unius ‘ Oufentinæ ’ Tribus meminere, ‘ Publilia ’ omissa, quam maxime nominasse oportuit, ubi Plinio Seniori Verona patria extitisset ; unde sequitur Pliniis patri et filio una Tribum fuisse communem ‘ Oufentinam,’ in hac una eos censitos, in hac suffragia tantum tulisse.

Est quinetiam dignum attentione, et ad tuendam opinionem nostram minime contemnendum, Romanis olim in more fuisse positum, ut post prænomen ac familiam Tribum ante cognomen in plerisque nominarent : In adoptivis vero filiis etiam post eam, quam lex dedisset ; hoc, ut ego interpretor, nobis significantes eam Tribum esse, in qua maxime præcedens familia esset censita, et in qua quicumque ejus familiæ essent, suffragia in honoribus distribuendis ferrent. Exemplum priorum Fabati habemus Inscriptionem, in qua legitur : L. CALPVRNIVS L. F. OVFENTINA FABATVS : posteriorum Plinii Junioris Epigrammata omnia sic habentia : C. PLINIVS L. F. OVFENTINA CÆCILIVS SECVNDVS. His fit, ut Plinii ferrent in ‘ Oufentina,’ in qua censiti essent Novocomenses, non ‘ Pobilia,’ quæ ad Veronenses pertinebat, utque Naturalis Historiæ auctor Plinius in hac Tribu nostra descriptus, Novocomensis, non Veronensis extiterit, ac Pantheum, Panvinium ceterosque adversarios nostros Seniorem inter Veronenses referre frustra contendisse. Quæ si Panthei Aleardus persensisset, quo maxime suscepti a se

patrocinii, et actæ summa cum diligentia causæ præcone ac laudatore utitur adversarius noster, si audivisset Suetonium, sive fragmenti auctorem, quisquis ille fuerit, antiquum nobis patrocinari; favere Serenum Sammonicum, Eusebium, aut D. Hieronymum, astipulari, ceteraque suffragari; Plinii lectionem, qua Catullum 'Conterraneum' vocat, aut dubiam esse, aut ejusdem regionis, vel provinciæ, non diœcesis, significare; Secundorum familiam esse fabulosam, cognationem figmentum; Plinium Juniorem, testem productum a Pantheo, testimonium aut adversus eum dixisse, aut aliud prorsus, quam sibi ab eo imponatur, testatum esse; antiquam denique marmoream illam Inscriptionem detritis, ac complanatis non modo literis, sed syllabis, et exesis, quas opinione visas non oculis legisset, tanquam integram, nulla vel vetustatis injuria labefactam, vel vulgi temeritate, aut incuria violatam, atque deformatam adduci, ac totius causæ veluti firmamentum constitui; de qua vel ipsi Veronenses inter se plurimum dissidentes alius aliter conspicuas literas retulerit: hæc, ut dicebam, si Aleardus audivisset, eia non vincimus, uti Pantheus scripsit, sed vincimur, dejicimur, succumbimus prorsus, et te patrono, Panthee, non illi, quos contra venisti, sed nos ipsi causa cadimus, exclamavisset, nec triumphum cantu intempestivo, victoriamque simillimam Secundorum familiæ et cognationis antevertisset.

Tandem, quem mihi terminum ac limitem præsentis controversiæ constitui, Patres, hunc non transgredior, et fine facto desino abuti patientia vestra, nec vobis, studiosi adolescentes, de hac quæstione ulterius molestus ero: cum mihi a Principe dabitur occasio, cito autem dabitur, dicam de altera.

DE

C. PLINII SECUNDI

FIDE ET AUCTORITATE

LECTIO ALTERA,

AB EODEM

PAULO CIGALINO

IBIDEM EXPLICATA.

FREQUENTIA vestra, Patres sapientissimi, et magnus hic vester ad me concursus optatus magis, quam expectatus, lectissimi adolescentes, facit, ut quod cupide expediveram, id me hodierno die beneficio vestro ita assecutum putem, ut præteritam meam concertationem minime inanem atque contemnendam vobis visam esse confidam. Quæ res dicendorum difficultate mihi metu commoto, ancipitique animo fluctuanti, spiritus tantos attulit, ut animo sedato, et timore deposito, nihil deterrear cogitatione præsentis controversiæ, nec commovear, quod omnibus sui partibus priorem defensionem hæc mihi difficultate superare videatur. In illa nobis Plinius eripiebatur, idem in hac magnis ac pluribus injuriis appetitur. In illa summa cum ejus laude contendebatur, in hac auctoritas convellitur. In illa vestra, Patres, integra existimatio erat, in hac eadem in periculum ac discrimen vocatur. Adversarios in ea ego paucos habebam Veronenses; summo consensu, maximaque conspiratione mihi plerique omnes recentiores in hac adversantur. In ea, quos sequerer duces habui viros gravissimos, atque adjutores: in ista dux idem et miles inermis congredior cum hoste firmissimo et armato. In ea denique viam inii patentem, facilem, tritam, atque a viris præ-

stantissimis complanatam, quæ mihi in ista obstructa patefacienda est, et impedita ab omnibus difficultatibus expedienda. Cum, ut dicebam, agnoscam quantum inter præteritam ac præsentem controversiam sit discrimen, quantum in hac laboris, ac negotii sit, tamen nihil tam arduum, tam difficile, tamque impeditum in ea sentio, quod non intuitu tanti consessus, ac memoria vestrum omnium solito frequentioris hujus concursus, planum, facile, expeditum mihi videatur. Quare agite, Patres spectatissimi, vosque, honestissimi adolescentes, efficite, ut cum frequentia vestra recreatus tantum animi dicturus assumserim, vestræ quoque in me attente audiendo humanitatis adjutus beneficio, atque sublevatus, quibus spiritibus orationem aggressus sum, iisdem prospere ac feliciter progressus perveniam ad finem. Atque, quod vos etiam atque etiam rogo, non potius ex principio de reliqua oratione conjecturam facite, quam ex fine quod in præcedentibus continetur perpendite, æstimate, atque judicate.

Tribus igitur capitibus sive criminibus accusatio tota continetur furti, inscitiæ, ac negligentiæ. Sed quoniam alterum ac tertium ita pendet ex primo, ut neque furti absolutus Plinius inscitiæ et negligentiæ damnari possit, aut damnatus furti reliquorum absolvi; quare in eo mihi maxime incumbendum esse intelligo, ut, cum fideliter ac sincere accusationem retulero, eam, si non quantum innocentia Plinii postulat, saltem quantum ingenii mei vires patiuntur, omni industria refellere ac coarguere contendam.

Forte ex Latinis Plinium, ex Græcis Dioscoridem, de Simplicis Materiæ Medicæ forma et facultate tractantes, eadem utrumque scripsisse, iisdem ac totidem verbis retulisse, et eodem ordine, hoc uno distincti, quod hic Græce, Latine ille scripserit, quod recentiores observavissent, facile inducti sunt, ut aut Plinium ex Dioscoride, aut ex Plinio Dioscoridem singula transcripsisse arbitrarentur. Nam duos in uno quodam cogitato convenire nonnunquam posse, neutro alterius conscio, et fatentur a ratione alie-

num non esse, et Latine pater ac princeps eloquentiæ Cicero ad Atticum significavit scribens: 'Si ego tuum ante legissem commentarium Græce scriptum, furatum me abs te diceres, quæ de his rebus Græce item scripta L. Cossinio ad te præferenda dedissem.' Sed in tam multis, atque adeo inter se disjunctis, ac valde dissimilibus, verborum specie, numero, et ordine prorsus convenire; hoc veri speciem nullam habet, hoc negant illi fieri posse, hoc me ipsa ratio cogit fateri admittendum non esse. Atque huc usque commissum esse furtum constat, quod neuter alterum nominet; uter duorum commiserit, nondum apparet; procedentes autem accusatores statuunt eum esse furem, qui posterius scripserit, maxime vero, si ætate alter alterum multis annis antecesserit; unde conficiunt ea omnia Plinium ex Dioscoride transcripta furatum esse, quorum hic ante vitam cum morte commutavit, quam ille emerserit in hanc lucem. Testem proferunt Suidam, Dioscoridem, Anazarbeum, cognomentó Phacam, sub Antonio et Cleopatra floruisse testantem, a quorum obitu ad annum usque Imperatoris Tiberii duodecimum anni LVI. numerantur ante Plinii nativitatem; subductis enim annis LVI. quos avunculum ac patrem hunc Plinium Plinius Junior vixisse retulit, atque ab anno imperii Titi secundo, quo Vesuvii conflagrationem Plinium Seniorem idem Junior sustulisse prodidit, retro numeratis, in annum duodecimum Tiberii principatus nativitas incidit; cum aut mortuum fuisse Dioscoridem oportuit, aut certe annis jam confectum ineptum ad scribendum extitisse. Addunt alii Arrium Philosophum, in cujus gratiam, sublatis Antonio et Cleopatra, Alexandrinis Augustum pepercisse, et Plutarchus, in Antonii Vita, et Dio, libro Historiarum II. posterorum memoriæ mandarunt, eum esse ad quem Dioscorides de Materia Medica scripsit, eo in singulorum librorum præfationibus nominato; quo argumento, vel deficiente auctoritate Suidæ, Dioscoridem Antonio et Cleopatra dominantibus vixisse convinci opinantur. Audivi etiam, qui diceret Erotianum, imperante Nerone scribentem, in explicatione Hippocratis verborum

hujus Dioscoridis niti auctoritate, quo tempore cum primus de Historia Naturali Plinius scribere aggressus est, vulgatis jam de Materia Medica libris a Dioscoride, ex quibus promtum Plinio fuit Dioscoridem, non Dioscoridi Plinium transcribere, hinc crimina reliqua pendent ejusdem inscitiæ atque negligentiæ. Sed in altero cum sæpe delinquamus, non tamen facile fit, ut volentes delinquamus, atque eos errores committamus, quos rescientes commisisse doleat; nonnunquam quoque negligentes nulla nostra culpa videmur, quia diligentes esse non potuimus, non quia noluerimus esse. Sed furtum, quantumcumque est, totum ejus est, qui commiserit, nullam in eo partem habet negligentia, nullam inscientia, nec quisquam aut per negligentiam furatur, aut invitus, nisi violentia illata, quam nemo ei infert, in cujus commodum, non suum sit vis redundatura. Quare orationis nostræ maxima pars in eo versabitur, ut objecti Plinio hujus criminis falsitatem apertam faciamus, ejus integritatem ostendamus, et innocentiam tueamur, neque tanti viri laudem, gloriam, et existimationem aliena culpa, ignoratioque temporum, diutius obteri atque obscurari patiamur. Primum enim, quo Imperatores exercituum, quo juris consulti, medici inprimis præsidio sæpe utuntur in rebus obscuris judicandis, et consilio in dubiis capiendo, hoc ego in hac causa adhibendum putavi, ut conjecturis quibusdam minime levibus veritatem explorarem, et ex Plinii moribus, persona, et ejus ad quem scribebat dignitate, de innocentia argumentarer. Si quis enim odit furtum, et in re literaria ingrati animi culpam aversatus est, is mihi videtur fuisse Plinius noster, qui vel minima, quæ nemo suppresso quanquam exempli auctore vitio fuerit ascripturus, voluit constare, ex quo desumsisset. Hoc factum est, ut centum auctoribus, quos ex duobus prope millibus probatissimos selegisset, opus universum in præfatione acceptum retulerit: nec satis hoc esse arbitratus ad animi sui ab omni fraude alieni simplicitatem demonstrandam, quos ex quibus auctoribus Latinis aut externis libros accepisset, quod qui ante Plinium fecerit, nescio quenquam, nominatim proposuit,

ceratus, Niger, ac Diodotus? quos quanquam in facultate in quibus non eos solum recensuit, quos tanquam veteres sua tempestate docti homines venerarentur, sed etiam recentiores: Claudium Cæsarem, et, qui eo imperante floruit, Pomponium Melam, Senecam item Neronis præceptorem, quo post Claudium principe, Plinius Naturalem Historiam contexebat, Antonium etiam Castorem, cui ævo suo summa auctoritas esset in plantarum cognitione. Taceo ab omni ambitione, et studio alienæ sibi laudis ascribendæ, eum fuisse usque adeo remotum, ut ne fœminas quidem sibi prætereundas esse duxerit, Agrippinam Claudii, et Olympiadem Thebanam, quarum industria aliquo modo fuisset adjutus. Et sane hæc ab eo, Patres, expectanda fuerant, a quo vel illud scrupulosius scriptum est, quod præfatus esset, quid in singulis libris contineretur, id ante se Valerium Soranum fecisse. Sed ne quicquam a me dissimulatum iri videatur quod adversariis nostris faveat, nobis adversetur, recentiores haud obscuri nominis nonnulli, callido ac vafro potius consilio, quam ingenuo et liberali animo, Plinium scriptores tam multos, et quidem vel obscuriores, nominasse profiteantur, ut hoc nomine, et grati animi specie, suum furtum lateret, nec Dioscoridem exscripsisse, eo inter auctores præterito, crederetur: quibus si quis forte ex auditoribus tam multis animo faveat, velim mihi respondeat quinam isti sint obscuri nominis scriptores, quos sibi propositos in Materiæ Medicæ Historia conscribenda imitandos Plinius nominaverit; an Hippocrates ex iis unus est, vel Theophrastus? Opinione mea, vestraque omnium consensione, qui artem medicam, aut rerum naturalium contemplationem, vel summis labiis tantum degustaverit, et Hippocratis, vel Theophrasti opera fuerit leviter odoratus, hos inter obscuros scriptores nemo numerabit. An igitur Cratevas? quem licet non admodum Dioscorides commendare videatur; Galenus tamen in metallicorum medicamentorum peritia parem, secundo in Hipp. libro de Natura Humana, Dioscoridi facit. An Julius Bassus, Ni- medicamentorum referenda Galeno VI. de Simplicium Med.

Facult. subscribente in præfatione Dioscorides damnet; in describendis tamen Galenus commendavit. Nigrum privatim Galenus loco proxime citato medicæ studiosis legendum proponit, demta causarum disputatione, quam non probat: eundem in nonnullis Dioscorides reprehendit, Andream laudat, cujus lectionem Galenus eodem in loco fugiendam censuit, inquiens, 'Verum abstinendum est ab Andrea, aliisque similiter mendacibus.' Ceterum fuerint hi omnes obscuri, ignavi, et in medica materia tractanda prorsus inchoati, exscripserit Plinius Dioscoridem, ac omnem ejus messem in suam transportaverit: cur igitur descriptas a Dioscoride Petasidem, ac Catanancem præteriit; Alyssum diversis ab illo notis repræsentavit, Aëtio consentiente? Euphorbii plantæ folia achantina tribuit a Dioscoride præterita, a Galeno fortę admissa IX. de Com. Med. p. loc. IV. Euphorbii plantam esse spinosam dixit, Britannicæ figuram referens, caulis, quem haud magnum esse Dioscorides dixit, silentio involvit, quemadmodum et radicis magnitudinem colore nigram esse scripsit, de quo nihil Dioscorides, qui floris quoque mentionem omisit, quam Plinius attigit. Plura ejusmodi exempla prætereo, quæ utriusque collata lectione sibi quisque colligere potest, satis esse pro his omnibus arbitratus Plinium Bechii duo fecisse genera, unum, quod nomine proprio 'Tussilago' a Latinis diceretur, foliis hederæ, libro vigesimo sexto cap. 6. Naturalis Hist. alterum, quod Græci 'Chamæleucem' appellassent, Latini 'Farranam,' sive 'Farfugium,' folio populi, sc. ampliore, lib. XXIV. cap. 15. cujus opinioni videntur subscripsisse Gal. Oribasius, et Paulus, Bechii et Chamæleucis duobus distinctis locis mentionem facientes, ille VI. Simpl. Med. Facult. in litera B. et VII. in litera ch. alter libro Collect. cap. 15. tertius libro VII. Tussilagini semen, florem, et caulem ademit, de quo medicos vetustiores Dioscoridem reprehendit, in reliquis notis cum Plinio sentiens: quem si quis forte adeo, non dicam imprudentem, sed ignavum, ac plane stupidum fuisse existimaverit, ut furti occultandi causa in hoc errore deprehendi vo-

luerit, quem ipsi quotannis edito flore natura esset exprobratura, eum ego mente captum esse, atque insanire dixerim, quasi vero seminis, floris, ac caulis mentionem, aut etiam universam Tussilaginis historiam, meliore consilio præterire non potuerit, nec tam inepta arte atque ridicula ad gloriam tantopere expetitam aspirare. Neque vero est, ut dicant Præfationis operis lectionem Plinium neglexisse, in qua de caule, flore, et semine Tussilaginis in antiquos scriptores Dioscorides animadvertit, cum eadem censura in historia Tussilaginis apud Dioscoridem libro III. legatur, quæ nullo pacto Plinium cetera ascribentem latere potuit, cum plantæ Scordii et Artemisiæ iisdem prope verbis, quibus Dioscorides, historiam persecutus sit, quarum una immediate Tussilaginis historiam præcedit, altera proxime succedit, ut non sit locus adversariis ad hanc responsionem confugiendi. Quibus tamen etiam in hac obsecuturum me libenti animo polliceor, ut fatear hoc caput Tussilaginis in Dioscoride Plinium non vidisse; qua ratione sit factum, ut impegerit in communem errorem, professus hanc plantam caule floreque esse destitutam; modo mihi illi respondeant cujus sint numerus foliorum, color, et figura Tussilaginis totidem verbis in utroque scriptore Plinio et Dioscoride expressi, hujusne, an Plinii, vel cujusdam tertii. In auctorem Plinium, quem adeo insectantur, scio non esse hanc partem relaturos, quod fieri non potest sine crimine Dioscoridis, apud quem eadem legitur iisdem verbis, cujus si propria sit, cum in Plinio extet, necesse esset ex Dioscoride eam esse transcriptam, ac quod prius negabatur fateri, Plinium Tussilaginis historiam in Dioscoride legisse censuram continentem, cui se obnoxium Plinius non fecisset. Illud reliquum est, ut affirment, quod ego quoque facile concedo, ex tertio quodam auctore, quem uterque legerit Plinius ac Dioscorides, hæc manasse. Quæ si vera sunt, Patres, ac necessaria, si argumenta inconcussa, atque ejusmodi, ut nisi ab improbo et obstinato homine negari nequeant, sequitur, ut Plinius noster idcirco damnari non debuerit, quia hæc in eo verbum de verbo ex aliis exscripta inveniantur,

quando professus est, per quos profecerit in singulis libris: furti vero culpa recidat in Dioscoridem suum, qui nusquam quicquam se ex aliis sumsisse profiteatur, nusquam quenquam Materiæ Medicæ scriptorem nominet, nisi in Præfatione, ut vel ut falsos accuset, vel ut inchoatos, et in tractanda medicamentorum historia ac natura jejunos, atque admodum parcos, aut damnet, aut parum certe commendet, se solum prædicans, qui totam hanc partem absolutam posteritati tradiderit. Denique consilio isto plurium scriptorum nominandorum quibus adjutoribus opere toto sit usus, eo præterito quem expilasset, ut ab omni furti suspicione abesset, non videtur mihi Plinius votum suum assecutus. Faciamus enim, Patres, Dioscoridis opera cum aliis multis periisse, ipsum etiam nomen prorsus extinctum esse. Quis credat ea omnia, quæ nunc ex Dioscoride sumta in Plinio legi contendunt, industria Plinii atque observatione esse potius inventa, quam ex tot medicis, quot sibi de Materia Medica scribendi auctores fuisse non solum testatur, sed etiam materiam omnem subministrasse, cui nihil plus studii, atque operæ ab ipso fere accesserit, quam ut eam exscriberet; quis credat, ut institueram dicere, a Plinio potius, quam iis scriptoribus ea profecta esse? Ego sane, qui in ea opinione diu callum obduxi, per quam, Plinium opera Dioscoridis unquam legisse, ut credam persuaderi non possum, nescio an quicquam in eo sit, quod (his exceptis, de quibus suum aperte judicium atque observationem suam interponit, quæ nemo est in Dioscoridem, aut alium quemvis scriptorem relaturus ex auctoribus, quorum nomina libris singulis præfixa legimus,) transcriptum esse pro constanti recipiam: poterat auctorum illa subticere nomina, si aliqua caliditate fuisset illectus, sperans hoc animi sui consilio, ut his aliquando injuria temporis sublatis, eorum opera, quæ tum passim legerentur, sua esse futuris sæculis crederentur; atque, ut quantum viventi sibi ignominiam dolus deprehensus peperisset, idem beneficio temporis oblivioni traditus mortuo tantundem gloriæ esset allaturus: quæ sibi auctores nominatim referenti, si quorum

scripta in suos libros transtulisset, nulla ratione fuerat expetenda. Verum redeamus ad confirmandam conjecturis opinionem nostram, ostendentes verisimile non esse Plinium ex Dioscoride nusquam nominato quicquam descripsisse, a personæ ejus vel quæ scribebat dignitate, vel ad quam scribebatur majestate, auspicati. Si namque Plinii existimationem spectaverimus, si diligenter anteactam ejus vitam intueamur, jam tum cum Historiam Naturalem Imperatori nuncupabat, doctrinæ opinione et honoribus tantum profecerat, ut sibi potius, ne partam gloriam improbo aliquo facto inquinatam atque pollutam in omne tempus obscuraret, curandum esset, quam ad novas laudes atque honores novos consequendos animus adjiciendus; quippe plures suas lucubrationes jam edidisset magno plausu exceptas, ac summa diligentia conquisitas, libros quos ' de Grammatica' in præfatione vocat, atque alios, quos ibidem innuit, inquiens : ' Nec his solis meis multa adjici posse confiteor, sed et omnibus, quæ edidi.' Quorum, ut arbitror, nomine librum ' de Jaculatione Equestri ' intellexit, dum ' præfectus alæ militaret, pari ingenio, curaque,' ut Plinius Junior auctor est, ' compositum ; duos de vita Pomponii Secundi, de bello Germanico viginti' inchoatos, cum in Germania militaret, ' Studiosos tres,' et ' Dubii Sermonis octo ' extremis Neronis annis conscriptos, quos non satis constitutum habeo, an sint Grammatici ab eo vocati, cum ' Studiosi ab incunabulis,' inquit Junior, ' oratorem' informent atque absolvant, quanquam ex his quæ a Carisio scribuntur, plura in his legerentur, quæ ad institutionem grammaticam pertinerent. Si magistratus autem per eum gestos, si dignitates, ac honores consecutos quæratis, audite, quid de iis Plinius Junior in Epistola ad Marcum paucis dicat : ' Decessisse anno sexto, et quinquagesimo, medium tempus distentum, impeditumque, qua officiis maximis, qua amicitia principum egisse.' Et paulo post : ' Tibi recordanti quantum legerit, quantum scripserit, nonne videtur, nec in officiis ullis, nec in amicitia principum fuisse ?' Quantum autem amicitia apud Imperatorem posset, uno hoc, et quidem maximo

argumento constat, quod, ut diximus, Plinio Juniore teste, ante lucem Imperatorem salutaret; ad quem, cum ratio ipsa satis auctoritatis habeat ad persuadendum, non fuisse nisi intimos amicos admissos, Suetonius in Vespasiani Vita id ipsum his verbis affirmat: 'In principatu maturius semper, ac de nocte vigilabat, deinde perlectis Epistolis, officiorum breviariis amicos admittebat, ac dum salutabatur, et calciabat ipse sese, et amiciebat.' Xiphilinus vero ex Dione: 'Ante lucem, cum etiam adhuc esset in lecto, colloquebatur cum iis, qui sibi valde familiares erant; ceteri in viis eum salutabant.' Quod si ejus intueamur majestatem, ad quem scribebat, ea maxima erat, ac prope æqualis Imperatoriæ; ad Titum enim, ut ego arbitror, ut alii Domitianum, Vespasiani filium, ejus Epistola est. Quo loco digredi cogor, veritus ne de operis quoque nuncupatione Plinii aut judicii infirmitatem, aut animi perversitatem adversarii damnent, quia deliciis humani generis Tito impurissimum ac flagitiosissimum fratrem prætulerit, ut nonnullis visum est, Domitiano suos a Plinio libros, non Tito, quorundam antiquorum codicum testimonio nuncupatos esse contendentibus, atque ea inprimis ratione, quod ultra sextum consulatum, quo dicatum suum a Plinio fuit opus, septimum non gesserit patre vivente Domitianus, sed Titus; quod qui patris laudes cecinit, et in iis meminit fratris, fuerit Domitianus auctoritate Valerii Flacci, quod inter celebres sui temporis poëtas referatur; ac quod quemadmodum fratrem imitaretur excogitasse eum Plinius in Præfatione scripserit; nam caret omni veri simili conjectura. Hermolaum Barbarum hoc nomine excuso, quod dubius hæserit in hac quæstione: eos vero non damnare non possum, qui tam obstinate, quam imperite patronum operi delectum Domitianum asseverant; Imperatorem enim eum, ad quem Plinius scribit, appellasse vivente patre, Titum intellexisse, constat ex lib. secundo Naturalis Historiæ cap. 13. cum ait: 'Ut in duodecim diebus utrumque sidus (Sol videlicet, et Luna) quæretur, et nostro ævo accidit imperatoribus Vespasianis patre III. (IV. legi debuit) filio ite-

rum Coss.' Hic enim filius Domitianus esse non potuit, qui ne semel quidem cum patre toto ejus principatu consul fuerit, cum Titus septies. Libro item septimo, cap. 49. 'Census quem intra quadriennium Imperatores Cæsares Vespasiani, pater filiusque, Censores egerunt,' idem Plinius dicens, haud dubie Titum, non Domitianum, significavit, quem cum patre lustrum condidisse Censorinus in libro de Die Natali scribit his verbis: 'Inter primum a Ser. Tullio rege conditum lustrum, et id quod ab Imperatore Vespasiano v. et Tito Cæsare III. Cos. factum est, anni interfuerunt paulo minus DCL.' Idem Julius Capitolinus confirmat in Marco Antonino scribens: 'Annium Verum Marci avum in patricios ascitum a principibus Vespasiano et Tito Censoribus:' quos rursus idem Plinius intellexit libro Naturalis Historiæ tertio, capite 5. inquiens: 'Mœnia urbis collegere ambitu Imperatoribus censoribusque Vespasianis anno conditæ DCCCXXVIII. pass. XIIIM. CC.' Sed vero Imperatorem cum patre Domitianum nusquam Plinius appellavit eo loco demto, qui in quæstione est ex initio Præfationis in quodam codice, nusquam alius quisquam. Accedit eum, cui dicatum a Plinio opus est, ab eodem in Præfatione 'triumphalem,' 'censorem,' 'prætorio præfectum, et 'participem Tribunitiæ' potestatis appellari, qualem Titum fuisse in ejus vita locupletissimus testis Suetonius est, a quo et 'Imperii particeps,' et 'tutor' dicitur: quique ad se prope omnium officiorum curam recepisset. Cum patre eundem imperasse Xiphilinus ex Dione significavit his paucis: 'Titus ex quo tempore principatum solus obtinuit.' In æreis nummis vivente patre cusis 'Imperator,' 'Censor,' Tribunitiæ potestatis particeps legitur, quorum exempli gratia referam sic habentem: T. CÆS. IMP. VESP. CENS. AVGVR. PONTIF. TR. POT. IMP. III. COS. II. Ex adverso nusquam apud Plinium, apud Suetonium, apud Dionem, apud alium quenquam ex antiquis scriptoribus cum patre Censuræ aut Tribunitiæ potestatis participem Domitianum extitisse inveniatis, aut ante Titum fratrem in æreis nummis, vel marmoreis tabulis cum patre imperasse,

qui nc fratre quidem post obitum patris dominante, alio quam ‘ Cæsaris ’ nomine et ‘ Principis juventutis ’ nominatus fuerit testibus æreis nummis, quorum duo ultimis Vespasiani annis cusi sic habent: CÆSAR AVG. F. DOMITIANVS COS. V. PRINCEPS IVVENTVTIS. Alter: CÆSAR AVG. F. DOMITIANVS AVGVR. P. COS. CÆS. VI. Alii vero mortuo jam patre et fratre sine collega imperium adepto cusi nihil plus addunt, quam, ut patrem inter Divos relatum dicant in hunc modum: CÆSAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VI. PRINCEPS IVVENTVTIS. Et in alio: CÆSAR DIVI AVG. VESP. F. DOMITIANVS COS. VII. PRINCEPS IVVENTVTIS. Hic subit mirari gravissimum virum Hermolaum Barbarum in annotationibus ad Plinii Præfationem scripsisse, nemine quanquam prodente, Censorem, et Tribunitiæ potestatis cum patre participem Domitianum esse potuisse; cum scriptores ita loquantur, ut non eum præteriisse, sed a Tribunitia potestate exclusisse videantur; et ubi negligentia peccassent, diligentia in nummis cudendis observata ejus nos apertissime admoneret. Omnes enim, ut diximus, ærei nummi idem confirmant, quod ab his scriptoribus proditum est. Illud autem doctissimo viro usque adeo adversatur, ut nulla possit ratione excusari, quod in nummis imperantis Domitiani anno secundo cusis Tribunitiæ potestatis annus secundus cum nono consulatu notetur his verbis in uno:

IMP. CÆS. DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. COS. VIV. P. P.

In altero:

IMP. CÆSAR DIVI VESP. F. DOMITIANVS AVG. P. M. TR. POT. II. IMP. V. COS. VIV. CES. X. P. P.

Idem igitur annus fuit imperii ejus et Tribunitiæ potestatis secundus, ac nonus consulatus, cum VII. Cos. principatum summo omnium scriptorum et æreorum nummorum consensu adeptus fuerit, qui si patris imperantis, vel ultimo anno particeps fuisset Tribunitiæ potestatis, hujus annus secundus anno primi imperii Titi cœpisset, tertius secundo, quar-

tus primo sui imperii, quintus secundo sive nono suo Consulatu, quocum secundus, non quintus Tribunitiæ potestatis annus signatur. Diversa ratio est Titi, quem omnes nummi ante initum imperium participem faciunt Tribunitiæ potestatis, ut arbitror, anno imperii sui tertio a patre communicatæ ; cum annus imperii Titi ultimus Tribunitiæ potestatis undecimus annus numeretur in æreis nummis. Jam instar omnium sit mihi Plinius Junior in Panegyrico Trajano dicto, non, sicut multi, Titum cum patre Vespasiano imperasse scribens, sed, sicut alius nemo, solum cum patre imperasse, excluso Domitiano, testatus his verbis : ' Simul filius, simul Cæsar, mox imperator, et consors Tribunitiæ potestatis, et omnia pariter statim factus es, quæ proxime parens Verus tantum in alterum filium contulit.' Vespasianum autem intelligebat. Quibus apertissime constat cum patre Domitianum non imperasse. At Epistola nuncupatoria, inquiunt adversarii, Domitiano quorundam codicum testimonio inscribitur, quibus nos plerosque Tito opus nuncupatum affirmantes opponimus, et quidem rectius, quam in paucioribus illis legatur. Iis vero, qui sextum consulem fuisse tantum Domitianum vivente patre referunt, id, ut verissimum concedo, nego a Plinio ei opus nuncupatum, qui plures quam sex consulatus, patre Vespasiano vivente, non gesserit. Huic dicatum volo, qui tum sexto consul tantum esset, cum eum sibi patronum operis Plinium delegit duobus ante obitum patris Vespasiani annis, cujus res gestas quid prohibet utrumque filium Titum et Domitianum carmine comprehensas laudasse? Alterum quoque fratrum illas præterisse, hunc amore simulato, illum vero honore persecutum quid prohibet? Perspicuum tamen est, satius, et probabilius præclara patris facinora Titum celebrasse, quam Domitianum patrem odio persequentem : nam qui a patre Vespasiano, ira adversus Domitianum incenso, precibus, auctore Tacito, obnixe contendit, ne gravius quicquam in fratrem statueret, sed omnino placabili illi se præstito ac miti, filios quemadmodum inter se convenirent, ac perpetuam concordiam observarent, exem-

plo suo admonitos instituere vellet; quique sui erga Domitianum amoris eam significationem præbuit, qua majorem a patre filius obsequentissimus expectare non potuisset, ut certior insidiarum sibi soli jam imperante ab eo intentatarum factus, cum perdere posset, non solum noluerit, sed lacrymis etiam ac precibus non semel obsecraverit, malo erga se animo esse ut tandem desineret, ac mutuo in amore, Suetonio et Eutropio testibus, responderet. Quod eundem vero Domitianum inter illustres poëtas antiquorum nonnulli retulerint, quid attinet dicere? An quantum doctrinæ quisque fuerit consecutus, tantundem ab altero detractum ire necesse est, nec plures possunt eadem excellere eruditione? An quia Demosthenes orator maximus habitus est, Ciceronis eloquentiæ principis laudibus obscuritatem attulit, ac nomen depressit? Aut cum toties summa cum gloria Magnus Pompeius de hoste victoriam reportavit, ac splendide triumphavit, Cæsari ad gloriam militarem ac res maximas gerendas triumphosque promerendos iter præclusit? Fuerit igitur per me poëta licet cum primis celebrandus Domitianus, nolo Titum idcirco in arte poëtica non plurimum excelluisse, in quem a Plinio laudes illæ congestæ fuerint: 'Latinæ Græcæque linguæ,' utar Suetonii verbis in Titi Vita, 'vel in orando, vel in fingendis poëmatibus promtum, et facilem ad extemporalitatem usque;' sive, ut ait Eutropius libro Romanarum Hist. VII. 'facundissimum, qui causas Latine egerit, poëmataque; ac tragœdias Græce composuerit.' Ut ingenue autem dicam quod sentio, non potius existimo tantum poëtam fuisse Domitianum, quantum sui temporis scriptores prædicarunt, quam ab adulantibus inter illustres fuisse nominatum, quod ut credam facit locupletissimus testis Suetonius, cui fides eo abrogari non potest, quasi lecta referat, cum imperante Domitiano vixerit, aut ob adulationis suspicionem non præstari non debet, cum ex humanis Trajano principe sublato scripserit, inquiens, 'tam Domitiano poëticæ studium ante patris principatum fuisse insuetum, quam postea spretum, et abjectum,' et alio in loco, 'Nunquam aut historiæ

carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stylo vel necessario dedit... epistolas, orationes, et edicta alieno formabat ingenio.' Nec distrahor in adversam sententiam, quia Domitiano imperante tuta satis adulatio non esset; nam periculosius erat non adulari, quod se ille ab unis invitis laudari ab alteris contemnentibus non laudari penes Dionem arbitraretur: quæ res fecit, ut poëtas celebriores referens imperatore Domitiano Quintilianus eo immodice laudato adulato, quam contemtor præterito, videri maluerit, sed ita ut petita venia, quia laudasset, eum potius assentatum esse, quem instituti serie ita postulante sui meminisse Domitianus suspicari non posset. Eam porro partem, qua Plinius videtur voluisse Imperatorem 'quemadmodum fratrem imitaretur excogitasse,' sic accipio, ut, si tantus poëta fuit Domitianus, quantum Quintilianus prædicat, animi Titi fœcunditatem Plinius extollat, qua non solum eloquentia præstiterit, verum etiam in poëtica excellens, cui maxime Domitianus studuisset, eum imitatus fuerit; vel si, ut diximus, Domitianum adulatio, non veritas, talem tantumque poëtam finxit, non sicut legitur in impressis, *quemadmodum fratrem quoque imitareris excogitasti*, scripsisse Plinium volunt nonnulli, sed *quemadmodum frater quoque imitaretur excogitasti*, spectatissimis videlicet moribus atque imperii exercitatione nobilissima ipsum invitans ad te imitandum, quod a Domitiano quanquam invitissimo aliquando factum esse Suetonius et Tacitus in scripta retulere. 'Simulavit,' inquit ille in ejus Vita, 'et ipse mire modestiam, inprimisque poëticæ studium, tam insuetum antea sibi quam postea spretum; recitavitque etiam publice.' 'Simul,' alter ait libro decimo nono, 'simplicitatis ac modestiæ imagine in altitudine conditus, studiumque literarum, et amorem carminum simulans, quo velaret animum, et fratris æmulationi subduceret.' Ut enim se Domitianus diligeret, nullis beneficiis, obsequiisve ullis, consequi Titus unquam potuit. Sed adeo indies magis adversus eum ac patrem odio exarsit, ut adeptus principatum fratris quidem existima-

tionem edictis sæpe prosciderit, ac maledicis orationibus, teste Suetonio, patrem etiam odio habuisse palam facere non erubuerit; Dionis auctoritate. Quid? quod Imperium se patri et fratri dedisse, quod sibi reddidissent, in senatu fronte perfricta et ore impudentissimo jactare non dubitaverit, ut nesciam, qui potuerint adversæ partis fautores verba illa Plinii, 'Quanto fratrem amas,' de Domitiani erga Titum amore dicta existimare, qui nihil minus, quam amare quenquam novisset, nihil magis, quam fratrem odisset, a quo unice amaretur; cujus erga Domitianum amoris singularis, præter eas, quas diximus, significationes, hæc quoque accessit, quod ei Consulatum ordinarium sibi destinatum impetraverit? Itaque unde divertimus redeuntes, Tito suum opus Plinium nuncupasse concludamus viro principi, non solum Imperatori dignitate prope æquali, et Imperatori designato; verum etiam Latine ac Græce literatissimo, singulari memoria felicissimo, et ingenio ad dicendum, vel ex tempore soluta oratione aut carmine paratissimo, eloquentissimo, ditissimoque insignibus bibliothecis, cui in Præfatione alieni laboris expilatores Plinius indicans scribit: 'Scito conferentem me auctores deprehendisse a juratissimis et proximis veteres descriptos ad verbum neque nominatos:' quosgravi paulo post reprehensione apud eundem notatos damnavit in hunc modum: 'Obnoxii profecto animi, atque infelicis ingenii est in furto deprehendi malle, quam mutuum reddere.' Hæc volo vos, Patres, perspicere diligenter, et mentibus vestris intueri, quam verisimile sit Plinium adduci potuisse, ut speraret, quam a se, a nemine unquam lectum, visum, aut auditum iri, quod ipse opus Dioscoride exscripsisset, ac confideret in amplissimis Principis Bibliothecis cum ceteris scriptoribus idem aut tum non posse numerari, aut posthac importari, vel ex literatis viris, quos tam multos honorificentissimis præmiis Romam Vespasianus undique exciverat, neminem futurum, qui Dioscoridem aliquando vel vidisset, vel nominari audivisset. Qua spe, quaque fiducia Plinium si quis furtum tum commisisse ex-

istimaverit, eum ego consilio non minus puerili, et ratiuncula pæne anili de Plinio judicare censuero, quam hic ipse abjecti animi ac vafri significationem minime obscuram furto commisso præbuisset. Equidem privatum hominem, genere obscurum, humilem ingenio, consilio infirmum, et animo ignobili atque illiberali præditum, inanis gloriæ causa furtum et facere potuisse existimo, et fecisse scio; sed principem virum doctrinæ, probitatis, et consilii opinione maximum, Imperatori familiarem, apud ejusdem filium, apud imperii administrum, tum, cum maxime longe lateque patebat imperium, unum principem, ac Dominum agnosces apud eum, qui mox futurus Imperator esset, optimis moribus excultissimum, doctrina quam dignitate haud minus eminentem, libris locupletissimum, viris omni doctrinæ genere ornatissimis stipatum, tantulam sibi gloriolam, atque adeo incertam, cum totius existimationis suæ certissimi naufragii tanto discrimine, furto severissime a se damnato quæsivisse, hoc mens mea non capit, Patres, hoc persuaderi non possum, quod ejusmodi esse existimo, ut qui secum ipse accurate reputaverit, ac diligenti examine excusserit, de eo Plinium sit nemo suspectum habiturus, tantum abest, prudentissimum virum pudendum adeo errorem commisisse sit crediturus, quod in hominis omnis consilii inopis mentem vix cadere posse videatur. Quo nomine jam confidentius venio ad accusationis nervos elidendos, et objecti criminis evertenda fundamenta, professus adversarios nostros egregie hallucinari, existimantes hujus Dioscoridis, de quo lis est, patriam esse certam, aut eundem, si patria fuit Anazarbeus, cum eo, quem Marco Antonio et Cleopatra dominantibus Suidas floruisse prodidit, convenire, aut cognomine Phacam extitisse; vel aut Arrium, ad quem Dioscoridis sex libri de Materia Medica scripti circumferuntur, eum esse cujus causa veniam ab Augusto impetrarunt Alexandrini, vel Erotianum imperante Nerone ad Andromachum de vocibus Hippocratis scripsisse. Age igitur, videamus unde fuerit hic Dioscorides existimationis Plinianæ obscurator, ex quo cum duos li-

bros Oribasius ad verbum transcripserit XI. ac XII. Collectorum, uno Dioscoridis nomine contentus patriam omisit. Aëtius Oribasium imitatur, Paulus Ægineta libro VII. idem Observat. libro IV. Dioscoridem quendam Alexandrinum vocat, C. quidam Plinius Galeno junior, cu m sæpe nominet Dioscoridem libro IV. nunquam patriæ meminit, D. Hieronymus libro secundo adversus Jovinianum Dioscoridem simpliciter dixit, nec minus Cassiodorus libro de Divinis lectionibus, cujus cum frequentissime Serapio meminerit in describendis simplicibus medicamentis, nusquam patriæ rationem habuit, quam antiquus quoque Dioscoridis Interpres præteriit, omnibus antiquior Erotianus, cum Dioscoridem quendam cognomento Phacam appellatum fuisse scribat, tamen Materiæ Medicæ scriptorem solo Dioscoridis nomine significavit: solus Galenus sæpissime Dioscoridem hunc nudo nomine citavit, nonnunquam patria fecit Anazarbeum, quibus in locis antiquus Interpres neglecta patriæ mentione videtur non legisse 'Anazarbeum.' Ita fit, ut quod plerique volunt, non sit adeo firmum ac constans, Dioscoridem nostrum fuisse Anazarbeum, tametsi verum sit auctore præcipue Stephano Byzantio Dioscoridem quendam medicum fuisse Anazarbeum. Subit mihi aliquando suspicari ignarum quempiam plures Dioscorides artem medicam suis commentariis illustrasse, hujus ipsius scriptoris Byzantii vel Suidæ auctoritate impulsum, Dioscoridis patriæ Anazarbi nomen addidisse, quod in antiquis Dioscoridis aut Galeni operum exemplis forte desideraretur: verum quoniam tum manuscripta Dioscoridis exempla, tum Galeni, ut editiones Græcas impressorum missas faciamus, patriæ mentionem habent adjunctam, de hoc nolo pertinacius contendere, ut mihi assensus præbeatur. Sed cum ceteris professus Dioscoridem hunc fuisse Anazarbeum, etiamsi præter Anazarbeum alter fuerit Alexandrinus, tertius junior penes Erotianum, et Galenum, qui quartum addidit Tarseum, quinto de Comp. Med. secundum genera cap. 15. tamen nolo eundem cum Anazarbeo Suidæ confundi, cum ejus operis, quod hujus ipsius, quem præ

manibus habemus, Dioscoridis, illustri argumento appareat, non plures modo Dioscorides Medicos, sed plures Anazarbeos de Re Medica commentarios edidisse. Pars quædam est in Dioscoride hoc nostro Anazarbeo, quæ de curandis ictibus ab animalibus venenum emittentibus illatis, eam alii septimum, et octavum librum esse volunt, quorum opinionem adjuvat Marcellus octo de Materia Medica Dioscoridem edidisse ex Galeno testatus, hæc in libris de Simplicibus Med. Facult. habente: *Ὁ δὲ Ἀναζαρβεὺς Διοσκουρίδης ἐν ἡ βιβλίοις τὴν χρήσιμον ἅπασιν ὕλην ἔγραψεν·* quod est, *Anazarbeus autem Dioscorides octo libris utilem omnem materiam scripsit.* Galeni Græci codices, quos ego vidi, libro VII. cap. primo hæc eadem habent, excepto librorum numero, qui non numeri nota significatur, sed ejus loco πέντε ibi et paulo post legitur, quod 'quinque,' non 'octo' significat, nec difficilis fuit lapsus ex E litera in H, addita literæ E altera H parte. Illud potius inquisitione dignum videretur, solos ne quinque de materia medica libros Dioscorides composuerit, consentiente præcipue Græca litera Dioscoridis cum Galeno: ἐν τούτῳ, enim ait, τελευταίῳ, videlicet: 'In hoc ultimo totius operis disserimus de vinis;' non sicut legit Matthiolus: 'In hoc quinto;' sed viderint, quorum opera in illustrando et explicando Dioscoride versatur. Nam Marcellus, qui primus difficultatem sensit, hæret, nec mei muneris est digredi tam longe ab instituto, quod repetens addo, alios eandem partem in tres libros, septimum, octavum, et nonum secuisse, nonnullos cum libro sexto conjunxisse, quos secutus Matthiolus rationem addidit, cur a sexto disjungi non possit, in cujus initio hunc ipsum totius operis extremum esse Dioscorides censuit, septimo, octavo, nonoque exclusis: quocum ego in eo consentio, quod septimum librum Dioscoridem Materiæ Medicæ scriptorem addidisse noluit, dissentio, quod hanc partem, cujus initium librum septimum nonnulli inscripserunt, esse libri sexti partem existimaverit, in hoc enim falsus Matthiolus est, quod hanc partem ab eo scriptore, a quo quinque priores libri compositi fuere, editam esse putaverit, quæ, ut

ostendam, omnino ab altero quodam Anazarbeo Dioscoride, sic enim inscribitur, profecta est. Priorum enim librorum auctor haud procul ab initio libri sexti ait: 'Generosissime auxiliantur antidota, quæ in operis calce scripta reliquimus.' Quibus eum constat ibi finem operi fecisse, ubi horum antidotorum meminit, post absolutum de lethalibus medicamentis sermonem ante eam partem, quam ego nolo eundem habere auctorem, cum ait: 'His subscribenda fuerant antidota nobilia, quibus præclare auxiliantibus utimur, quale Mithridaticum, quod ex sanguine est, ac quod e Scinco fit: verum quoniam alibi accurate scripta sunt, supersedendum nobis hoc opere censuimus.' Siquidem igitur huic operi finis est, qui, ad sextum librum, quæ sequuntur, fieri potest, ut credantur pertinere, quem ea quoque disjungunt, quæ in initio libri sexti de venenatis medicamentis leguntur, neglecta ictuum lethalium commemoratione, quos æque se persecuturum dixisset, cum de his sibi tractandum proposuisset, sicut de lethalibus medicamentis sibi sermonem esse futurum præfatus est, scribens in hunc, vel similem, modum: 'In hoc totius operis extremo de medicamentis homini salutaribus, aut pestiferis, necnon ictibus virulentis agendum est.' At non sic dixit, sed cetera præter versiculum a me additum, 'necnon ictibus virulentis,' ut ostenderet de his nulla, de illis omnia se esse dicturum; nam quod hic auctor consueverit Arreo, quid dictum sit, quidve dicendum, paucis prius indicare, quam ipsam dicendorum narrationem aggrediatur, id vero maxime ex secundo, tertio, et quinto libro intelligitur, in quibus singula recensuit, quorum in iis sermonem esset habiturus, quod in sexto non observasset, iis additis, quæ ad ictus venenatos pertinentia posterius leguntur. In hoc ipso sexti libri initio sermonis brevitatem pollicetur, et observat tota illa parte, quam ego sexti propriam esse existimo, sequentis partis auctor sermonis prolixitatem amat, atque in disserendo de causis multus est, quod priori Dioscoridi non probatur, eos in operis Præfatione damnanti, qui artis effectus non ipso rerum usu confirmandos et sanciendos putant,

sed inani studio et inquisitione causarum occupantur. Illud vero maxime utriusque auctoris diversitatis nos admonet, quod in initio statim hujus partis, quam a prioribus libris disjungendam judicavimus, hæc scribantur: ‘De animalibus virus ejaculantibus, et medicamentis perniciosis idcirco scribere aggredimur, quo tota curationis et remediorum oratio absolvatur.’ Quæ (quis non videt?) Præfationis cujusdam principium, ac præmonitio quædam posterius dicendorum, qua lector, quod in his solet, attentus reddatur, quod fieri medio in libro non convenit, maxime vero Dioscoridis ex præcedentibus insolens esse videtur, sed utroque nomine novæ tractationis significationem præbet, quocirca idem esse non potest, qui, ut proxime dicebamus, sui operis extremum, ea, quæ præcedunt hanc partem, constituerat. Addamus, quod equidem miror, nobilissimos Dioscoridis Interpretes non animadvertisse in his verbis, de medicamentis perniciosis sive venenis se tractaturum esse Auctorem polliceri, quod in eum, qui librum sextum, et eam partem condidit, quæ docet exhausto veneno periclitanti subvenire, referri non potest, quin eundem aut omni memoria destitutum faciamus, aut repetita venenorum curatione desipere velimus, quem vel hoc præsidio tueri nequeamus, ut mentionem venenorum hoc loco ab imperito aliquo accessisse dicamus, cum paulo post hæc verba repetita de divisione hæc a se scripta fateatur, inquiens: ‘Hæc autem duabus summis partibus, sicuti ab initio diximus, continetur, una eorum de feris venenum emittentibus est, quam Theriacam vocant, altera de venenis, quæ Alexipharmaca dicuntur.’ Post pauca utriusque partis in hunc modum rursus mentio fit: ‘Pauca omnino sunt, cum ex animalium numero, tum ex venenis exitialibus, quæ pericula sua in longum protrahant, vel segniter agendo differant.’ Et altero loco proximo: ‘Sed et qui ultro venenum hauserint, si facti pœniteat, et sibi subveniri postulent, celeritate maxima opus est.’ Taceo quod item protinus ab iis meminerit sagittarum veneno delibutarum. Nam evidentiora sunt, quæ prope capitis calcem scribun-

tur, et in rem nostram magis conferentia: 'Itaque enim,' inquit Auctor, 'venena, si hausta sint, crebris nominationibus evocantur.' Quæ cur ab auctore primo repetita sint nescias, cum ea ad initium sexti retulerit, cur vero dicantur a diverso scriptore in promtu ratio est, quod de curandis venenis tractaturus esset, de quibus nondum egisset. Demum sibi quisque proponat principium sexti libri, qua parte, si quis sciens, aut ignarus, venenum hauserit, quid fieri expediat, tractatur, et alterius partis, de qua quæstio instituta est, initium conferendum, quo loco de eodem, qui volens, aut nolens, venenum devoraverit; nec addubito, ex sermonis similitudine ab uno auctore locis parum dissitis nullo pacto dici potuisse, a diversis expectari debuisse, esse facile judicaturum. Sit igitur hæc summa disputationis nostræ, diversos auctores hos esse, nomine, patria, et professione convenientes, ut quod ad hoc attinet etiam, tres diversis temporibus floruisse, quorum unus fuerit Dioscorides Suidæ, ab utrisque commemoratis diversus. Quibus hoc consequimur, ut Dioscoridem Materiæ Medicæ scriptorem ab altero Suidæ diversum esse potuisse, non etiam, quod maxime causa nostra postulat, alium ab eo hunc fuisse convincimus; quod aggrediar nunc evidentibus satis argumentis demonstrare. Cratevam Dioscorides statim in operis initio inter veteres Medicæ Materiæ scriptores refert, unde promtum est conjicere a Crateva ascribentem Dioscoridem annos vel centum, aut etiam multo plures, intercessisse, qui si a Pompeio Magno, quo florente Cratevas scripsit, numerentur, Neronis principatum attingunt, cum Dioscorides suum opus Arreo nuncupavit: nec, me qui falsitatis arguat, futurum esse quenquam, modo aliquid sapiat, existimo: quia eo ipso tempore, quo magnus Pompeius excelluit, Cratevam vixisse ac scripsisse dixerim, Hippocratis auctoritate adversante, cujus ad Cratevam extat Epistola. Nam, ut ceteras conjecturas præteream, quibus non hæc modo Epistola, sed reliquæ quoque falso Hippocrati ascriptæ cognoscuntur, hujus ipsius Epistolæ argumento hoc maxime apparet, in qua Cra-

tevam Hippocrates admonet, ut sibi ad sanandum Democratum insanientem ituro herbas paret, quas non dicit: quasi omnibus opus esset, et in insania summo veluti genere omnes morbi contineantur, quibus ex usu sint omnes herbæ. Ibidem Cratevæ peritiam in Materia Medica haud exiguis obscurisque laudibus extollit, quem tamen docet, quibus ex locis petendæ sint herbæ præstantiores, ac quid in transmittendis servari expediat. Adde velle, ut primo quoque tempore ad se mittantur herbæ, flores, fructus, semina, succi, lac, lacrymæ, radices, liquamenta, et cortices; quæ cum diversis omnino temporibus colligi necesse sit, quo usui medico idonea sint, certissimum faciunt scribentis inscitiæ argumentum. Radices namque, et cortices, testimonio Dioscoridis in Præfationis universalis calce, tum vigent, et utiles sunt, cum folia contabescentia, et alimento destituta decidunt, cum herbæ vero turgent succo, et plurimi sunt usus, radices quodammodo exhaustæ prodesse non possunt: lac lacrymas quemedio tempore inter herbæ et radicum vigorem excipi convenit: fructus, et semina posterius, ante flores, quæ sibi omnia sine discrimine temporis imperitissime colligi voluit. Sed cum omnia hæc nihili fecerimus, tamen Plinii auctoritas palam facit eum, qui Epistolam hanc finxit, tempora, quibus Hippocrates et Cratevas vixerunt, prorsus ignorasse; cum ille antiquior Aristotele fuerit, hic aliquot sæculis posterior Mithridati a Magno Pompeio devicto plantam ascripsit de ejus nomine 'Mithridation' appellatam, ut auctor Plinius est Nat. Hist. XXV. 6. his verbis: 'Ipsi Mithridati Cratevas ascripsit unam Mithridation appellatam, alteram Lenæus' Magni Pompeii Libertus, cujus jussu Mithridatis commentaria medica, quæ in arcanis suis ille reliquerat, Latina fecit, eodem Plinio teste ejusdem libri cap. 2. Euphorbium invenit rex Juba, penes Plinium Nat. Hist. V. 1. pater Ptolemæi, quem ex Antonii et Cleopatræ filia ejusdem cum matre nominis suscepit, Plutarchi et Dionis testimonio, hujus libro Hist. LI. illius in M. Antonii Vita. Strabo libro suæ Geographiæ XVII. idem sensit, sed uxoris nomen

subticuit. Ibidem ejus, qui cum Scipione adversus Jul. Cæsarem bellum gessit, hunc ipsum Jubam filium facit, non 'Ptolemæi,' sicut mendose legitur in Solino, et Mauritaniæ eam etiam partem, quam Bogus et Bocchus, Romanæ Reipublicæ amici, tenuerant, regno paterno Augusti liberalitate adjectam possedisse asserit; quamobrem primus utrique Mauritaniæ imperasse, a Plinio loco nuper adducto traditur, quem infantem in triumphum a Jul. Cæsare ductum, Appianus Alexandrinus lib. de Bello Civili, et in Vita Cæsaris Plutarchus prodidere: decessisse vero, se scribente, lib. XVII. suæ Geographiæ Strabo auctor est, qui suo testimonio lib. XIII. et alibi Tiberio Principe Geographiæ opus componebat, ut nulla ratio reliqua sit, per quam in dubium quenquam revocare posse existimem, an is Juba, cui Euphorbii inventio tribuitur, fuerit idem, qui Augusto imperante in Mauritania regnavit; accedente præsertim et altero argumento Euphorbii nomine sui medici Euphorbii fratris Musæ Augusti medici appellati, uti Plinium Nat. Hist. XXV. 7. posteriorum memoriæ mandasse legimus. Meminit Euphorbii Niger, sed ignarus ubi nasceretur, aut ex qua planta succum ex herba Chamælea in Italia nascente expressum esse fabulatus est; ex hoc enim succo Euphorbium adulterinum ab impostoribus conficiebatur, teste Plinio Nat. Hist. XXV. 7. Hinc Dioscorides Nigrum de Euphorbio in Præfatione graviter reprehendit: libro vero tertio cap. 21. scribens in Libya inventum esse Euphorbium Juba regnante, hoc loquendi modo videtur nobis significare, defuncto pridem Juba, Dioscoridem de Euphorbio scripsisse aliquot post imperium Tiberii annis, quo dominante Jubam extremum diem obiisse diximus ex Strabone, cum de eo jam Niger egisset, quem aliquot post annos Dioscorides secutus est. Quibus facile adducor (jam enim exponendum est, cur Euphorbii hoc loco sermonem inseruerim) ut credam Dioscoridem hunc non solum Antonio et Cleopatra imperantibus non floruisse; verum etiam ne natum quidem sub Augusti principatu putem, cum qui ex medicis Euphorbii meminerit ante Scribonium Largum nullus

extet, is vero imperante Claudio vixit, quocum in Britanniam transmisit se auctore libro de Comp. Med. c. 38. Neras quoque natu major Andromacho, minor Antonio Musa, ex Galeno libro de Comp. Med. secundum loc. cap. 4. Euphorbii meminit in acopis Galeno referente VII. de Comp. Med. secundum genera cap. 15. Musam nusquam invenio ejus sermonem habuisse, quamvis de fratris sui nomine dictum fuerit; quocirca Philonem eo posteriorem fuisse crediderim. Qui Dioscoridi tantum tribuunt, ut ejus causa Plinio plurimum detrahere non vereantur, fortasse dicerent falsa de Euphorbii inventione Plinium scripsisse; Dioscoridi vero omnia, quæ de inventione in eo leguntur, ab eo accrevisse, qui nominum stirpium varietatem illum ac multiplicitatem adjecit. Sed omnem suspicionem additæ inventionis historiæ adimit Oribasius, ex Dioscoride Euphorbii Jubam inventorem libro Collectorum XI. faciens, et cum eo Serapio Dioscoridem secutus cap. 353. scribens: 'Primus, ad cujus cognitionem pervenit hæc medicina, fuit Linoës rex Linoi.' Ceterum Plinii existimationem Galenus tuetur in explicatione descriptionis Philoni Euphorbii inventionem referens in Jubam regem. Ipsius quoque Britannicæ habita a Dioscoride mentio nos in ea confirmat opinione, ut posterius vixerit, quam Suidas innuere videatur, libro enim quarto describens hanc plantam, ait, 'folio esse Rumici sylvestri similem, nigriore, hispidioreque, caule haud magno, radice brevi ac tenui, ex cujus foliis succus expressus privatim ad oris nomas faciat, et tonsillarum.' Totidem verbis ab Oribasio lib. XI. Collect. ex Dioscoride descripta legitur, cujus Galenus lib. VI. de Simplicibus Med. Facult. Aëtius sermone primo, et Paulus Ægineta lib. VII. meminere, ejusdem historiam referens Plinius Nat. Hist. XXV. 3. 'folia' inquit 'habere oblonga, nigra, radicem nigram, succum ejus exprimi et ex radice, oris malis salutarem esse contra anginas quoque et serpentes. 'Addit' in Germania inventam esse, trans Rhenum castris a Germanico Cæsare promotis, Frisiis monstrantibus.' Germanicus autem cum Germanis bellum gerebat

Augusti imperii anno extremo, ex Suetonio in Caligula in initio, quos imperante Tiberio debellavit, sumto de clade Variana supplicio, et signis militaribus receptis, Dione libro Hist. LVII. auctore. Quibus fit ut de Medica Materia non citius Dioscorides ultimis Tiberii annis scribere potuerit, cum inventa Britannica sit non nisi in initio ejus principatus; quibus cum annis XLII. Augusti solius dominantis, ut Suetonio visum est, vel XLIV. ut Dioni atque aliis placet, anni prope LXVIII. quot additi florenti sub Antonio et Cleopatra Dioscoridi, fit, ut is annos centum plus minus natus quinque de Materia Medica libros conscripserit; quod mihi a ratione, aut certe verisimilitudine alienum et esse videtur, et aliis quoque visum iri confido, ubi secum ipsi præsertim reputaverint, ejus amicum Arrium philosophum, Augusto adeo gratum, ipsum quoque tantam ætatem vixisse oportere, ad quem scribebat; immo vero natu majorem Dioscoride, etiam longiorem siquidem eo, ut Dio libro Hist. LI. testatur, præceptore Augustus usus est, vel tum annos, ut par est, XXXV. aut etiam XL. priusquam Jul. Cæsar mortem oppetierit, agente, quibus accedentibus annis Antonii imperii quatuordecim, et XLIV. Augusti ab obitu Antonii principatus, necnon Tiberii viginti, omnes erunt anni CXIII. aut CVIII. cum ei suum opus Dioscorides addixit. Sed cum hæc, quæ hactenus prosecutus sum, Dioscoridem, cujus libros de Materia Medica tanti medici faciunt, eum non esse, qui sub Antonio et Cleopatra, secundum Suidam, floruit, apertissime demonstrent; tamen id longe manifestius faciunt conjecturæ ab Iberide desumtæ, cujus Historiam verbum de verbo ex Democrate descriptam in Dioscoride legimus, quem et nominis et inventionis auctorem faciunt Archigenes, Nygiænus, Hîpparchus, Plinius, Galenus, et Paulus Ægineta. Namque Democrates Andromacho seniore Neronis principis illius impurissimi medico junior extitit. Quapropter de Iberide agens Plinius: 'Invenit,' inquit, 'nuper et quam Iberidem Democrates appellavit.' Ex quo intelligitur, Dioscoridem Democrate posteriorem, dominante Nerone, de Iberide scripsisse, quam

nuper inventam Plinius dixerit, eodem principe Nerone Naturalem Historiam texente. Nec me latet, Patres, quid ad hoc fautores Dioscoridis sint responsuri, Matthioli et aliorum nonnullorum opinione hanc Historiam Iberidis in Dioscoride abundare, ab imperito vel temerario aliquo insertam, qui ignarus ordinis eam inter arbores libro primo collocaverit, cum herba sit, et inter acres potius libro secundo referenda: accedereque quod Lepidii libro secundo meminerit inter eas, quas diximus, acres plantas, quod Galeni et Pauli Æginetæ cum Iberide idem est, cujus idcirco historia silentio præteriri debuit, cum ea posterius sub nomine Lepidii tradatur: quinetiam Lepidium 'herbulam' a Dioscoride appellari, hoc est, minutissimis foliis præditam, qualem esse Iberidem Democrates censuit. Adversatur tamen Bartholomæus Maranta argumento Arabis sive Drabe, quam Dioscorides Lepidii folio constare scribit: Matthiolus vero lato folio, nec dissimilis Laurino proposuit, quod plurimum differt a folio Nasturtii, cui similem Iberidem folio Dioscorides fecit. Respondet Matthiolus eandem Drabe rationem esse, quæ Iberidis in Dioscoride, ut ab alio accesserit; quando, qui ex Græcis eam nominaverit, nullus inveniatur, non Galenus, Oribasius, Aëtius, Paulus Ægineta, aut alius quisquam: ex Arabibus ejus meminit Serapio sub orientalis Nasturtii nomine, protinus ab historia Thlaspis, sicut in Dioscoride legitur. Ego quod ad Drabe falsitatem pertinet Matthioli sententiam probo, quanquam intentus impensius Marante feriendo eodem ictu se fixerit, quo adversarium transfixit. Si enim Lepidium Dioscoridis folio Nasturtii quam simillimo constat, qui potest fieri, ut huic similis folio Drabe ea sit, cujus effigiem nobis Matthiolus præbuit folia Lauri referentem; qui si multiplici Lepidii significatione se excuset, quod plantæ non modo folia Nasturtii habenti, verum etiam Lauri penes Plinium, quem in hoc Lepidii significatu sit secutus, simile esse scribatur, descivit a Dioscoride, cujus in opere Drabe Lepidii folio, hoc est, Nasturtii, descripta legitur; nec secutus est Serapionem, qui solus ejus meminerit ex Dioscoride

ascribens folia Seitaragi, hoc nomine Lepidium intelligens, quod necesse est tale accepisse, quale Dioscorides esse voluit Nasturtii folio, si vera sensit Matthiolus, cujus placitum fuit Drabam folio Nasturtio similem esse, dissimilem esse sequitur valde ab ea planta, cujus ipse figuram suo in opere imprimi curavit. Sed hoc obiter sit dictum: redeo ad pensum. Iberidis historiam in Dioscoride non abundare demonstraturus, quippe quæ ab Oribasio libro Collect. XI. ex Dioscoride iisdem verbis recensetur, quibus describitur a Dioscoride. Ea quoque a Lepidio, si quis utriusque facultates et descriptiones accurate perpendat, distinguitur: adeo namque ignota Iberis erat, ut ejus inventio Democrati ab omnibus ascribatur, a quibus, iisdem etiam verbis, quibus a Democrate, repræsentatur: ex adverso Dioscorides inter plantas vulgares et omnibus notas Lepidium refert, cujus ob hanc causam descriptionem neglexit: idem in cibos admissum scribit, inquiens, ' muria cum lacte servari:' sed clarius libro quarto in altera Clematide, cum ait: ' Ipsa sale cum Lepidio conditur, et servatur ad cibos.' De Iberide nusquam legimus fuisse esculentam, nec verisimile est protinus inventam a Democrate inter cibos esse receptam, aut Archigenem, Galenum, vel Paulum fuisse hoc præterituros. Usus etiam medicis utramque plantam distinguit, Iberidis radices cum axungia ad dolorem coxendicis sanandum adhibentur, penes Democratem ceterosque, quos proxime nominavimus, medicos, et eam, quæ in Dioscoride legitur, descriptionem. Ejusdem doloris causa Dioscorides Lepidii folia cum Iruliæ radicibus tusa jubet admoveri: cum Plinio vero, et aliis nonnullis in affectibus ab iis diversis, quorum sanandorum causa cum ceteris medicis Plinioque Iberidem Democrates laudavit. De Lepidii viribus eadem Plinius scribit, quæ Dioscorides lib. Nat. Hist. XX. 17. eidem folia lauri tribuit lib. XIX. quocum Paulus Ægineta III. 77. convenit, et locum inter herbas hortorum atque esculentas assignavit, Columellam, ut arbitror, secutus lib. de Re Rustica X. inter plantas hortenses his carminibus recensentem:

Ponitur et lactis gustus quæ condiat herba
Dejectura quidem fronti data signa fucorum,
Vimque suam idcirco profitetur nomine Graio.

Libro vero XI. cap. ultimo, 'Lepidium,' inquit, 'cum ante Kal. Martias habueris dispositum, velut porrum sectivum demetere poteris, rarius tamen post Kal. Novemb. secandum non erit, quoniam frigoribus violatum emoritur.' Et lib. XII. cap. 8. sativi simul et sylvestris Lepidii meminit: cum Iberis passim semper virens nascatur locis incultis, præcipue vero muris vetustioribus, ac monumentis, quibus utraque planta ita dirimitur, ut non videam qui cum Lepidio Dioscoridis Iberis Democratis eadem dici possit. At non suo loco in Dioscoride posita est? An igitur, qui de Materia Medica ad nos sub nomine Dioscoridis libri pervenerunt, quosque omnes Dioscoridi acceptos medici retulerant, non sunt sui, quia iisdem licet verbis, ordine tamen diverso, plantarum omnium historiæ a Dioscoride conscriptæ in Oribasio XI. et XII. libro Collect. leguntur? An falsus Oribasius, qui ea omnia Dioscoridis esse testatur? An falsus Serapio, qui easdem historias referens Dioscoridis esse prodidit, quæ non sint, quia in his recensendis alius, quam a Dioscoride, ordo servetur? Ego plantarum descriptiones in iis auctoribus Dioscoridis esse cum ceteris medicis sentio, et agnosco a Dioscoride profectas; ordinem in Oribasio suum esse, non Discoridis, assero, suum etiam in Serapione. Itaque sit Iberidis in Dioscoride locus mutatus, id ordinem in ejus collocatione servatum non esse significat, quem illi Dioscorides constituerat, non historiam a Dioscoride præteritam, non expungendam, sed pristinum suum in locum esse restituendam. Ejusdem generis alterum Matthioli argumentum est, scilicet debile valde, et infirmum, Lepidium, ac Iberidem unam plantam Paulum Æginetam et alios fecisse, Iberidem alio nomine Lepidium dici asserentes, et Lepidium Iberidem, multas enim hoc nomine plantarum historias in Dioscoride abundare fateri operæ pretium esset, inprimis Gingidium, quod alio nomine Lepidium

vocari libro secundo Dioscorides scribit, et vicissim Lepidium ab aliis appellari Gingidium, quod idcirco sic dictum non puto, quia utrumque effigie simile sit, cum Lepidio folia sint haud dissimilia Lauri, Gingidio sylvestris Pastinacæ penes Dioscoridem, penes Paulum Æginetam Scandici; aut Pastinacem sylvestrem, quam hactenus sit creditum, aliam esse oportet. Casu igitur potius sic vocatas duas plantas dissimiles esse crediderim. Quod vero 'herbula' Lepidium dicatur, ea ratione quam putat Matthiolus, suo ipsius clypeo ictum repello, qui Chelidonium minus paulo minoribus foliis quam Lepidium repræsentavit, quique Arisarum nobis expressit foliis Ari simillimis, licet minoribus, magnitudine nihil Laurinis inferioribus, ne dicam majoribus, tametsi Dioscorides Chelidonium minus 'herbidam' appellaverit, Arisarum non 'herbulam' modo, verum etiam 'exiguam herbulam' libro secundo vocaverit, *μικρὸν*, videlicet *βοτάνιον*, sicut Lepidium *βοτάνιον* tantum, quo fit ut credam 'herbulam' nonnunquam Dioscoridem eam appellasse, non quæ pusilla folia proferret, sed quæ in altitudinem minimum attolleretur, ut Chelidonium minus, et Arisarum; nonnunquam etiam abutentem vocabulo 'herbulam' appellasse cum frutice conferentem, quo vel alta cubitum unum herba valde minor dici ab eo 'herbula' potuit, quomodo mentam 'herbulam' sive *βοτάνιον* appellavit, quanquam altitudine pæne cubitali ejus caulis crescat, maxime vero Lepidium, quod altius etiam attollitur; nec destituebatur auctore Dioscorides, quem in hoc imitaretur, cum Theophrastus quoque definitiones herbæ, suffruticis, fruticis, et arboris auctor limites sibi constitutos interdum egressus, violam nigram cum fruticibus, ac suffruticibus rosam, et aliis nonnullis recensuerit. Omnia igitur in unum conferentes dicemus Dioscoridem inventam a Democrate Iberidem agnovisse, et eo posteriorem ab interitu Neronis scripsisse, sed Iberidis historia in Dioscoride abundet, accesserit ab aliquo rei herbariæ ignaro, sic expungendam. Tamen Lepidii Dioscorides meminit, quod plerique omnes idem cum Iberide Democratis esse contendunt: ego diversum facio, cui

tanquam inventori imperante Nerone, cum ab omnibus medicis ascribatur, eo posteriorem fuisse Dioscoridem certissimo argumento convicti ut fateantur, necesse est. Namque ab obitu Neronis, quo dominante, Naturalem Historiam Plinius scribebat, annis post M. Antonii imperium, quando Dioscorides Suidæ floruit, centum de Materia Medica post Plinium scripsisse, nec vel hunc eum esse, cujus meminit Suidas, vel Plinio antiquiorem extitisse cogimur affirmare. Quibus id quoque accedit ad utriusque Dioscoridis diversitatem patefaciendam, quod suum Dioscoridem Suidas in operibus ab eo compositis a Nostro distinguat, quem quinque de Materia Medica libros ac sextum de venenis scripsisse constat, plures edidisse non constat, nec qui plures ab eo editos legerit, quod ego sciam, quisquam est: suum Suidas libros XXIV. de Re Medica scriptis consignasse prodidit, eundemque cognomento Phacam appellatum esse; cum Noster sive Erotianum, sive Galenum sequi placuerit, Phacas esse non potuerit. Nam, ut in præcedentibus quoque diximus, simplicium medicamentorum historiæ scriptorem Erotianus simpliciter Dioscoridem appellat in verbo *Καμάρῳ*, Phacam eum, qui de verbis Hippocratis septem libris egit in procœmio et verbis *φωναὶ κατειλοῦσαι*, sed Galenus in præfatione ad Hippocratis verborum explicationem Herophilium Dioscoridem Phacam esse cognominatum asserit, quem patria Alexandrinum extitisse in voce *Ἰνδικὸν* videtur existimasse, a juniore, et Anazarbeo diversum, quos in præfatione ab Herophilio distinxerat. Jam vero Anazarbum, unde Anazarbeus Dioscorides dictus est, ab ejusdem nominis auctore urbem Ciliciæ dictam esse testis est Ammianus Marcellinus lib. XIV. necnon Hermolaus Grammaticus Constantinopolitanus, qui Stephani Byzantii opus de Urbibus in epitomen redegit, cum ait, ab Azarba conditore Anazarbum Ciliciæ urbem nomen inditum esse, et cives Anazarbeos appellatos, inde Dioscoridem medicum insignem Anazarbeum fuisse nuncupatum. Ceterum Suidas Anazarbum urbem Ciliciæ olim Cyindam, mox Diocæsarcam vocatam a terræ motu eversam jussu Nervæ Ro-

manis Imperatoris a Zarba restitutam, de nomine ejus Anazarbum appellatam esse scribit. Quamobrem non est, cur aut antiquiores Nerva scriptores Anazarbi nullum fecisse verbum, Strabonem inprimis diligentissimum, Pomponium Melam, et Plinium miremur, aut cur Dioscoridem Anazarbeum sub Antonio et Cleopatra vixisse in Ægypto existimemus, a quibus ad Nervæ usque principatum anni quatuor supra centum numerantur, nisi, quod dictum iri a nemine certus sum, Ægyptii præsentientes Cyindam aliquando mutato nomine Diocæsaream primum, mox a terræmotu eversam a Zarba, aut Azarba, aut Anazarbo restitutam Anazarbum posteriori sæculo appellandam fore, Dioscoridem Anazarbeum, quam Cyindum, aut Diocæsariensem vocare maluere. Hæc si vera sunt, quæ Stephanus, quæ Hermolaus, Ammianus Marcellinus, et Suidas prodidere, si auctoribus minime contemnendis nituntur, quis adeo stupidus est, adeo expers rationis qui non agnoscat innocentiam Plinii nostri, ac prope fide oculata sentiat iniquissime de transcripto Dioscoride eundem ab adversariis fuisse accusatum? quorum argumento si vis ulla inest, si ullum monumentum, Dioscoridem, non Plinium, furtum commisisse fateri necesse est. Aiebant enim idcirco ex Dioscoride pleraque Plinium descripsisse, quia ille ante floruerit, quam hic nasceretur. Nunc, quoniam Plinius ex hac vita prius excessit, quam Dioscorides agnosceretur, fit, ut hic Plinium nostrum expilaverit, qui ante conditum Anazarbum vitam cum morte commutaverit, cum ille, restituta per Azarbam Anazarba, de patriæ nomine appellatus Anazarbeus, sub initium Trajani principatus scripserit. Iisdem ego rationibus persuasus, Suidæ lectionem ut credam esse vitiatam facile adducor: valde enim consentaneum videtur rationi, ut Suidas haud ignarus temporis a Zarba collapsæ Diocæsareæ restitutæ, et nominis in Anazarbam mutati, eum Dioscoridem, qui sub Antonio et Cleopatra in Ægypto vixisset, patria Anazarbeum fecisse, quæ post unum ab illorum principum interitu sæculum condita fuisset. Itaque hujus adeo manifesta et enormis contra-

dictionis culpa non in Suidam, sed alium quempiam mihi potius videtur esse rejicienda, qui cum nullum Dioscoridem medicum præter Anazarbeum agnosceret, ignarus antiquæ historiæ, et Anazarbæ conditæ, sibi, ut Suidæ veterem lectionem ac genuinam, Dioscoridem Alexandrinum facientem, depravatam esse crederet, in animum inducens, depravaverit, loco verbi *Ἀλεξαρβεὺς* altero *Ἀναζαρβεὺς* subrogato, fortasse arbitratus ob utriusque verbi vicinitatem facile scribam labi potuisse. Sane omnis difficultas, et apparens ac turpis in dictis Suidæ controversia demitur ejus lectione in hunc modum restituta, et loco *Anazarbeus Alexandrinus* substituto, quem inprimis Phacam cognominatum esse constat ex Galeno, et Herophili sectatorem extitisse. Idem Bacchio adversatus est septem libris a se conscriptis, teste Erotiano in Dictionarii sui Præfatione. Videtur etiam Hippocratis Interpretem egisse, auctoritate Pauli Æginetæ libro quarto cap. 24. in explicatione verbi *τέρμινος* certe alia quædam diversa ab his, quæ a Juniore Dioscoride scripta sunt, edidisse ex Galeno colligitur, cum in Procemio Hippocratis linguarum explanationis ait, Dioscoridem quendam juniorem, non Herophilium illum cognomento Phacam, ne quartam quidem partem Hippocratis verborum exposuisset. Nam ubi nihil scripsisset, non erat cur futurum vereretur, ut hic junior cum illo confunderetur. Dicerem hunc eum esse, quem Galenus audaciæ nimiæ in Hippocratis scripturis immutandis damnat, nisi, eundem Hadriano imperante vixisse, prodidisse videretur, quod ad juniorem verius pertinet, de quo locutus Galenus in Procemio proxime adducto hæc habet: 'Sed Dioscorides junior, patrum nostrorum memoria, ne quartam quidem partem Hippocratis omnium verborum exposuit.' Natus autem Galenus est Hadriani principatus annis ultimis, quo dominante Dioscorides is vixisse videtur, qui Hippocraticam lectionem pluribus in locis pervertit; quibus conjici potest eundem fuisse Hippocratis operum corruptorem, et juniorem Dioscoridem, aut certe coætaneos extitisse. Sit igitur, ut dictum est, Suidæ Dioscorides Herophilius ille, et Alexandrinus,

quo nomine in Ægypto vixisse cum constat, floruisseque potuit Antonio et Cleopatra dominantibus, atque familiaritate cum Arrio Augusti præceptore conjunctus esse, cujus argumento Plinium Dioscoride fuisse posteriorem accusatores asserere non dubitarunt: sed, ut fateri necesse est, hunc Arrium pluribus ante Plinii nativitatem annis floruisse; vicissim eum esse, ad quem Dioscorides scripsit, quod adversariis nostris visum est, fateri non est necesse. Quæ enim ratio Dioscoridem Anazarbeum probat sub Antonio et Cleopatra non vixisse, eundem nullo pacto Augusti præceptore Arrio familiariter uti potuisse ea demonstrat, inter quem et Nervam, quo jubente Anazarbam Anazarba extrui curavit, plus uno sæculo, vel centum et decem annorum intersit. Nec nobis hoc loco occurrant adversarii ea observatione, quæ ex initiis librorum Anazarbei Dioscoridis habetur, in quibus toties Arrium ille nominavit, quod edidit de Medica Materia libros; etiam in initio sexti ad venena pertinentis; qua frequenti ejus commemoratione nominis depravationis causandæ, et accusandi librarii demi nobis occasio videtur: non enim eum ego ad quem Dioscorides hic noster Anazarbeus scripsit Arrium esse negaverim; sed eum cujus intercessione Alexandrinis ab Augusto venia impetrata est, quo præceptore idem usus est, hunc ego eum esse inficior, cujus hortatu Dioscorides Anazarbeus de Materia Medica libros quinque conscripserit, ac cui opus inscripsit. Arrius est, non ille Arrius; quemadmodum, et qui ad eum scribit Dioscorides est, non ille Suidæ; medicus, non ille medicus; plures enim fuisse Dioscorides diximus, nec alienum a ratione fortasse est, ut Suidæ Dioscorides is fuerit, cujus semel atque iterum Andromachus apud Galenum quarto de Composit. Med. Secundum Genera cap. 5. meminit in emplastris ad ulcera maligna referendis. Nam neque Anazarbeus fertur de medicamentorum compositione scripsisse, et junior longius abest, quam ut ejus Andromachus meminisse potuerit. Fuere igitur plures Dioscorides, fuere plures Hippocrates, Asclepiades etiam, atque Andromachi plures, omnes medici: quid pro-

hibet etiam plures Arrios, sive Areos vixisse, aut etiam numero Dioscoridum diversitatem superasse? Sed hæc conjectura est: illud argumentum certum. Præter Augusti præceptorem, quem licet philosophum fuisse constet, non sequitur fuisse medicum, qualem amicum suum fecisse Dioscorides videtur, meminit Arei Asclepiadei quarto de Comp. Med. Secundum Loc. cap. 7. Galenus, et quinto cap. 7. necnon quinto de Comp. Med. Secundum Genera cap. 15. ad quem extat medicamentum a Dioscoride Tarseo missum pro sanguine supprimendo præstantissimum. Tarsensis vero Arei nono de Comp. Med. Secundum Loc. cap. 21. Sed Lecanii Arei mentio legitur in Galeno quinto de Comp. Med. Secundum Genera cap. 13. capite vero 11. bis Areum simpliciter idem Galenus vocat, quemadmodum et 14. ac decimo de Comp. Med. Secundum Loc. cap. 2. Quorum utri suum opus Dioscorides dicaverit, cum incertum mihi sit, nihil temere statuo: inclinat tamen animus, ut credam Lecanio Areo, pro ea quæ Areo Dioscoridis cum Licinio Basso necessitudo intercessit, *Lecanio* si forte legendum est, non *Licinio*, lapsu ob verborum similitudinem facto, qualem antiquus Frontini de Aquæ Ductibus impressor commisit lib. secundo, pro 'Lecanio Basso' Consule sub Nerone 'Licinium' dicens, quem tamen eum esse nolo, qui Arrium Dioscoridis amaret: cum, ut auctor est Plinius Nat. Hist. XXI. 2. se scribente perierit: sed hujus filium potius ejusdem cum Plinio Juniore ætatis, cui cum ob doctrinam, tum etiam propter familiam sibi cum eo communem carus esset, quod a patre suo Quinto, aut quopiam alio ex Lecaniis, libertatem adeptus, aut suo beneficio, vel alterius Lecanii civitatem Romanam, Q. Lecanius Areus appellaretur, cui sibi ut de Materia Medica Dioscorides Anazarbeus scriberet auctori suum opus Trajani principatus initio nuncupavit; annis ab obitu Plinii Senioris prope triginta, a quo antiquioris se Herophilii, sive Alexandrini Dioscoridis nulla, ut arbitror, ratio habita est, quia de plantarum reliquorumque simplicium medicamentorum historia et facultate inscripta nihil aut minimum retulerit, Antonio

et Cleopatra dominantibus, penes Suidam : pro quo, si quis nolit emendationem nostram admittere, haud ita æstuabo, ut sim cum eo diuturniorem controversiam habiturus, etiam si conspicuum est vix quenquam, vel ineptum hominem, simili in contradictione deprehendi posse, modo eum, qui Anazarbeus fuit, nolit ipsa, ex qua denominatus est, urbe antiquiorem extitisse.

Reliquus is a me scrupulus complanandus est, cum dicebatur Dioscoridem ante Neronis principatum videri scripsisse ex Erotiano in Dictionario ad Andromachum Neronis medicum Dioscoridem adducente. Ut igitur existimo, quia fuerit Andromachus Neronis medicus, hoc ipso etiam imperante ad eum Erotianum de vocibus Hippocratis scripsisse non convincitur. An Epaphroditus eodem ictu cum Nerone Andromachum sustulit, nec ad eum superstitem post interemtum principem Erotianus scribere potuit primis Trajani imperii annis, prope triginta ab obitu Neronis? Potuit, ni fallor, nec est adeo absurdum, si quis nostrorum temporum observationem attendat, Andromachum annos quadraginta, aut etiam quinquaginta, cum Nero sublatus est, agentem ad Trajani usque principatum supervixisse. Quis est enim vestrum, Patres, qui natum annos octuaginta aliquem aut non agnoscat, aut quem agnoverit commemorantem non audiverit? Ego nonagenarios nonnullos agnovi, vestrum quoque quempiam agnovisse puto, nec modo ætatis tantæ, verum etiam forte longioris. Quid dico nos tot annos natos agnovisse? Illo ipso sæculo Plinius Junior octuagenario majoris atque integris viribus adhuc firmi Virginii Rufi meminit: immo vero illa ipsa ætate Antonii Castoris annos centum agentis Plinius Senior. Scripserit igitur ad Andromachum valde jam senem Erotianus, scripserit ad archiatrum et medicum Neronis, non scripsit eo imperante, non paullo post, sed triginta ab interitu Neronis annis imperium Trajano gubernante: et si iis, qui Dioscoridi nimis addicti sunt, vel Plinio nostro infensi, durius hoc forte videatur, Trajani principatum Andromachum Neronis medicum vidisse, hoc nulla ratione inficiari poterunt,

Andromachum juniorem Neronis Andromachi filium magnam Trajani principatus partem videre potuisse, cui de Hippocratis vocibus scriptum a se commentarium Erotianus dicaverit. Sed scio quid sint responsuri, hujus auctoris scripta ad Andromachum seniorem, non juniorem, patrem, non filium, dirigi: illum fuisse archiatrum, qualem Andromachum suum Erotianus appellat, hunc neminem 'archiatrum' vocasse: sit ita, priorem archiatrum fecerint, posteriorem nemo, quod sciamus, 'archiatrum' esse dixerit. Igitur non fuit, nec is esse potest ad quem Erotianus scripsit. Plane hoc mihi non videtur sequi. Fingamus, Patres, Galenum Andromachum seniorem primo de antidotis 'archiatrum' non nominasse, sed quod alibi sæpe, ac semper, 'Andromachum' solum, quis hunc archiatrum extitisse affirmare ausit, quem nusquam alibi Galenus, nusquam Oribasius, Aëtius, Alexander, Trallianus, Paulus Ægineta, Actuarius, aut Nicolaus Myrepsius appellarunt? Aut faciamus librum de antidotis cum aliis multis operibus vitio temporis intercidisse. Non igitur archiater non fuisset, et falsitatis Erotianum, quia inter archiatros Andromachum numerasset, insimularemus? Non opinor id faceremus, aut non sine insigni temeritate. Itaque licet non habeam, qui juniorem Andromachum 'archiatrum' nominaverit, cum adversarii testibus, qui id negent, idoneis destituantur, hunc archiatrum non extitisse, quia nemo eum sic appellet, firmo non admodum argumento concludunt, deficiente vicissim qui neget. Sed vero cum evidentibus ac verissimis conjecturis Dioscoridem fuisse Plinio posteriorem demonstraverimus; tamen, quod sæpe disputatione tota factum est, ut multa adversariis nostris condonarem, de hoc quoque me illis valde liberalem præstabo, Plinium admittens Dioscoride antiquiorem non esse, immo vero volo etiam fuisse juniorem, nec existimo, quod illi confici voluere, omnia, aut pleraque, ex Dioscoride eum descripsisse. Nam cum aiunt, quia eadem ab utroque scribantur, alterum ab altero ea sumsisse, inchoare se ratiocinari non animadvertunt, et alteram argumenti partem imprudenter præter-

ire, quæ est, aut utrumque ex tertio, quam ego partem affirmo, nego alterum ab altero, quæ scripsit, esse mutuatum ; ea ipsa enim, in quibus conveniunt, ex communi quodam auctore cur descripta esse non possunt ? Legit uterque Cratevam, Andream, Julium Bassum, Petronium, Nigrum, et Diodotum, uterque nominavit, sed consilio valde dissimili nominavit Dioscorides, ut aliquo modo damnaret, Plinius ut quid ex quo habuisset constaret, nec dissimularet per quos profecisset. Atque ut intelligatis, studiosi adolescentes, quam probabilis, quamque perspicua sit conjectura nostra, accipite eam paucis quibusdam exemplis nonnullarum historiarum, ab utroque scriptarum, explicatam, quarum Sextium Nigrum Plinius auctorem facit, Dioscorides, nemine nominato, potius seipsum : plura similia vobis per otium Plinii ingenuitatis argumenta ex ejus Historia Naturali depromere promtum erit, quæ ego, ne cum sapientissimo consessu vos diutius distineam, consulto prætereo. De Fibro inquit Dioscorides libro secundo, ' temere proditum esse amputari testes ab ipsis in fuga cum capiuntur, nec enim adimere sibi eos possunt substrictos, et adhærentes, ut suibus.' Plinius vero Nat. Hist. XXXII. 43. ex Sextio de eodem sic : ' Amputari testes ab ipsis cum capiuntur negat Sextius diligentissimus medicinæ, quinimo parvos esse, substrictosque, et adhærentes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.' Ex eodem Nat. Hist. cap. 29. 41. idem Plinius inquit, ' Ignem a Salamandra non restingui ;' de quo Dioscorides lib. secundo : ' Temere creditum est Salamandram non sentire flammas.' A quo lib. quarto habemus : ' Narbonensi taxo vis tanta, ut si qui sedeant sub ea, somnumve capiant, lædantur ; sæpe vero etiam moriantur.' Quæ omnia Plinius Nat. Hist. XVI. 10. in Sextium Nigrum refert in hunc modum : ' Sextius Niger dixit taxum esse in Arcadia (vel, ut alii, in Gallia) tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur.' De Thracio lapide hæc cecinit Nicander, in Theriacis :

Vel tu Thraicium flamma succende lapillum,

Quem licet immergas, mersus tamen ardet in undis;
Protinus ast oleo effuso restinguitur, ad nos
Thraicii hunc mittunt fluvii de littore Ponti.

Eadem Galenus ex Nicandro IX. de Simpl. Med. Facult. retulit, quæ soluta oratione Nicandri nomine suppresso Dioscorides his verbis transcripsit: 'Thracius lapis in Scythia nascitur quodam amne, qui Pontus dicitur: vis ei par Gagatæ. Aiunt accendi cum aqua, oleo restingui.' Plinius autem Nat. Hist. XXXIII. 5. 'Thracium lapidem aqua accendi, oleo restingui' scribens, Nicandri mentionem quanquam omiserit, tamen libro primo in externis auctoribus recensendis, quos libro XXXIII. in scribendo secutus est, Nicandrum nominavit. Hæc qui viderit, et mente in ea intenta contemplatus fuerit, ex his paucis plura ab antiquioribus se auctoribus accepta Dioscoridem operi suo inseruisse facile conjiciet, quæ quia sua esse crederentur, factum est, ut alienæ culpæ Plinius noster innocentissimus pœnas acerbissimas luerit, qui cum, non ut damnet, multos nominet auctores, sed ut gratum erga eos se præbeat, ut fateatur per quos profecerit, cum nihil pæne suum esse dixerit, seque asseclam esse, non auctorem profiteatur, tamen vocatus in judicium alienos labores invasisse, expilasse, atque diripuisse fertur, ut paucis dicam, accusatur furti, atque apud Historiæ Naturalis studiosos in invidiam vocatur: quodque gravius est, indicta causa damnatur, et accusatur furti. Dioscorides, cum neminem nominet, nisi quem reprehendit, nemini referat quicquam acceptum, omnium auctorem se faciat, et auctor esse credatur, suppresso denique nomine quorundam scripta ita referat ad verbum, ut nihil prorsus de suo addat, non damnatur, non accusatur, sed multis laudibus encomioque singulari a viris doctis commendatur. Solus ab alienis abstinuisse, quæ sua sunt, quæ viderit, quæ observaverit, hæc attigisse, diligenter exposuisse, scite ac fideliter exhibuisse posteritati prædicatur, quæ non viderit, vel præteriisse prorsus, vel ea retulisse quæ ab hominibus fide dignis accepisset, in quibusve summa consensione scriptores

inter se conspirasse deprehendisset, cujus tamen est, non Plinii, 'capri sanguinem terræ Lemniæ admisceri consuevisse,' quod cum fabula sit, quæ in Lemno a Galeno forte narrata indigenis risum commoverit, neque ipse vidit, neque a fideli narratore accepit. Multa sic ipse melius describere potuit, in quorum nonnullis repræsentandis nemo non Plinium nostrum anteponendum judicabit. Idem de his quæ in sinum Arabicum ex India convecta in diversas Europæ regiones per mercatores distrahebantur sermonem habens, quas fabulas non comminiscitur? ut quod Piper album, nigrum, et longum eadem ex planta decerpantur, hoc fructum esse immaturum effigie siliquarum, alterum nigrum maturitatem consecutum, ac tertium acerbum, utrumque ex interna fructus parte milio simili, quo tempore dehiscens racemos emittat, ortum habere, sed quorum in ignoratione quia Plinius quoque fuerit, nolo communem errorem Dioscoridis fieri proprium. Quanquam non deerunt, qui tanta cognoscendæ Materiæ Medicæ cupiditate, tanto juvandæ posteritatis desiderio, quantum prædicant incensum Dioscoridem, ac diu de hac causa peregrinatum, in Indiam quoque transmittere debuisse contendant; cum si Straboni nobilissimo historiarum scriptori habenda est fides, vel tum ingentes in Indiam classes navigarent, inde omnis generis preciosis mercibus in Ægyptum per Arabicum sinum onustæ redeuntes. Straboni astipulatus Arrianus, Imperatori Hadriano cum totam hanc navigationem retulit, tunc tractus illos ad extremam usque Indiam diligentissime descripsit, et merces inde exportari solitas singulas prope recensuit, quæ Pandectarum lib. XXXIX. Tit. IV. de public. et vect. l. 'interdum,' leguntur ex Martiano, quo loco nolim 'ferri Indici' mentionem expungi, Hebeno substituto, sicut Matthiolo placet, cui Arrianus adversatur, hoc 'ferro' inter Indicas merces numerato, penes quem etiam ex Carpaso tædæ Indicæ conficiebantur, ut, quod placuit Matthiolo, non sit Carpesium subrogandum. Qui tanto igitur Materiæ Medicæ locupletandæ studio tenebatur, et artis causa nullas satis lon-

gas peregrinationes esse putabat, tam facili tamque explorata navigatione usus, cur in Indiam non transmisit Dioscorides, aut in proximam saltem Arabiam non tenuit cursum, ut ibi nascentium Cassiæ, Thuris, Cardamomi, Costi, Agalochi, et Cancami plantas posteritati traderet accuratius descriptas, nec Costo parum cognito ignotioris sibi Piperis radicem similem faceret? Neque hoc eo a me dici existimare volo, vos Patres, quasi scripta Dioscoridis improbem, ac damnem, et hos lectissimos adolescentes ab ejus lectione deterrendos atque avertendos putem, quam alioqui probo cum Galeno, et commendo, historiamque plantarum omnibus studiosis utilem, medicinæ vero dantibus operam præ me fero etiam necessariam esse: ut instituera dicere, hæc eo non dico, ut Dioscoridem damnem, sed quod suscepti Plinii patrocinii munus absolvam, quod cum existimatione Dioscoridis ita conjunctum est, ut ea integra manente, Plinius in fraude non deprehendatur, et nullam ejus furti culpam fateri necesse sit. Quibus jam rejectis, et furti sublato crimine, reliqua duo, inscitiæ ac negligentiæ, quæ hoc veluti fundamento nitebantur, longiori oratione ad diluendum non videntur indigere. Neque enim dicam ingentes Plinii occupationes aliquam habere excusationem, quam æquus judex facile accipiat, necessitatem Imperatoris Vespasiani ante lucem adeundi, et interdiu delegati sibi officii administrandi. Non dicam inscitiæ etiam, si qua esset, culpam ei esse objiciendam, qui noctu, qui in itinere, qui in bello, et scribendo meditaretur, et curaret scribi, ac tam multa, quam Plinius Junior datis ad Marcum literis testatur avunculum .scriptis consignasse, quem hoc nomine, quantum in se est, nihil minus, quam inscitiam amasse, et in ea peccare voluisse constat. In quam non adhibebo similem excusationem, nec confessione excusabilis culpæ in hac causa tuebor Plinium nostrum. Nam inscitiæ ac negligentiæ causas, quas adversarii prætexuerunt, infirmitate fundamenti vacillare, aut potius nullas esse, ipsa Plinii innocentia, et responsio nostra notum faciet atque de-

monstrabit. Græcæ linguæ ignorantia Plinium notant, per quam haud raro aliter vertat Latine, quam Græce apud Dioscoridem legatur. Historiam adhæc stirpium temere attigisse volunt, quarum nullam vel contemplatus unquam esset, vel curasset spectare, librarii potius officio functus, quam scriptoris: quo factum esse prædicant, ut multa ex aliorum scriptis suum in opus sine delectu congesta posterorum memoriæ mandaverit. Quorum ego rationi respondens, utro in hac causa beneficio uti velint eos interpello, an quod Plinius ex Dioscoride sua transcripserit, vel uterque ex tertio. Si quidem illud affirment primum, Plinium antiquiorem Dioscoride fuisse nonnullis argumentis ostensum est, aliis vero eundem, quamvis juniorem, Dioscoridem non agnovisse sic disserui, ut putem demonstrasse: sin alterum dicant, nescio cur potius velint Plinium in eo auctore vertendo cæcutiisse, quam Dioscoridem aliter sentientem ex professo in hac parte ab auctore discessisse, quod in Tussilagine, et aliis nonnullis, evenisse in præcedentibus dicebamus. Qui vero in exscribendis plantarum historiis non videndis se Plinium exercuisse nolunt, hi mihi potius in Indice Plinii evolvendo, quam opere legendo, versati videntur, et in eo peccasse, quod Plinio in plantis describendis contigisse prodidere. Libro namque Nat. Hist. XXV. 2. 'In eadem provincia,' inquit Plinius, 'cognovi in agro hospitis nuper ibi repertum Dracunculum diversum ab his, quos in priori volumine ejusdem nominis diximus.' Et XXVII. 11. de Lithospermo, idem inquit: 'Jacere atque humi serpere auctores tradunt: ego vulsam, non hærentem vidi.' Ejusdem vero libri cap. 13. ait: 'De herbis quidem memoria digna hactenus aut accepimus, aut comperimus.' Missa facio plura alia loca, uno hoc contentus, qui Nat. Hist. XXV. 2. sic habet: 'Nobis certe, exceptis admodum paucis stirpibus, contigit reliqua contemplari scientia Antonii Castoris, cui summa auctoritas erat in ea parte nostro ævo, visendo hortulo ejus, in quo plurimas alebat, centesimum ætatis annum excedens, nullum corporis malum expertus, ac ne ætate

quidem memoria aut vigore concussis.' Hæc Plinius de sua in cognoscendis plantis exercitatione, cui, vel inexercitatissimo, tamen essent plurimæ gratiæ habendæ, quod ejus industria multorum scriptorum, et in his medicorum, Nigri præsertim, Galeno, ut præmonuimus, in historia simplicium medicamentorum tradenda probati, Lucubrationum nonnulla ad nos fragmenta pervenerunt, nec, quia labatur in nonnullis, hoc ejus privatum vitium est, sed commune illi cum multis, etiam Dioscoridi, quo absoluto, non debuit Plinius damnari, cujus ad Imperatorem scribentis illa ingenua confessio est: 'non dubitare multa se latuisse, quod homo esset, ac valde occupatus:' nec ego eum, ut nunquam lapsum esse existimarem, ne dicam auderem affirmare, ulla in animum meum ratione unquam inducere potui. Tantum toties labi, quoties, studio laudis et gloriæ ex ejus vituperatione consequendæ, Dioscoridis perinde ac vetustioris et extra omnem aleam positi maximo argumento, nonnulli professi sunt, cum alibi sæpe, tum hoc præcipue loco audeo inficiari: plura enim in eo vitio temporis sunt immutata, multa exscribentium negligentia, nonnulla aliorum quorundam temeritate vel nimia festinatione depravata, quæ insonti Plinio imputantur. Atque hæc in genere, Patres, sum præfatus de Plinii innocentia, plura distinctius ac pressius dicturus, ubicumque Plinio aliquid objici ab adversariis occurret in explicatione singularum historiarum, quas mox aggrediar a libro duodecimo exorsus, ac primo inter eos, quos de materia medica composuit, addictus peregrinis stirpibus referendis, quibus omnibus, aut certe plerisque, cognoscendis Lusitanorum industria atque ausu plane heroico plus nos profecimus, quam anteactis sæculis ullus, aut Græcus aut Latinus, agnitis fabulis, quas ab Indis mercatoribus, vel aliis negotiatoribus, se plus quæstus esse facturos existimantibus, si omnia difficiliora fecissent, et admirationis plena prædicassent, acceptas nobis pro historiis exhibuere. Nunc quoniam dicendo fessus sum, nec satis multa non dixi, confecto sermone, finem impono.

TESTIMONIA

SELECTA VETERUM

DE C. PLINIO SECUNDO.

C. PLINII CÆCILII

EPISTOLÆ DUÆ,

IN QUIBUS DE VITA PLINII SENIORIS AVUNCULI SUI NARRATIO CONTINETUR.

Lib. III. Epist. 5.

C. Plinius Cæcilius Macro [1] suo S.

Pergratum est mihi, quod tam diligenter libros avunculi mei lectitas, ut habere omnes velis, quærasque qui sint. Fungar indicis partibus, atque etiam, quo sint ordine scripti, notum tibi faciam: est enim hæc quoque studiosis non injucunda cognitio. De jaculatione[a] equestri unus. Hunc, cum præfectus alæ[b] militaret, pari ingenio curaque composuit. De vita Q. Pomponii[c] Secundi duo, a quo singulariter amatus hoc memoriæ amici quasi debitum munus

---

1 *Marco* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Gronov. et Elz.—2 *Ger-*

NOTÆ

[a] *De jaculatione*] Laudatur id opus ab ipso Plinio Seniore, VIII. 65.

[b] *Præfectus alæ*] Equitum ordinibus, quibus ab alarum similitudine nomen id inditum est, quod circum legiones dextra sinistraque locaban tur. Hinc apud Livium, cohortes alariæ, equites alarii.

[c] *De vita Q. Pomponii*] Meminit ejus operis ipsemet Plinius, XIV. 6.

exsolvit. Bellorum Germaniæ viginti,[d] quibus omnia quæ cum Germanis gessimus bella collegit. Inchoavit cum in Germania militaret, somnio monitus: astitit enim ei quiescenti Drusi Neronis effigies, qui Germaniæ latissime[2] victor ibi periit. Commendabat memoriam suam, orabatque, ut se ab injuria oblivionis assereret. Studiosi tres,[e] in sex volumina propter amplitudinem divisi, quibus Oratorem ab incunabulis instituit et perficit. Dubii sermonis[f] octo scripsit sub Nerone novissimis annis, cum omne studiorum genus paulo liberius et erectius periculosum servitus fecisset.[g] A fine Aufidii[h] Bassi triginta unus.[3] Na-

---

maniæ latissimæ Gronov. et Harduin. 1. *Germaniæ latissime* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Harduin. 2. 3. Bipont. Franz. et Brotier.— 3 Ita Bipont. Brotier, et edd. recentt. Plinii Junioris. *XXXI.* Basil. Lugd.

NOTÆ

[d] *Bellorum Germaniæ viginti*] Tacitus, Annal. I. p. 32. 'Tradit C. Plinius, Germanicorum bellorum scriptor, stetisse Agrippinam,' &c. Symmachus, lib. IV. Epist. 18. jam ætate sua id opus minime obvium fuisse innuit: 'Enitar,' inquit, 'si fors votum juvet, etiam Plinii Secundi bella conquirere.' Spectavit illud et Tranquillus in Caio Caligula, cap. 8. Illud esse suspicor, cujus mentio in Indice librorum nondum editorum, confecto a Scipione Tettio Neapolitano, quem Labbeus noster edidit in Nova Bibliotheca librorum Mss. pag. 167. hoc lemmate: 'Plinii Senioris historiarum libri XX.'

[e] *Studiosi tres*] Hoc est, de Studioso, sive de Oratore, libros tres condidit. Quo nomine inter oratoriæ artis magistros a Quintiliano censetur, III. 1. Studiosorum libros inscriptos fuisse Gellius ait, IX. 16.

[f] *Dubii sermonis*] Sive de Grammatica, quibus in verbis inesset loquendi ambiguitas. Laudant hoc Plinii opus sæpissime Priscianus ac Diomedes, inscribuntque modo 'Artium,' modo 'Artis Grammaticæ,' modo 'de Dubio sermone.' Plinius ipse meminit in Præfatione ad Titum. Joannes Aretinus Tortellius, qui grande scripsit de Orthographia volumen, vixitque anno fere 1450. asseverat fragmenta ejus operis ad se pervenisse.

[g] *Periculosum servitus fecisset*] Quod Nerone principe suspecta erant præclara ingenia, non ausus est tum Plinius vel suorum temporum historiam publicare, aut vitas consignare virorum præstantium, aliudve ejusmodi, quod libero erectoque ingenio dignum foret; sed ad Grammaticum opus se demisit, explicuitque libris octo ea, de quibus inter homines etiam doctissimos quæri soleret, hocne an illo modo loqui aut scribere oporteret. Simile est illud Phædri in Procemio lib. III. 'Servitus obnoxia, Quia quæ volebat, non audebat dicere,' &c.

[h] *A fine Aufidii*] Ab iis temporibus orsus historiam, in quibus Aufidius Bassus desierat. His libris Vespasianorum res gestas complexus, ipso

turæ[4] historiarum[i] triginta septem,[5] opus diffusum, eruditum, nec minus varium, quam ipsa natura. Miraris, quod tot volumina, multaque in iis tam scrupulosa, homo occupatus absolverit? Magis miraberis, si scieris illum aliquamdiu causas actitasse, decessisse anno sexto et quinquagesimo:[6 k] medium tempus distentum[7] impeditumque qua officiis maximis qua amicitia principum egisse. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia. Lucubrare[l] a Vulcanalibus[8] incipiebat, non auspicandi

---

Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Hardnin. 1. 2. 3. et Franz.—4 *Naturalium* var. lect. ap. Gronov.—5 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. *XXXVII.* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Hardnin. 1. 2. 3. et Franz.—6 Ita Elz. Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. *VI. et L.* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Gronov. Hardnin. 1. 2. 3. et Franz.—7 Gronov. *districtum.*—8 '*A. d. VI. Kal. Sept.* uti habent omnes Fasti vett. non autem *X.* ut notarum ignorantia perperam

NOTÆ

ita prodente, in Præfatione ad Titum: 'Nos quidem omnes, patrem, te, fratremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi.' Etiam et Neronis, supremis imperii annis. Libro II. cap. 85. 'Non minus mirum ostentum et nostra cognovit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus ejus exposuimus.' Et cap. 106. 'Annes retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus ejus retulimus.'

[i] *Naturæ historiarum*] Illud ipsum quod habemus præ manibus. Ejus Epitome a Rainaldo quodam scripta extare Oxonii dicitur, in Bibliotheca Collegii Balliolensis, ita referente Vossio de Hist. Lat. I. 29.

[k] *Decessisse anno sexto, &c.*] Post annum, quam libros publicavit Historiæ Naturalis: quod factum a se anno post Urbem conditam 830. plurimis locis ipse testatur, ut in decursu operis indicaturi sumus. Incidit igitur natalis ejus in annum ab Urbe condita 724. Tiberio imperante, post Christum natum vicesimo tertio: obitus in annum Titi primum, Urbis 831. Errat Serenus Samonicus apud Macrobium Saturn. II. 12. qui usque ad Trajani principis tempora vixisse eum asseverat.

[l] *Lucubrare*] Cum hyeme, verbis Mureti utor Var. L. XVIII. 13. propter longitudinem noctium, homines studiis dediti, et vesperi lucubrare et mane, multo ante auroram radiorum ardentum indicem, librum cum lumine poscere soleant; æstate tamen non multi reperiuntur, qui non illas breves et contractas noctes integras dormiant. Idem veteres videlicet factitabant: neque antelucanam lucubrationem fere incipiebant nisi sub finem autumni. Juvenalis: 'At nunc Post finem autumni media de nocte supinum Clamosus juvenem pater excitat: Accipe ceras, Scribe, puer.' Erat quidem in consuetudine positum, ut de mense Augusto Vul-

causa, sed studendi, statim a nocte multa: hyeme vero ab hora septima, vel cum tardissime, octava, sæpe sexta. Erat sane somni [m] paratissimi,[9] nonnunquam etiam inter ipsa studia instantis, et deserentis. Ante lucem ibat ad Vespasianum Imperatorem: nam ille quoque noctibus utebatur: inde ad delegatum sibi officium. Reversus domum, quod reliquum temporis, studiis reddebat. Post cibum sæpe, quem interdiu levem et facilem veterum more sumebat, æstate, si quid otii, jacebat in sole: liber legebatur, annotabat, excerpebatque. Nihil enim unquam legit, quod non excerperet. Dicere etiam solebat, nullum esse librum tam malum, ut [10] non aliqua ex parte prodesset. Post solem plerumque frigida lavabatur. Deinde gustabat, dormiebatque minimum. Mox, quasi alio die, studebat in cœnæ tempus. Super hanc liber legebatur, annotabatur, et quidem cursim. Memini quendam ex amicis, cum lector quædam pronuntiasset perperam, revocasse, et repeti coëgisse: huic avunculum meum dixisse, Intellexeras nempe? cum ille annuisset, Cur ergo revocabas? decem am-

putat Catanæus.' *Gronov.*—9 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. *parcissimi* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et Franz.—10 Var. lect. ap. Gronov. *qui*.—11 Basil. Lugd.

NOTÆ

canalibus lucubrare inciperent: sed id tantum *ἀφοσιώσεως χάριν* plerique faciebant: eodem plane modo, quo Kalendis Januariis suas quisque artes modice attingebant, auspicandi causa. Ovidius: 'Quisque suas artes ob idem delibat agendo: Nec plus quam solitum testificatur opus.' Columella, XI. 2. 'Per hos quoque dies (ineuntis Januarii) abstinent terrenis operibus religiosiores agricolæ: ita tamen ut ipsis Kalendis Januariis auspicandi causa omne genus operis instaurent, ceterum differant terrenam molitionem usque in proximas Idus.' Ita Plinius Junior illum parcissimum temporis dispensatorem, avidissimum librorum helluonem, avunculum suum laudans, 'Lucubrare,' inquit, 'a Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi.' Negat eum ita fecisse, ut ceteri solebant, qui tunc dicis tantum causa incipiebant lucubrare: ac deinde id differebant ad finem autumni, cum 'Jam Phœbus breviore via contraxerat ortum Lucis, et obscuri crescebant tempora somni.' At illum vere ac serio a Vulcanalibus incipere solitum asseverat.

[m] *Erat sane somni*] Plinius ipse ad Titum: 'Cum somno valetudinem computamus.'

plius versus hac tua interpellatione perdimus. Tanta erat parsimonia temporis. Surgebat æstate [n] a cœna luce, hyeme inter primam noctis, sed tanquam aliqua lege cogente. Hæc inter medios labores urbisque fremitum. In secessu solum balinei tempus studiis eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus loquor.[o] Nam dum distringitur, tergiturque, audiebat aliquid aut dictabat. In itinere, quasi solutus ceteris curis, huic uni vacabat. Ad latus notarius cum libro et pugillaribus, cujus manus hyeme manicis muniebantur, ut ne cœli quidem asperitas ullum studiis tempus eriperet. Qua ex causa Romæ quoque sella vehebatur. Repeto me correptum ab eo, cum ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere. Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impertiretur.[11] Hac intentione tot ista volumina peregit, electorumque [12] commentarios [p] centum sexaginta [13] mihi reliquit, opisthographos [14 q] quidem, et minutissime scriptos: qua ratione multiplicatur hic numerus. Referebat ipse, potuisse se, cum procuraret [r] in Hispania, vendere hos commentarios Lartio [15] Licinio [s] cccc. millibus nummum,[t] et tunc aliquanto pauciores erant. Nonne videtur tibi recordanti quantum legerit, quantum scripserit, nec in officiis ullis, nec in ami-

---

Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Harduin. 1. 2. *impartiretur.*—12 *Electa* var. lect. ap. Gronov.—13 Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Franz. *commentarios CLX.*—14 Brotier *opistographos.*—15 *Largio* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Laërtio* alii

NOTÆ

[n] *Surgebat æstate*] Æstivis diebus finem cœnæ faciebat adhuc lucente die: hybernis, intra primam noctis horam, cœnam absolverat.

[o] *De interioribus loquor*] De locis balinei secretioribus.

[p] *Electorumque commentarios*] Hoc est, ex variis auctoribus, quæ Græcis ἐκλογαὶ, *collectiones*, appellantur.

[q] *Opisthographos*] Ὀπισθογράφους, a tergo scriptos, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν καὶ γράφω. De hac voce multa erudite congessit in Lexico Robertus Constantinus, quem consule.

[r] *Cum procuraret*] Cum esset Cæsaris in Hispania procurator. Fuisse et in Africa, haud dubie cum simili præfectura, aut militari imperio, ipse prodit, XVII. 3.

[s] *Lartio Licinio*] Dicemus de eo XIX. 11.

[t] *CCCC. millibus nummum*] Sive sestertiorum. Æstimatione Gallicæ monetæ, libræ sunt, ut aiunt, sive floreni 40000.

citia principum [16] fuisse? Rursus cum audis quid studiis laboris impenderit, nec scripsisse satis, nec legisse? Quid est enim, quod non aut illæ occupationes impedire, aut hæc instantia non possit efficere? Itaque soleo ridere, cum me quidam studiosum vocant, qui, si comparer illi, sum desidiosissimus. Ego autem tantum, quem [17] partim publica, partim amicorum officia destringunt? [18] Quis ex istis qui tota vita literis assident, collatus illi, non quasi somno et inertiæ deditus erubescat? Extendi epistolam, quamvis [19] hoc solum, quod requirebas, scribere destinassem, quos scilicet libros reliquisset. Confido tamen hæc quoque tibi non minus grata, quam ipsos libros, futura, quæ te non tantum ad legendos eos, verum etiam ad simile aliquid elaborandum, possunt æmulationis stimulis excitare. Vale.

ap. Gronov.—16 Var. lect. ap. Gronov. *principis*.—17 Var. lect. ap. edd. *quantum*.—18 Ita Brotier et edd. recentt. Plinii Junioris. Ceteri, *distringunt*. ' Non abundant; tantum vaco.' *Gronov*.—19 Var. lect. ap. Gronov. *quam*.

Lib. vi. Epist. 16.

C. Plinius Tacito Suo S.

Petis ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Gratias ago. Nam video morti ejus, si celebretur a te, immortalem gloriam esse propositam. Quamvis enim pulcherrimarum clade terrarum, ut populi, ut urbes, memorabili casu, quasi semper victurus occiderit, quamvis ipse plurima scripserit, plura tamen perpetuitati ejus scriptorum tuorum æternitas addet. Equidem beatos puto, quibus Deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda: beatissimos vero, quibus utrumque. Horum in numero avunculus meus et suis libris et tuis erit. Quo libentius suscipio, deposco etiam, quod injungis. Erat Miseni, classemque imperio præsens regebat:

Nonum Kalend. Septembres,[1] [a] hora fere septima, mater mea indicat ei apparere nubem inusitata et magnitudine, et specie. Surgit ille, ut e Sole [2] solebat, frigida gustata: jacens enim studebat. Poposcit soleas,[3] ascendit locum, ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes incertum procul intuentibus ex quo monte (Vesuvium [4] fuisse postea cognitum est) oriebatur: cujus similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus expresserit. Nam longissimo velut trunco effiata in altum, quibusdam ramis diffundebatur. Credo, quia recenti spiritu evecta, dein senescente eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem [5] vanescebat, candida interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum id, propiusque noscendum, ut eruditissimo viro visum est. Jubet liburnicam aptari: mihi, si venire una vellem, facit copiam. Respondi studere me malle: et forte ipse, quod scriberem dederat. Egrediebatur domo: accepit codicillos. Retinæ classiarii,[b] imminente periculo exterriti,[6] (nam villa ea [7] subjacebat: nec ulla, nisi navibus, fuga:) ut se tanto discrimini eriperet, orabant.[8] Vertit ille consilium, et quod studioso animo inchoaverat, obit maximo. Deduxit quadriremes, ascendit ipse, non Retinæ modo, sed multis (erat enim frequens amœnitas oræ) laturus auxilium: properat illuc, unde alii territi fugiunt, rectumque cursum, rectaque gubernacula in periculum tenet: adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras ut deprehenderat oculis,

1 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. *Kal. Novemb.* Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et Franz. —2 Var. lect. ap. Gronov. *e Sole ut.*—3 *Poscit soleas* var. lect. ap. eundem.—4 Nonnulli codd. *Vesenum*, alii, *Vesubium.*—5 Var. lect. ap. Gronov. *in altitudinem.*—6 *Retinere amici, imminenti periculo exterrere* in quibusdam vett.—7 In aliis vett. *nam villa ejus.* Hæc verba non sunt uncinis inclusa in edd. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—8 Edd. vett. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *orabat;* Edd. antiquiss. et re-

NOTÆ

[a] *Nonum Kalend. Septembres* [*Kal. Novemb.*] Codicum hic mira inconstantia, Palermo teste, lib. I. cap. 1. aliis, *VIII. Kal. Septemb.* aliis, *III. Non. Novemb.* præferentibus.

[b] *Retinæ classiarii*] Retina villæ nomen est. Classiarii, milites comparati ad tutandam classem. Usus hac voce Tacitus: Pliniusque Senior VII. 53. 'Bello Siculo Gabienus, Cæsaris classiarius,' &c.

dictaret, enotaretque. Jam navibus cinis inciderat, quo propius accederet,[9] calidior et densior: jam pumices etiam, nigrique et ambusti et fracti igne lapides: jam vadum subitum, ruinaque montis littora obstantia. Cunctatus[10] paulum, an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti, Fortes, inquit, fortuna juvat: Pomponianum pete.[c] Stabiis erat, diremtus[11] sinu medio. Nam sensim circumactis curvatisque littoribus mare infunditur. Ibi quanquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, et cum cresceret, proximo, sarcinas contulerat in naves, certus fugæ, si contrarius ventus resedisset, quo[12] tunc avunculus meus secundissimo invectus complectitur trepidantem, consolatur, hortatur; utque timorem ejus sua securitate leniret, deferri se in balineum jubet: lotus accubat,[13] cœnat, atque hilaris, aut, quod æque magnum est,[14] similis hilari. Interim a Vesuvio monte pluribus locis latissimæ flammæ atque incendia[15] relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur.[16] Ille agrestium trepidatione ignes relictos, desertasque[17] villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis dictitabat. Tum se quieti dedit, et quievit verissimo quidem somno: nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior et sonantior erat, ab iis, qui limini obversabantur,[18] audiebatur. Sed area, ex qua diæta adibatur, ita jam cinere mis-

---

centt. post Harduin. *orabant*.—9 Brotier, *accederent*.—10 *Cunctantique* var. lect. ap. Gronov.—11 *Juxta hic erat perveneratque* quidam vett. *Juxta hic erat diremptus* alii, *Stabiis erat, perveneratque* Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Stabiis erat, diremtus* Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Franz. et Plinii Junioris edd. recentt.—12 Edd. vett. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Harduin. interpungunt: *resedisset. Quo, &c.*—13 Var. lect. ap. Gronov. *lotus discumbit*.—14 Var. lect. ap. eundem: *quod est æque magnum*.—15 Bipont. et quædam edd. recentt. Plinii Junioris: *altaque incendia*.—16 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. *tenebras noctis excipiebat* edd. vett. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et Franz. *tenebras noctis pellebat* al. ap. Gronov.—17 Ita Brotier, et Plinii Junioris optima exemplaria; *igni relictas desertasque* edd. vett. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz.—18 Ita Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Bipont. et Brotier. *observabant* Harduin. 1. 2. 3. et Franz.

NOTÆ

[c] *Pomponianum pete*] Plinio ex intimis familiaribus, qui tum Stabiis morabatur. De Stabiis, III. 9.

tisque [19] pumicibus oppleta surrexerat, ut si longior in cubiculo [20] mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, ceterisque qui pervigilarant, reddit. In commune consultant, intra tectane subsistant, an in aperto vagentur: nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, et quasi emota sedibus suis, nunc huc, nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rursus quanquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur: [21] quod tamen malorum [22] collatio elegit. Et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit. Cervicalia capitibus imposita linteis constringunt. Id munimentum adversus incidentia [23] fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus nigrior densiorque: quam tamen faces multæ variaque lumina solvebant. Placuit egredi in littus, et ex proximo aspicere ecquid jam [24] mare admitteret, quod adhuc vastum et adversum permanebat. Ibi super abjectum linteum recubans sedit, atque iterum frigidam poposcit, hausitque. Deinde flammæ, flammarumque prænuntius odor sulfuris, alios in fugam vertunt: excitant illum, qui innixus [25] servis duobus assurrexit, et statim concidit, ut ego conjecto, [26] crassiore caligine spiritu obstructo, clausoque stomacho, qui illi natura invalidus, et angustus, et frequenter interæstuans [27] erat. Ubi dies redditus, (is, ab eo, quem novissime viderat, tertius,) corpus inventum integrum, illæsum, opertumque ut fuerat indutus. Habitus corporis quiescenti, quam defuncto, similior. Interim Miseni ego et mater. Sed nihil ad historiam. Nec tu aliud, quam de exitu ejus, scire voluisti: finem ergo faciam. Unum adjiciam, omnia me, quibus interfueram, quæque statim, cum maxime vera

---

—20 Alii *missisque*; al. *mixtisque*. Brotier, *ut si longior cubiculo*, omissa præpositione.—21 Alii, *metuebant*.—22 Alii *periculorum*; et sic Bipont. et Plinii Junioris edd. recentt.—23 Harduin. 2. 3. et Franz. *adversus incendia*; Bipont. et quædam edd. recentt. Plinii Junioris: *adversus decidentia*; Edd. vett. Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. et Brotier. *adversus incidentia*.—24 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. recentt. In ceteris: *quid jam*.—25 In quibusdam vett. *innitens*. Bipont. et quædam Plinii Junioris edd. *illum*. *Innixus*, &c.—26 Var. lect. ap. Gronov. *ut ego conjecto*.—27 Ita Bipont. Brotier, et Plinii Junioris edd. quædam recentt. *intus æstuans* edd. vett. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et Franz.

memorantur, audieram, persecutum. Tu potissima excerpes. Aliud est enim epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere. Vale.

Caii Plinii Vita,

Incerto Auctore.

Caius Pliuius Secundus Veronensis, natus sub Tiberio, patre Celere, matre Marcella, omnibus liberalibus disciplinis operam dedit: unus omnium mirifice studiosissimus. Nam perire omne tempus arbitrabatur, quod studiis non impartiretur. Opera complura edidit, in quibus multa scrupulosa absolvit: et nihilominus causas aliquando actitavit. Augur fuit: officia publica administravit; etiam Procurator in Hispania. Floruit maxime sub Impp. Vespasianis, Tito non mediocriter carus, cui libros Naturalis Historiæ dicavit; opus diffusum, eruditum, varium, stylo duriusculum. Fuit opinioni Epicureæ nonnunquam astipulator: ubique tamen vitiorum acerrimus insectator. Periit sub Tito, anno ætatis sexto et quinquagesimo, Kal. Novembr. cum Miseni classem imperio regeret, spiritu obstructo, clausoque stomacho, (invalidus enim illi, et angustus erat,) ex caligine nubis ortæ e Vesuvio monte, ad quam noscendam propius accesserat.

Caii Plinii Vita,

Ex Suetonii, ut vulgo creditur, libro De Viris Illustribus.

Plinius Secundus Novocomensis,[a] equestribus militiis industrie functus, procurationes quoque splendidissimas, atque continuas, summa integritate administravit: et tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, ut non temere quis plura in otio scripserit. Itaque bella omnia, quæ unquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus

[a] In veris codicibus vox ea *Novocomensis* abest, et abesse utique debet.

comprehendit. Item Naturalis Historiæ triginta septem libros absolvit. Periit clade Campaniæ. Nam cum Misenensi classi præesset, et flagrante Vesevo, ad explorandas propius causas, liburnicas prætendisset, neque, adversantibus ventis, remeare posset; vi pulveris ac favillæ oppressus est: vel, ut quidam existimant, a servo suo occisus, quem, deficiens æstu, ut necem sibi maturaret, oraverat.[b]

A. Gellius, Noctium Atticarum lib. III. cap. 16.

Visum est non prætereundum, quod in Plinii Secundi libro septimo Naturalis Historiæ legimus. Id autem quia extra fidem esse videri potest, verba ipsius Plinii posuimus: 'Masurius auctor est,' &c. Nempe e libro septimo, sectione quarta et quinta.

Idem, lib. IX. cap. 4.

Libitum tamen est in loco hoc miraculorum notare id etiam, quod Plinius Secundus, vir in temporibus ætatis suæ, ingenii dignitatisque gratia, auctoritate magna præditus, non audisse, neque legisse, sed scire sese atque vidisse, in libro Naturalis Historiæ septimo scripsit, &c. (Sectione tertia scilicet.)

Idem, lib. IX. cap. 16.

Plinius Secundus existimatus est esse ætatis suæ doctissimus. Is libros reliquit, quos Studiosorum inscripsit, haud medius fidius usquequaque aspernandos. In his libris multa varie ad oblectandas eruditorum hominum aures ponit. Refert etiam plerasque sententias, quas in declamandis controversiis lepide arguteque dictas putat, &c.

[b] Codd. Regg. ap. Brotier insuper addunt: 'Hic in his libris viginti millia rerum digharum *cura* ex lectione voluminum circiter duum millium complexus est. Primus autem liber, qui Index XXXVI. librorum sequentium, consummationem totius operis et species continet titulorum.'

Idem, lib. x. cap. 12.

Librum esse Democriti nobilissimi Philosophorum de vi et natura chamæleonis, eumque se legisse, Plinius Secundus in Naturalis Historiæ vicesimo octavo refert, &c.

Et post pauca:

His portentis atque præstigiis a Plinio Secundo scriptis non dignum esse cognomen Democriti puto, &c.

Idem, lib. xvii. cap. 15.

Sed helleborum sumi posse tutissime in insula Anticyra, Plinius Secundus, in libris Naturalis Historiæ scripsit, &c. (Lib. xxv. sect. 21. et 25.)

Augustinus, de Civitate Dei, lib. xv. cap. 9.

Plinius Secundus, doctissimus homo, quanto magis magisque præterit sæculi excursus, minora corpora naturam ferre testatur. (Libro septimo, sectione decimasexta.)

Beda de Ratione Temporum, cap. 28.

Plinius Secundus, idem Orator et Philosophus, in libro secundo Naturalis Historiæ: 'Sol autem,' inquit, 'ipse quatuor differentias habet,' &c.

Petrus Quiqueranus, Episcopus Senecensis, libro primo de laudibus Provinciæ.

C. Solinus laborum suorum jactura, otioque suo jam olim abusus, nobis aliisque, quibus C. Plinii copia est, importunus illudit. Nec id unum, cum Plinium quoque, per quem totus profecit, ne nominis quidem mentione dignetur, &c.

Et mox paucis interjectis:

Hic deprehendere est quorundam medicorum procacitatem, qui tabifico livore pertacti, C. Pliniique majestatem sugillare aggressi, (libet enim viri manibus de mortalium republica bene meriti paucula hæc verba dare,) Dioscoridis auctoritatem, velut Pythagorici suum αὐτὸς ἔφη, unde obtendunt: ut interim non ignotum docto

æstimatori sit, unum ex eorum numero præstantissimum Leonicenum, arguente Nemesi Dea, sub finem libri sui testatum, lites illas suas furore animi (quod facile fidem facit) se suscitasse. Nam nisi C. Plinium lippitudine laborasse, ut pleraque alia, mentiantur, vel cæco fit manifestum, illum non paulo tranquillius, atque exin diligentius stirpium lineamenta despexisse, moxque fidelius nomina prodidisse, adjuvante in ea opera Antonio Castore, viro in eo prudentiæ genere summo, quam Anazarbeum istum vagum, turbidum, merentem hinc inde stipendia, &c.

Iterumque post pauca:

Nec desunt qui Grammaticum vocitent, rhetorem alii, hi historicum: omnia non citra imperitiam, multo livore, majore impudentia, et, quod mirere, cuncta vere. Nam et in Grammatica lex ipsa, oratione inimitabilis: in omnifaria historia rude donatus. De Mathematicis vero judicium an quisquam ei viro denegabit, tam multa arduaque tam brevibus comprehendenti?...Jam quivis modo non medicellus non abstulerit stirpium cognitionem accuratam, quarum figuram tanto otio, tam rara tranquillitate, tanto sub judice rimari licuerit? Magna hic medicinæ fundamenta. Ceterum quæ ad ejusdem perfectiorem curam faciunt, si non intolerabili ægrotantium pædore usque perferendo addidicit, at e probatioribus, certioribusque medicorum veterum monumentis excerpsit, additis insuper, si quæ postea probata sciret experimentis, ne non etiam candore commendetur. De metallica hic Romanorum solus. De agricultura nescio quid mirere magis, adeo in tanta brevitate nihil omissum. Porro in Cosmographia, animalibus, rerum miraculis, ut nihil ornatius, luculentius, beatius, ita et venia dignissima sunt, si quæ ex hujusce ætatis navigationum certissima fide secus in iis prodita deprehendantur. Qua in re mihi sane fidem ejurare certum est: nam cur credulitatem meam obstrinxerim, cum suam ille tradendo non obstringat? cum fidem in auctores releget? famæque velut famam suam impingat? In summa, ea est viri auctoritas, ut a doctioribus concuti potuerit, convelli nusquam: ea majestas, ut quam decentissimum foret, non citra acerbis-

sima flagra ab hujusmodi nebulonum genere subpungi: ea denique in omni doctrinarum cumulo eminentia, ut multo minore cum risu hunc audias artes omnes a Minerva edoctum, quam Ciceronem. Quare impudenter omnino tentata C. Plinii amplitudo ab eo hominum grege, qui nec viventis splendorem probe tulissent oculis, &c.

Tertullianus, et alii.

Tertullianus præterea multa transcripsit a Plinio, dissimulato ejus nomine, ut in operis decursu suis locis indicaturi sumus.

Hieronymus in Jeremiam Plinium laudat, cum Theophrasto et Aristotele, quod memoriæ ii prodiderint, 'hanc perdicis esse naturam, ut ova alterius perdicis, id est, aliena furetur, et eis incubet, foveatque: cumque fœtus adoleverit, avolare ab eo et alienum parentem relinquere.' Sed memoria lapsum esse necesse est: cum apud veteres omnes rerum Naturalium scriptores nihil tale occurrat, et esse id falsissimum multis constet argumentis: de quibus Bochartum consule, parte 2. lib. 1. de animal. c. 12. p. 85. et seq.

Similis et Servii error in Notis ad librum primum Georgicorum Maronis: 'Plinius,' inquit, 'in Naturali Historia dicit corvos obliviosos esse, et plerumque minime ad nidos suos reverti,' &c. Fallit autem Servius, aut fallitur: cum neque apud Plinium, neque apud ullum, qui Servium ætate præcesserit, dignum fide scriptorem, simile quicquam legatur.

Versum pariter Maronis explicans idem, e libro Æneidos tertio: 'Et juncti currum dominæ subiere leones:' fabulam de Hippomene et Atalanta recitat, quæ omnibus nota est: subjicitque ista deinde: 'Unde irata Dea (Deum Mater) in leones eos convertit, et suo currui subjugavit, et præcepit ne secum unquam leones coirent. Nam et Plinius in Naturali Historia dicit leonem cum parda, et pardum cum leæna concumbere.' Quibus verbis non solum rem falsissimam pro vera affert, sed etiam a Plinio proditam mentitur.

Alcuinus Epist. v. ad David Regem, hoc est ad Carolum Magnum.

Quid acutius, quam quod naturalium rerum devotissimus inventor Plinius Secundus de cœlestium siderum ratione exposuit, investigari valet?

Cornelius Aurelius Goudanus, Erasmi præceptor.

Is præterea Plinius est, quem qui non legit, censetur indoctus; qui lectum fastidit, indoctior; cui denique non sapit, indoctissimus. Nec omnino in tanta literarum jactura naufragamur, quamdiu nobis superstes est Plinius.

Justus Lipsius.

Plinii libros qui Pandectas appellarit, me judice, haud erraverit. Omnia ille vir legit, vidit, scivit; et in unum volumen Græciam et Latium conclusit.

Petrus Joannes Mariette, Traité des Pierres gravées, Tome I. p. 195.

Quand on examine avec attention ce que Pline a dit sur la manière de graver sur les pierres précieuses, on demeure pleinement convaincu que les anciens n'ont point connu d'autre méthode que celle qui se pratique aujourd'hui. Ils ont du se servir comme nous du Touret, et de ces ontils d'acier ou de cuivre, qu'on nomme Scies ou Bouterolles; et dans l'occasion ils ont pareillement employé la pointe du diamant. Le témoignage de Pline XXXVII. 4. est formel. Je ne vois dans ses expressions rien d'équivoque. Voici comme s'explique sur cette matière cet Auteur, dont on admire l'exactitude et le profond sçavoir, a mesure que l'on fait des progrès dans l'intelligence de ses ecrits.

Cl. de Buffon,
Discours premier de l'Histoire Naturelle.

Pline a travaillé sur un plan bien plus grand, (que celui

d'Aristote,) et peut-être trop vaste, il a voulu tout embrasser, et il semble avoir mesuré la Nature et l'avoir trouvée trop petite encore pour l'étendue de son esprit : son Histoire Naturelle comprend, independamment de l'Histoire des animaux, des plantes, et des minéraux, l'Histoire du ciel et de la terre, la médecine, le commerce, la navigation, l'histoire des arts libéraux et mécaniques, l'origine des usages, enfin toutes les sciences naturelles et touts les arts humains : et ce qu'il y a d'etonnant, c'est que dans chaque partie Pline est également grand, l'elévation des idées, la noblesse du style relèvent encore sa profonde érudition ; non seulement il savoit tout ce qu'on pouvoit savoir de son tems, mais il avoit cette facilité de penser en grand qui multiplie la science ; il avoit cette finesse de réflexion, de laquelle dépend l'elégance et le goût, et il communique a ses lecteurs une certaine liberté d'esprit, une hardiesse de penser qui est le germe de la Philosophie. Son ouvrage, tout aussi varié que la Nature, la peint toujours en beau ; c'est, si l'on veut, une compilation de tout ce qui avoit été écrit avant lui, une copie de tout ce qui avoit été fait d'excellent et d'utile à savoir ; mais cette copie a de si grands traits, cette compilation contient des choses rassamblées d'une maniere si neuve, qu'elle est préférable a la plûpart des ouvrages originaux qui traitent des mêmes matieres.

INDEX

AUCTORUM PRÆCIPUORUM,

QUI IN PLINIANIS NOTIS CITANTUR, ILLUSTRANTUR, EMENDANTUR.

Achilles Tatius. Vide Tatius.

Adimari (Raph.). Sito Riminese. Brixiæ 1616. 4.

Ælianus. De Historia Animalium, libri XVII. Græce et Lat. Gyllio interprete. Genevæ. 1606. in 16.

Ælianus. Variæ Historiæ libri XIV. Vulteio interprete, Genevæ 1602. in 16.

Æneas Sylvius. Opera. Basileæ, 1571. folio.

Æthicus. Cosmographia. Basileæ, 1575. 16.

Aëtius. Libri XVI. Latine, Venetiis 1534. et Græce, ex Ms. codice Collegii Parisiensis, folio.

Agathemerus. Compendiariæ Geographiæ libri duo, Græce et Lat. Amstelod. 1671. 8.

Agathias. Parisiis, Typ. Reg. 1660. fol.

Agricola (Georg.). De Mensuris et ponderibus. Basileæ, 1550. folio.

——— De Natura Fossilium. Basileæ, 1546. folio.

——— De Re Metallica. Basileæ, 1621. folio.

——— De Peste, libri tres. Basileæ, 1554. 8.

Albertus Magnus. De Animalibus, libri XXVI. Lugduni, 1651. folio.

——— De Mineralibus, Lugduni, 1651. fol.

Alciatus (Andr.). Parergon Juris libri XII. Tomo VI. ejus operum. Lugduni, 1560. fol.

Aldrovandus (Ulyss.). Ornithologia. Bononiæ, 1599. fol. voll. 3.

——— De Piscibus. Bononiæ, 1613. fol. voll. 2.

——— De Quadrupedibus. Bononiæ, 1616. fol. voll. 3.

——— De Insectis. Bononiæ, 1638. fol.

——— De Serpentibus. Bononiæ, 1640. fol.

——— Monstrorum Historia. Bononiæ, 1642. fol.

——— De Metallis. Bononiæ, 1648. fol.

Alexander Iatros. Practica. Venetiis, 1522. fol.

Allatius (Leo). Animadversiones in Antiquitatum Etruscarum Fragmenta. Parisiis, 1640. 4.

Alpinus (Prosp.). De Plantis Exoticis, libri duo. Venetiis, 1627. 4.

——— De Plantis Ægypti. Patavii, 1640. 4.

Ammianus Marcellinus. Parisiis, 1636. 4.

Amphitheatrum Sapientiæ Socraticæ. Hanoviæ, 1611. fol.

Anatomici Parisienses. Vide Mémoires pour servir à l'Histoire Naturelle des Animaux.

Anastasius. De Vitis Pontificum. Moguntiæ, 1602. 4.

Andrez (Joan. Fran.). De Patria S. Laurentii. Cæsaraugustæ, 1638. 4.
Anguillara (Aloys.). Semplici. Venetiis, 1561. 8. cum notis marginalibus Matthiæ de Lobel.
Anonymus. De Incredibilibus, cum Palæphato editus. Cantabrigiæ, 1671.
Anthologia Græca. Florentiæ, 1584. 4.
Antigonus Carystius. Collectanea Histor. Mirabil. Græce et Latin. Lugduni Batav. 1619. 4.
Antoninus. Itinerarium, cum Comment. Hieronymi Suritæ. Coloniæ, 1600. 8.
Antoninus Liberalis. Metamorphoseon liber. Amstelod. 1676. in 24.
Antonius Musa. Vide Musa.
Apicius Cælius. De Arte Coquinaria. Tiguri, 1542. 4.
Apollodorus. Bibliotheca, sive de Diis, libri tres, ex recensione Tanaq. Fabri. Salmurii, 1661. 8.
Apollonius. Historiæ Commentitiæ liber, Græce et Lat. Lugd. Batav. 1619. 4.
Apollonius Rhodius. Argonauticωn libri IV. cum Scholiaste Græco. Lugd. Batav. 1641. 8.
Appianus Alexand. Historiæ. Henr. Steph. 1592. folio.
Apuleius. De Medicaminibus Herbarum, cum Comment. Gabr. Humelbergii, in 4. et ex Mss. Vossii.
Apuleius Madaur. Opera. Lugduni, 1614. 8. voll. 2.
Aratus. Phænomena, cum Theonis Scholiis: et Eratosthenis Καταστερισμοὶ Græce. Oxonii, 1672. 8.
Aristophanes. Comœdiæ, cum scholiaste Græco. Aurel. Allobrog. 1607. fol.
Aristoteles. De Historia Animalium, cum Comment. Julii Cæs. Scaligeri. Tolosæ, 1619. fol.
——— De Partibus Animalium, Meteorologica, &c. Parisiis, 1619. fol. vol. 2.
Arnobius. Adversus Gentes. Lugduni Batav. 1651. 4.
Arrianus. De Expeditione Alexandri, et ejusdem Indica. Amstel. 1668. 8.
Asconius (Q.) Pedianus. In Orationes Ciceronis. Paris. 1520. fol.
Athenæus. Libri XV. Dipnosoph. Græce et Lat. Dalecampio interprete. Commelin. 1597. fol.
Athenagoras. Parisiis, 1618. folio.
Auctores Latinæ Linguæ. Genevæ, 1603. 4.
Augustinus. De Civitate Dei, cum Comment. Coquæi. Parisiis, 1613. fol.
Augustinus (Anton.). Antiquitatum Romanarum Hispanarumque in nummis veterum, Dialogi XI. Antuerpiæ, 1653. fol. Et Italice, Romæ, 1592. fol.
——— Emendationum libri IV. Lugduni, 1544. 8.
Avicenna. Opera. Venetiis, 1564. fol.
Avienus. Vide Rufus.
Aurelianus (Cæl.). Chronicon libri V. Venetiis, Ald. 1547. fol.
Aurelius (Sex.) Victor. Historiæ Romanæ Breviarium. Antverp. 1579. 8.
——— De Viris illustribus. Ibidem.
Ausonius. Amstelod. 1629. 24.

Baccius (Andr.). De Naturali Vinorum Historia, et de Vinis Italiæ, libri VII. Romæ, 1596. folio.
Baldus Angelus Abbatius. De Viperæ Natura. Norimbergæ, 1603. 4.
Baluzius (Steph.). Miscellaneorum tomus IV. Parisiis, 1683. 8.
Bartholinus (Thom.). De Cycni Anatome, ejusque cantu. Hagestedii, 1668. 8.
——— Anatomia Reformata. Hagæ Comitis, 1655. 8.
Basilius, Græce et Latine, ex recognitione Frontonis Ducæi, Soc. Jesu, typis Morelli, Paris. 1618. Et Latine, ex recensione Andreæ Schotti, ejusdem Societ. Antverp. 1616. fol.

Becanus (Joan. Gor.). Opera Varia. Antverp. 1580. fol.
Beda. Coloniæ, 1612. fol.
Bellonius (Petr.). Opuscula varia. Paris. 1533. 4.
——— De Avibus, libri VII. Gallice. Paris. fol.
——— Observationum libri tres, editi cum Clusio.
Bellorius (Petr.). Fragmenta Vestigii Veteris Romæ. Romæ, 1673. fol.
Bellus, (Joan. Bapt.) Soc. Jesu. De Partibus Templi Auguralis. Tolosæ, 1637. 8.
Benjaminis Itinerarium. Lugd. Batav. 1633. in 12.
Bisciola, (Læl.) Soc. Jesu. Horarum Subcesivarum libri. Ingolstadii, 1611. fol. voll. 2.
Bochartus (Samuel). Geographia sacra. Cadomi, 1651. fol.
——— De Animalibus Sacræ Scripturæ. Londini, 1663. voll. 2.
Boëssius (Dionys.) Salvagn. (le President de Boissieu.) Septem Miracula Delphinatus. Gratianopoli, 1656. 8.
Boëthius (Hector). Historia Scotorum. Parisiis, 1572. folio.
Boissardus (Joan. Jac.). De Divinatione. Openheimii. fol.
Boschini (Marc.). De Archipelago. Venetiis, 1658. 4.
Bouche (Honorat.). La Chorographie, et l'Histoire de Provence. Aquis-Sextiis, 1664. fol.
Bouteroue (Claud.). Recherches Curieuses des Monnoyes de France, &c. Parisiis, 1666. fol.
Brissonius (Barn.). De Formulis Populi Romani, libri VIII. Francofurti, 1592. 4.
——— De Ritu Nuptiarum. Parisiis, 1607. 4.
Brodæus (Joan.). Miscellanearum Lectionum libri VI. Basileæ, 1555. 8.
Budæus (Guill.). De Asse et Partibus ejus. Parisiis, Vascosan. 1541. fol.
——— Annotationes in Pandectas. Parisiis, 1556. fol.
Bulengerus, (Jul. Cæs.) Soc. Jesu. Opuscula. Lugduni, 1621. fol.
Busbequius, (Gislen.) Epistolæ quatuor Legationis Turcicæ. Parisiis, 1595. 8.

Cabeus, (Nicol.) Soc. Jesu. In Meteorologica Aristotelis. Romæ, 1646. fol.
Cæsar (Jul.). De Bello Gallico, &c. Lugd. Batav. 1635. fol.
Cæsius, (Bern.) Soc. Jesu. Mineralogia. Lugduni, 1636. fol.
Cagnatus (Marsil.). Variarum Observationum libri VI. Romæ, 1587. 8.
Callimachus. Hymni, cum Scholiis Græcis. Parisiis, 1577. 4.
Calpurnius. Inter Epigrammata et Poëmatia a Pithœo collecta. Parisiis, 1590. 8.
Cambdenus (Guill.). Britannia. Londini, 1607. fol.
Caneparius (Pet. Maria). De Atramentis. Londini, 1660. 4.
Carus (Roder.). Antiguedades de Sevilla. Hispali, 1634. fol.
Carrio (Lud.). Emendationes et Observationes. Parisiis, 1583. 4.
Casaubonus (Is.). Animadversiones in Athenæum. Lugduni, 1600. folio.
Catel (Guill.). Histoire de Languedoc. Tolosæ, 1633. fol.
Cato, de Re Rustica. Editio Plantin. accurante Joanne Meursio, 1598. 8.
Catullus. Trajecti ad Rhenum, 1659. 8.
Celsus (A. Corn.). de Re Medica libri VIII. Venetiis, Ald. 1547. fol.
Censorinus. De Die Natali. Lugd. Batav. 1642. 8.
Charas (Moys.). Nouvelles Experiences sur la Vipere. Paris. 1669. 8.
——— Pharmacopée Royale. Paris. 1676. 4.
Charisius. Institutiones Grammaticæ, libris V. Hanoviæ, 1605. 4.

Chiffletius (Claud.). De Antiquo Numismate liber. Antverpiæ, 1656. 4.
Chockier (Joan.). De Re Nummaria Prisci Ævi. Leodii, 1619. 8.
Chorier (Nicol.). Histoire de Dauphiné. Gratianopoli, 1661. fol.
Chronicon Novaliciense. Tom. I. Hist. Franc. pag. 228.
Ciacconius (Petr.). Opuscula, de Nummis, &c. Romæ, 1608. 8.
——— De Triclinio. Heidelbergæ, 1590. 8.
Cimarelli (Vinc. Mar.). Historia Gallorum Senonum. Brixiæ, 1642. 4.
Clarke (Guill.). Naturalis Historia Nitri. Francofurti, 1675. 8.
Claudianus. Parisiis, 1677. 4.
Clemens Alexandr. Opera Græce et Lat. Parisiis, 1629. fol.
Clusius (Carol.). Exoticorum libri x. Typis Raphelengii, 1605. fol.
——— Rariorum Plantarum Historia. Antverp. 1601. fol.
Cluverius (Philip.). Italia Antiqua. Lugd. Batav. 1624. fol.
——— Sicilia Antiqua. Ibidem.
——— Germania Antiqua. Ibidem.
Codex Theodosianus, cum Comment. Jac. Gothofredi. Lugduni, 1665. fol. voll. 4.
Collatio Carthagini habita. Commelin. 1595. 8.
Collinutius (Pandulph.). Defensio Plinii adversus Nic. Leonicenum Plinionastigem. Argenterati, 1536. fol.
Columella. De Re Rustica libri XII. Parisiis, Rob. Steph. 1543. 8.
Columna (Fab.). De Purpura. Kiliæ, 1675. 4.
Cordus (Valer.). Historiæ Stirpium, libri IV. Tiguri, 1561. fol.
A Costa (Christoph.). Liber Aromatum, qui liber nonus operum Clusii.
Crescentiis (Petr. de). De Agricultura. Basileæ, 1538. 4.
Curtius (Q.). Parisiis, 1678. 4.
Dalecampius (Jacob.). Historia Generalis Plantarum. Lugduni, 1587. fol. voll. 2. Sed verus Historiæ illius auctor Joannes Molinæus est: qui Dalecampium sæpe eo opere arguit.
Dati (Carlo). Vite de Pittori Antichi. Florentiæ, 1667. 4.
Decretorum Collectio, in Bibl. Juris Canonici, tomo 1. Parisiis, 1661. fol.
Delrio, (Mart.) Soc. Jesu. Disquisitionum Magicarum libri VI. Lugduni, 1606. fol.
Description Anatomique d'un Cameleon, d'un Castor, d'un Ours, d'une Gazelle, &c. Paris. 1669. 4.
Dicæarchus Messenius. Descriptio Græciæ, Græce. Augustæ Vindelic. 1600. 8.
Diocles Carystius. Epistola Latine reddita, per Ant. Mizaldum. Parisiis, 1573. in 12.
Diodorus Siculus. Bibliotheca, Græce et Lat. Hanoviæ, 1604. fol.
Dio Cassius. Romana Historia. Hanoviæ, 1606. fol.
Diogenes Laërtius, de Vitis Philosophorum, Græce et Lat. Londini, 1664. fol.
Diomedes Grammaticus. Hanoviæ, 1605. 4.
Dionysius (Æl.) Halicarn. Antiquitatum Romanarum, Libri XI. et opera reliqua. Francofurti, 1586. fol.
Dionysius Periegetes. Periegesis Græca, cum Commentariis Græcis Eustathii. Henr. Steph. 1577. 4.
Dioscorides, Græce et Latine, ex interpretatione Saraceni. Typis Wecheli, 1598. folio.
Ditmari Chronicon. Inter scriptores rerum Germanicarum, collectos a Reinero Reineccio, tom. I. Francofurti, 1580. fol.
Dodart. Mémoires pour servir à l'histoire des Plantes. Paris. 1686. fol. Typ. Reg.
Dodonæus (Rembert.). Stirpium His-

toriæ Pemptades sex, sive libri xxx. Antverp. 1583. fol.
Donatus, (Alexand.) Soc. Jesu, Roma Vetus ac Recens. Romæ, 1639. 4.
Donatus (Marcell.). Historia Medica Mirabilis. Venetiis, 1588. 4.

Encelius (Christoph.). De Re Metallica, et Gemmis. Francofurti, 1557. 8.
Ennius. Fragmenta, cum notis Pauli Merulæ. Lugd. Batav. 1595. 4.
Epiphanius, Græce et Lat. ex versione Dionys. Petavii, e Soc. Jesu. Parisiis, 1622.
Erasmus. Adagia, cum Henr. Stephani animadversionibus. Parisiis, 1579. folio.
Eratosthenes. Καταστερισμοὶ, cum Arati Phænomenis. Oxonii, 1672. 8.
Erizzo (Sebast.). Discorso sopra le Medaglie de gli Antichi. Venetiis, 1559. 4.
Escolano (Gasp.). Historia Valentina. Valentiæ, 1610. fol. voll. 2.
Eusebius Cæsar. Præparatio Evangelica, Græce et Latin. Parisiis, 1628.
———— Chronicon, cum Animadversionibus Jos. Scaligeri. Lugd. Batav. 1606. fol.
Eustathius in Homerum. Romæ, 1542. fol.
Eutropius. Historiæ Romanæ libri x. cum aliis scriptoribus Historiæ Augustæ. Lugd. Batav. 1632. in 24.
Expositio Totius Mundi, auctore Anonymo Græco, quem vulgavit Jac. Gothofredus. Genevæ, 1628. 4.

Faber (Joan.). Bambergensis, de Nardo et Epithymo, adversus Jos. Scaligerum. Romæ, 1607. 4.
Fabrettus (Raph.). De Aquis et Aquæductibus Veteris Romæ. Romæ, 1680. 4.
Falcandus (Hugo). De Rebus Gestis in Siciliæ Regno. Parisiis, 1550. 4.
Fallopius (Gabr.). Opera. Francofurti, 1600. fol.
Fannius (Rhemn.). Carmen de Ponderibus et Mensuris, cum Celso editum, Lugduni, 1549. 8.
Fazellus (Thom.). De Rebus Siculis, decadea duæ. Panormi, 1558. fol.
Fernelius (Joan.). De Abditis Rerum Causis libri duo. Francofurti, 1576. fol.
Ferrarius (Joan. Bapt.). De Re Vestiaria. Patavii, 1654. 4.
Festus. Inter Auctores Latinæ Linguæ.
Festus Avienus. Vide Rufus.
Firmicus (Jul.). De Errore Profanarum Religionum. Basileæ, 1603. 8.
———— Matheseos, sive Astronomicon libri VIII. Basileæ, 1533. fol.
Flaccus (Valer.). Argonauticon libri. Antverpiæ, 1566. fol.
Florus (L. Ann.). illustratus a Joan. Georg. Grævio. Trajecti Batav. 1680. 8.
Forestus (Petr.) Alcmarianus: Observationes et Curationes Medicæ. Francofurti, 1602. fol.
Formulæ veteres Marculfi, et aliorum. Parisiis, 1666. 4.
Fournier (Georg.). Hydrographie. Paris. 1667. fol.
Fridericus II. Imp. De Arte Venandi cum Avibus. Aug. 1596. 8.
Fromondus (Libert.). Meteorologicorum libri VI. Antverp. 1627. 4.
Frontinus (Sex. Jul.). De Aquæductibus. Amstelod. 1661. 8.
———— Strategematon libri IV. Vesaliæ, 1670. 8. cum Vegetio.
Fuchsius (Leon.). De Historia Stirpium. Basileæ, 1542. fol.
Fulgentius. De Prisco Sermone. Inter Auctores Latinæ Linguæ.
———— Mythologicon libri duo, cum Hygini Fabulis.
Fulvius Ursinus. Ad librum Ciacconii, de Triclinio. Heidelbergæ, 1590. 8.

Galeni et Hippocratis Opera, Græce

et Lat. ex interpretatione Ren. Charterii. Parisiis, 1638. fol. Tomis XIII.

Garcias ab Horto. Aromatum Historia, inter opera Clusii.

Gassendus (Petr.). Epicuri Philosophia, sive in librum x. Laërtii. Lugduni, 1649. fol.

Gellius (A.). Noctium Atticarum libri XX. Lugduni Batav. 1666. 8.

Gemma (Corn.). De Naturæ divinis Characterismis, sive Cosmocriticon libri II. Antverpiæ, 1575. 8.

Geoponica Græce. Basileæ, 1539. 8. Horum auctor videtur esse Vindanius Anatolius, ex Photio in Bibl. cod. CLXIII.

——— Latine, interprete Cornario. Basileæ, 1538. 8.

Gillius (Petr.) Albiensis. Descriptio Elephanti in Bibliopolio Heringiano, 1614. in 12.

Glareànus (Henr.). De Asse et Partibus ejus. Basileæ, 1550. in folio.

Glossaria Cyrilli, Philoxeni, et aliorum. Parisiis, 1674. fol.

Glossarium D. du Cange. Parisiis, 1678. fol. voll. 3.

Goltzius (Hub.). Thesaurus rei Antiquariæ. Antverp. 1618. fol.

——— Julii Cæsaris, Augusti, et Tiberii Numismata, cum Comment. Lud. Nonnii. Antverpiæ, 1644. fol.

——— Græcia et Asia Minor, cum Comment. Lud. Nonnii. Antverpiæ, 1644. fol.

Goropius. Vide Becanus.

Gorræus (Joan.). Definitionum Medicarum libri XXIV. Francofurti, 1578. folio.

Gratius. Cynegeticon, cum notis Vlitii. Lugduni Batav. 1653. in 12.

Grevinus (Jac.). De Venenis libri duo. Antverpiæ, 1571. 4.

Gronovius (Joan. Fred.). De Sestertiis, &c. Amstelod. 1656. 12.

Grotius (Hugo). Florum Sparsio ad Jus Justinianeum. Parisiis, 1642. folio.

——— Explicatio Decalogi. Amstelod. 1640. in 12.

Gruterus (Joan.). Inscriptiones Antiquæ. Commelin. 1603. folio.

Guaguinus. (Rob.) Rerum Gallicarum Annales. Francofurti, 1577. fol.

Gualtherus (Georg.). Siciliæ et Bruttiorum Antiquæ Tabulæ. Messanæ, 1625. 4.

Habdarrahmanus Asintensis Ægyptius. De Proprietatibus ac Virtutibus Medicis Animalium, Plantarum, ac Gemmarum: interprete ex Arabico idomate, Abrah. Ecchellensi. Parisiis, 1647. 8.

Hanno Carthaginiensis. Periplus, cum aliis editus. Basileæ, 1533. 4.

Harpocration. Lexicon Gr. Parisiis, 1614. 4.

Harveus (Guill.). Exercitationes de Generatione Animalium. Londini, 1651. 4.

Heliodorus. Æthiopica. Parisiis, 1619. 8.

Hemeræus (Claud.). Augusta Veromanduorum. Parisiis, 1643. 4.

Heraclides. De Politiis, cum Æliani Varia Historia.

Heraclitus. De Incredibilibus, cum Palæphato. Cantabrigiæ, 1671. 8.

Herodotus. Græce et Latine, ex recognitione Frider. Sylburgii. Francofurti, 1608. in folio.

Hesychius. Lexicon Gr. Lugduni Batav. 1668. 4.

Hippocrates. Opera omnia Græce et Lat. Lugd. Batav. 1665. 8. voll. 2. Vide supra, Galenus.

Historiæ Augustæ scriptores VI. cum notis Salmasii. Parisiis, 1620. fol.

Hofmannus (Gasp.). Variarum Lectionum libri VI. Lipsiæ, 1619. 8.

Holstenius (Lucas). Annotationes Geographicæ. Romæ, 1666. 8.

——— De Sabbathio Flumine Epistola. Inter Leonis Allatii *σύμμικτα*. Coloniæ, 1653. 8.

Homerus, cum scholiis Didymi. Lugduni Batav. 1656. 4.

Horus Apollo, cum Symbolis Ægyptiorum, P. Caussini, Soc. Jesu. Parisiis, 1618. 4.
Hotomani (Franc.). De Re Nummaria. 1585. 8.
Hygenus. De Limitibus Constituendis. Inter Auctores Finium Regundorum. Parisiis, 1614. 4.
Hyginus (Jul.). Fabulæ, et Poëticum Astronomicum. Parisiis, 1578. 8.

Janua (Joan. de). Catholicon, folio.
Joannis Antiocheni Excerpta, edita per Henr. Valesium. Parisiis, 1634. in 4.
Jornandes, de Rebus Geticis. Hamburgi 1611. 4.
Josephus. Opera Græce et Lat. Genevæ, 1611. fol.
Journal des Sçavans. Parisiis ab anno 1666. 4.
Irenæus. Parisiis, 1689. folio.
Isidorus Characenus. Σταθμοὶ Παρθικοί. Augustæ Vindelic. 1600. 8.
Isidorus Hispalensis. Originum libri xx. Coloniæ, 1617. fol.
Julianus Imp. Cæsares, cum notis Spanhemii Gallicis. Parisiis, 1683. 4.
Justinus. Parisiis, 1677. 4.
Juvenalis. Satiræ, cum Scholiis. Parisiis, 1613. 4.

Keplerus (Joan.). Astronomiæ pars Optica. Francofurti, 1604. 4.
——— Epitome Astronomiæ Copernicanæ. Lentiis, 1618. 8.
Kiranidum Kirani, id est, Regis Persarum (vel potius Collectaneus) liber Physico-Medicus. 1638. in 8.
Kircherus, (Athan.) Soc. Jesu Phonurgia Nova. Campidonæ, 1673. folio.
——— Mundus Subterraneus. Amstelodami, 1665. folio.

Labbeus, (Philip.) Soc. Jesu. Nova Bibliotheca Mss. librorum. Parisiis, 1653. 4.
Lacarry, (Ægid.) Soc. Jesu. Historia Coloniarum a Gallis missarum, &c. Claromonti, 1677. 4.
Lactantius. Lugd. Gryph. 1541. 8.
Lambecius (Petr.). Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis Commentariorum libri VII. Viennæ 1665. fol. 8. voll.
Laurentius. Historia Anatomica Humani Corporis. Parisiis, 1600. in folio.
Leges Atticæ, cum Comment. Samuelis Petiti. Parisiis, 1635. fol.
Leo (Joan.) Africanus. De Descriptione Africæ, libri IX. Antverpiæ, 1556. 8.
Liber de Mensura orbis terræ, Ms. ex Bibliotheca Regiâ, num. 990. Sub nomine Missorum Theodosii a nobis sæpe laudatur.
Licetus (Fortun.). De Quæsitis per Epistolas. Bononiæ, 1640. voll. 2. 4.
Lipsius (Justus). De Re Nummaria. 8.
Livius (Titus). Historiarum libri. Francofurti, 1588. fol.
Loaisa (Gar.). Collectio Conciliorum Hispaniæ. Madriti, 1593. fol.
Lobelius (Matthias). Stirpium Adversaria. Londini, 1605. fol.
——— Stirpium Observationes. Antverpiæ, 1576. fol.
Lucanus. Pharsalia. Lugd. Batav. 1626. 8.
Lucretius. (T.) De Rerum Natura, libri VI. Francofurti, 1631. 8.
Lucianus. Opera Græce et Lat. Parisiis, 1615. folio.
Lucius (Joan.). De Regno Dalmatiæ. Amstelod. 1666. fol.
Lycophronis Scholiastes. Vide Is. Tzetzes.

Macrobius. Lugduni Batav. 1670. 8.
Magius (Hieron.). Variarum Lectionum, seu Miscellaneorum, libri IV. Venetiis, 1564. 8.
Major (Joan. Dan.). Doctrinæ de Testaceis Specimen. Kiliæ, 1675. 4.

Manilius (M.). Astronomicon libri v. Lugduni Batav. 1600. 4.
Marbodeus. De Lapidibus Pretiosis, Enchiridion. Basileæ, 1531. 8.
Marcellinus Comes. Chronicon. Parisiis, 1619. 8.
Marcellus. De Medicamentis Empiricis, &c. Basileæ, 1536. folio.
Marcianus Heracleotes. Periegesis. Vid. Scymnus Chius.
——— Periplus. Augustæ Vindelic. 1600. 8.
Mariana, (Joan.) Soc. Jesu. De Ponderibus et Mensuris. Toleti, 1509. 4.
——— De Rebus Hispaniæ. Toleti, 1574. fol.
Marius Victorinus. Artis Grammaticæ libri IV. Hanoviæ, 1605. 4.
Marlianus. Topographia Urbis. Lugduni, 1534. 8.
Marmol. L'Afrique, de la Traduction de Nic. Perrault, Sieur d'Ablancourt. Parisiis, 1667. 4.
Marmora (Andr.). Historia Corcyrensis. Venetiis, 1672. 4.
Marmora Oxoniensia. Oxonii, 1676. fol.
Maronea (Nicol.) Veron. in Dioscoridem et Plinium, de Amomo. Basileæ, 1608. 4.
Martialis (M. Val.). Epigrammatum libri XV. Parisiis, 1680. 4.
Martianus Capella. De Nuptiis Philologiæ, &c. cum notis Hug. Grotii. Lugd. Batav. 1599. 8.
Massonus (Papir.). Descriptio Fluminum Franciæ. Parisiis, 1618. 8.
Matthiolus (Petr. Andr.). Commentarii in Dioscoridem. Venetiis, 1565. folio.
Mattius (Jo. Marius). Opinionum libri III. Alexandriæ Statyellæ, 1598. 4.
Maximus Tyrius. Dissertationes, cum notis Danielis Heinsii. Lugduni Batav. 1614. 8.
Mela (Pompon.). De Situ Orbis, cum Observationibus Isaaci Vossii. Hagæ, 1658. 4.
Mémoires pour servir à l'Histoire Naturelle des Animaux. Paris. 1671. folio, typis Reg.
Suite des Mémoires, pour servir à l'Histoire Naturelle des Animaux. Ibidem, 1676.
Menæglus (Ægid.). Le Origini della Lingua Italiana. Parisiis, 1669. 4.
Mercurialis (Hieron.). De Arte Gymnastica. Parisiis, 1577. 4.
Meursius (Joan.). Arboretum Sacrum. Lugdun. Batav. 1642. 8.
——— Rhodus, Creta, Cyprus. Amstelodami, 1675. 4.
Mirabella, (Vinc.) Dell'Antiche Siracuse. Neapoli, 1613. folio.
Miscellanea Curiosa Medico-Physica, sive Ephemerides Germanicæ. Lipsiæ, 1670. et annis seqq. voll. 6.
Missi Theodosii. De Mensura Orbis Terræ. Ms. e Bibliotheca Regia, num. 990.
Monetus, (Philip.) Soc. Jesu. Geographia Galliæ. Lugduni, 1614. 8.
Montjosius (Lud. de). Gallus Romæ Hospes. Romæ, 1585. 4.
Morales (Ambr.). Antiguedades de las Ciudades de España. Compluti, 1575. folio.
Muntingius (Abrah.). De Vera Antiquorum Herba Britannica. Amstelodami, 1681. 4.
Muretus (M. Ant.). Variarum Lectionum libri XV. Antverpiæ, 1580. 8.
Musa, (Anton. vel potius Apuleius Madaurensis) De Herba Vettonica, cum Commentariis Gabr. Humelbergii, et variis lectionibus ex codice Ms. Vossii. 4.
Musæ Lapidariæ, Joan. Bapt. Ferretii. Veronæ, 1672. fol.

Nemesianus (Aurel.). Cynegeticon. Inter Epigrammata et Poëmatia a Pithœo collecta. Parisiis, 1590. 8.
Nicander. Alexipharmaca et Theriaca, Græce, cum versione Gor-

læi, et scholiaste Græco. Parisiis, 1557. 4.
Nicetas Choniata. Historia. Parisiis, Typ. Reg. 1647. fol.
Nicolai Damasceni Excerpta, per Henr, Valesium. Parisiis, 1634. 4.
Nierembergius, (Jo. Euseb.) Soc. Jesu. Historia Naturæ. Antverpiæ, 1635. fol.
Nigronius, (Jul.) Soc. Jesu. De Caliga Veterum. Dilingæ, 1621. 8.
Nonius Marcellus. Inter Auctores Latinæ Linguæ.
Nonnus. Dionysiaca. Hanoviæ, 1610. 8.
Notitia Africæ, apud Victorem Vitensem. Divione, 1664. 4.
Notitia Dignitatum Imperii Romani, ex recensione Philippi Labbei, Soc. Jesu. Parisiis, Typ. Reg. 1651. in 24.
Notitia Ecclesiastica Episcopatuum, Hierocli attributa, in Ms. Vaticano, aliæque, in Geographia sacra Caroli a S. Paulo. Parisiis, 1641. fol.
Novella Leonis Imp. apud Leunclavium. Francofurti, 1596. fol.
Nubiensis Geographia. Parisiis, 1619. 4.

Obsequens (Jul.). De Prodigiis. Amstelodami, 1679. 12.
Oihenartus (Arnald.). Notitia Utriusque Vasconiæ. Parisiis, 1656. 4.
Oiselius. Thesaurus Numismatum Antiquorum. Amstelodami, 1677. 4.
Olaus Magnus. Historia. Basileæ, 1567. folio.
Oppianus. De Venatione, sive Κυνηγετικῶν, libri IV. Et de Piscatione, sive Halieuticon, libri V. Græce. Lugd. Batav. 1597. 8.
Oribasius. Collectorum Medicinalium libri, Latine. Parisiis, 1555. 8. et Græce, ex codice Ms. Collegii Parisiensis.
Orpheus. De Lapidibus. Genevæ, 1606. fol.
Ovidius. Halieuticon, cum notis Gesneri. Tiguri, apud Andr. Gesnerum. 12.
———Opera omnia, Lugd. Batav. 1662. 8. voll. 3.

Pætus (Luc.). De Mensuris et Ponderibus. Venetiis, 1573. 4.
Palæphatus. De Incredibili Historia. Cantabrigiæ, 1671. 8.
Palladius. De Re Rustica, libri XIV Parisiis, Rob. Steph. 1543. 8.
Palmerius (Jac.). Exercitationes. Lugduni Batav. 1668. 4.
Pancirollus (Guid.). Rerum Memorabilium liber. Francofurti, 1660. 4
Panegyrici veteres. Parisiis, 1676. 4.
Papias. Vocabularium. folio.
Paruta (Philip.). La Sicilia. Romæ, 1649. fol.
Paschalius (Carol.). Coronæ. Parisiis, 1610. 4.
Patin (Carol.). Familiæ Romanæ in Antiquis Numismatis. Parisiis, 1663. fol.
———Imperatorum Rom. Numismata. Argentorati, 1671. fol.
Paulus (Simon). Commentarius de Abusu Tabaci et Herbæ Théé. Argentorati, 1681.
Pausanias, Græce et Latine, ex recensione Frid. Sylburgii. Hanoviæ, 1613. fol.
Pellegrino (Camill.). Campania Felice. Neapeli, 1651. 4.
Pena (Petr.). Adversaria Stirpium. Plantin. 1576.
Periplus Ponti Euxini, Græce et Lat. edente Is. Vossio. Amstelod. 1639. 4.
Perottus (Nicol.). Cornucopiæ. Basileæ, 1526. fol.
Petavius (Dionys.). Soc. Jesu. De doctrina Temporum, Parisiis, 1627. fol. voll. 2.
——— Uranologium. Parisiis, 1630. fol.
——— Miscellaneæ Exercitationes. Parisiis, 1630. 4.
Petronius Arbiter (T.). Satyricon, cum Commentariis Varior. Amste-

lodami, 1669. 8.
Petrus Blesensis. Epistolæ. Parisiis, 1515. 4.
Phædrus. Fabulæ. Parisiis, 1617. 4.
Phile (Manuel). De Animalium Proprietatibus, Græce et Latin. Lipsiæ, 1517. 4.
Philo Byzantius. De Septem Orbis Spectaculis, cum notis Leonis Allatii. Romæ, 1640. 8.
Philostorgius. Historiæ Ecclesiasticæ libri XII. Genevæ, 1643. 4.
Philostratus. Græce et Lat. Parisiis, 1607. folio.
Philoxeni et aliorum Glossaria. Parisiis, 1679. fol.
Phlegon Trallianus. De Rebus Mirabilibus, et de Longævis, Græce et Lat. Lugduni Batav. 1620. 4.
Photius. Bibliotheca. Rothomagi, 1653. fol.
Phurnutus. De Natura Deorum. Cantabrigiæ, 1670. 8.
Pindarus. Carmina, cum Scholiis Græcis. Parisiis, 1599. 4.
Plautus. Comœdiæ. Lugd. Batav. 1664. 8.
Plinius Junior. Epistolæ. Lugduni Batav. 1669. 8.
Plinius Secundus Valerianus (C.). De Re Medica libri v. Basileæ, 1528. fol.
Plutarchus. Opera Græce et Lat. Parisiis, 1624. voll. 2. fol.
Pois (Ant. le). Discours sur les Médailles, &c. Paris, 1579. 4.
Poldo d'Albenas (Joan.). De l'Antiquité de Nismes. Lugduni, 1560. fol.
Politianus (Angel.). Epistolarum libri XII. et Miscellaneorum Centuria. Gryph. 1538. 8.
Pollux (Jul.). Onomasticon, Græce et Lat. Francofurti, 1608. 4.
Polyænus. Strategematum libri octo. Genevæ, 1589. 12.
Polybii Excerpta ex Collectaneis Constantini Porphyrog. Parisiis, 1634. 4.
Polybius. Historiæ, Græce et Lat. Amstelodami, 1670. 8. voll. 2.
Polydorus Vergilius. De Inventoribus rerum libri VIII. Amstelodami, 1671. 8.
Porphyrius. De Vita Pythagoræ, cum notis Allatii, Romæ, 1630. 8.
———— De Abstinentia libri IV. Græce et Lat. Cantabrigiæ, 1690.
Portis (Leonard. de). De Sestertio et Pecuniis Antiquis. Vetusta editio, ante annum 1500.
Priscianus Cæsar. Grammat. Hanoviæ, 1605. 4.
Priscianus. Periegesis, et Carmen de Ponderibus ac Mensuris, Prisciano vulgo, vel Fannio ascriptum: inter Poëmatia a Pithœo edita. Parisiis, 1590. 12.
Priscianus Medicus (Theod.). Libri quatuor. Venetiis, 1537. fol.
Proclus Diadochus. Hypotypesis Astron. Posit. Græce, Basileæ, 4.
Procopius. Parisiis, 1662. Typ. Reg. fol.
Propertius. Trajecti ad Rhenum, 1659. 8.
Prudentius (Aurel.). Amstelodami, 1667. 12.
Ptolemæus (Claud.). Almagestum, et de Judiciis. Basileæ, 1561. fol.

Quintilianus (Fab.). Institutiones Oratoriæ, libris XII. Lugduni Batav. 1665. 8.
Quiqueranus, (Petr.) Ep. Senecensis. De Laudibus Provinciæ, libri tres. Parisiis, 1551. 4.

Rabanus Maurus. De Divinis Officiis. Coloniæ, 1626. fol.
Ramusio (Jo. Bapt.). Della Navigationi et Viaggi, Venetiis, 1606. fol.
Reinesius (Thom.). Syntagma Inscriptionum Antiquarum. Lipsiæ, 1682. fol.
———— Variarum Lectionum libri tres. Altenburgi, 1640. 4.
———— Epistolæ, Lipsiæ, 1660. 4.
Resendius (Andr.). Antiquitates Lusitano-Hispanicæ. Coloniæ, 1613. 8.

Resta. (Franc.) Meteorologia. Romæ, 1644. 4.
Rhodiginus (Cæl.). Lectionum Antiquarum libri xxx. Francofurti, 1596. folio.
Riccioius, (Joan. Bapt.) Soc. Jesu. Almagestum. Bononiæ, 1651. fol. voll. 2.
Riolanus (Joan.). Opera Anatomica. Parisiis, 1649. fol.
Ros, (Mart. de) Soc. Jesu. Ecija, sus santos, &c. Hispali, 1629. 4.
Rondeletius (Guill.). De Piscibus. Lugduni, 1554. folio.
Rubenius (Alb.). De Re Vestiaria. Antverpiæ, 1665. 4.
Ruellius (Joan.). De Natura Stirpium, Basileæ, 1543. fol.
Rufus Festus Avienus. Madriti, 1634. 4.
Rutilius. Itinerarium. Basileæ, 1575. in 24.

Sacs (Phil. Jac.). Gammarologia. Francofurti, 1665. 12.
Sallustius. Parisiis, 1543. 8.
Salmasius (Claud.). In Tertullianum de Pallio. Paris. 1622. 8.
——— Epistolarum liber. Lugd. Batav. 1656. 4.
——— De Modo Usurarum. Lugduni Batav. 1639. 12.
——— Præfatio in librum de Homonymis, &c. Divione, 1668. 4.
——— De Manna et Saccaro. Parisiis, 1664. 12.
——— Exercitationes Plinianæ in Solinum. Parisiis, 1629. fol. voll. 2.
Salvianus (Hippol.). Aquatilium Animalium Historiæ liber. Romæ, 1557. fol.
Savot (Lud.). Discours sur les Médailles Antiques. Parisiis, 1627. 4.
Scaliger (Jos.). In Guillandini Commentarium ad tria capita Plinii de Papyro. Paris. 1610. 4.
——— Epistolæ. Lugduni Batav. 1627. 8.
——— De Re Nummaria. Lugduni Batav. 1616. 8.
Scaliger (Jul. Cæs.). In Theophrasti libros sex de Causis Plantarum. Crispin, 1636. fol.
——— Exercitationes in Cardanum. Francofurti, 1576. 8.
Scaligerana prima et secunda. Groningæ, 1699. 12.
Schefferus (Joan.). De Re Vehiculari Veterum libri duo. Francofurti, 1671. 4.
——— De Arte Pingendi. Norimbergæ, 1669. 8.
——— De Navali Militia Veterum. Upsaliæ, 1654. 4.
Schottus, (Gasp.) Soc. Jesu. Cursus Mathematicus. Francofurti, 1674. fol.
Scribonius Largus, ex recensione Joan. Rhodii. Patavii, 1655. 4.
Scylax Caryand. Periplus, cum castigat. Is. Vossii. Amstelod. 1639. 4.
Scymnus Chius, sub nomine Marciani Heracleotæ editus. Periegesis, sive de Situ Orbis, Græce. Augustæ Vindelic. 1600. 8.
Seguinus (Petr.). Selecta Numismata Antiqua. Parisiis, 1665. 4.
Seneca. Tragœdiæ, cum Comment. Martini Delrio, Soc. Jesu. Antverp. 1593. 4. voll. 2.
Seneca uterque, Rhetor, ac Philosophus. Opera, cum Lipsii, Mureti, et aliorum notis. Parisiis, 1627. fol.
Sennertus (Daniel). Opera Medica. Lugduni, 1666. fol.
Sepulveda (Jo. Genes.). Epistolæ. Coloniæ, 1602. 4.
Serenus (Q.) Samonicus. De Medicina Præcepta. Inter Poëmata a Pithœo edita. Paris. 1590. 12.
Servius. Comment. in Virgilium. Paris. 1532. fol.
Servius (Petr.). De Odoribus. Romæ, 1641. 12.
Sextus Philosophus Platonicus. De Medicina Animalium, Bestiarum, &c. cum scholiis Gabr. Humelbergii. 1539. 4.
Sextus Empiricus. Opera, Græce et Latine. Genevæ, 1621. folio.

Sigonius (Carol.). De Antiquo Jure Italiæ. Francofurti, 1593. folio.
Silius Italicus. Parisiis, 1618. 4.
Simeon Sethi. De Alimentorum Facultatibus, Græce et Latine. Parisiis, 1658. 8.
Simocatta (Theophyl.). Historiarum libri VIII. Ingolstadii, 1604. fol. 4.
Snellius (Willeb.). De Re Nummaria. Lugd. Batav. 1613. 8.
——— Eratosthenes Batavus. Lugd. Batav. 1617. 4.
Solinus (C. Jul.) Polyhistor, cum Exercit. Salmasii. Parisiis, 1629. folio.
Soranus Ephesius. Isagoge in Artem Medendi. Basileæ, 1528. fol.
Sotion. De Fluminibus, Fontibus, Paludibusque, Græce: cum Opusculis aliquot Aristotelis et Theophrasti. Henr. Stephani, 1557. Latine edidit Præses de Boissieu, libro de Miraculis Delphinatus.
Spanheimius (Ezech.). Dissertatio de Præstantia et Usu Numismatum. Amstelodami, 1671. 4.
Spanheimius.(Frider.) Introductio ad Geographiam Sacram. Lugd. Batav. 1679. 8.
Spon (Jac.). Voyage de la Grece. Lugduni, 1600. 12.
Statius, (Papin.) cum Comment. Placidi Lactantii, 1600. 4.
Stephanus. De Urbibus, cum observat. Thomæ de Pinedo. Amstelodami, 1678. fol.
Stephanus (Carol.). Prædium Rusticum. Parisiis, 1629. 8.
Stobæus (Joan.). Eclogæ, libris II. Græce et Lat. interprete Guill. Cantero. Antverpiæ, 1575. fol.
——— Loci Communes Sententiarum. Francofurti, 1581. folio.
Strabo. Geographiæ libri XVII. Græce et Latine. Parisiis, 1620. fol.
Suarez (Joan. Bapt.) de Salazar. Antiguedadez de Cadiz. Gadibus, 1610. 4.
Suetonius. De Cæsaribus, &c. cum Animadv. Casauboni. Parisiis, 1610. folio.
Suidas. Coloniæ Allobrog. 1619. fol. voll. 2.
Symeon. (Gabr.) Illustres Observations Antiques. Lugduni, 1558. 4.
Tabula Peutingeriana, seu Theodosiana.
Tacitus (Corn.). Opera, cum Comment. Justi Lipsii. Parisiis, 1608. fol.
Tamayo (Joan.). Martyrologium Hispanum. Lugduni, 1651. voll. 6.
Tatianus. Oratio contra Græcos, Græce et Latine. Tomo I. Bibl. Patr. Parisiis, 1624. fol.
Tatius (Achill.). In Arati Phænomena, Græce et Latine, interprete Petavio, in Uranologio.
Tavernier (Joan. Bapt.). Voyages. Parisiis, 1677. voll. 3.
Terentianus. De Metris. Cum auctoribus antiquis Grammaticæ artis. Hanoviæ, 1605. 4.
Tertullianus. Parisiis, 1664. folio.
Theocriti Scholiastes Græcus. Oxoniæ, 1676. 8.
Theodorus Priscianus, ad Timotheum, &c. libri IV. cum Corn. Celso et aliis. Venetiis, Ald. 1547. fol.
Theophrastus. De Historia Plantarum libri X. cura Joan. Bodæi a Stapel. Amstelodami, 1644. folio.
——— De Causis Plantarum, Gaza interprete, cum Opusculis et Fragmentis. Lugduni Batav. 1613. folio.
——— Opuscula et Fragmenta, cum notis Furlani. Hanoviæ, 1605. folio.
Thesaurus Criticus. Francofurti, 1602. 4. voll. 2.
Thuanus (Jac. Aug.). De Vita sua libri sex. In calce historiarum sui temporis. Genevæ, 1620. fol.
Thucydides de Bello Peloponnesiaco, Græce et Latine. Francofurti, 1594. fol.
Tiraquellus (Andr.). De Legibus Connubialibus. Lugduni, 1574. fol.
Tristan (Joan.). Vies des Empereurs

avec leurs Médailles. Parisiis, 1644. voll. 3.

Turnebus (Hadr.). Adversaria. Argentorati, 1604. folio.

Tzetzes (Joan.). Variarum Historiarum versus Politici. Inter Poëtas Græcos. Genevæ, 1614. folio.

Tzetzes (Isaac.). Scholia in Lycophronem. Basileæ, fol.

Vaillant (Joan.). Historia Regum Syriæ. Parisiis, 1681. 4.

Valerius Maximus. Exempla Memorabilia. Parisiis, 1679. 4.

Valesius (Hadr.). Notitia Galliarum. Parisiis, 1675. fol.

Varro. De Re Rustica, libri III. Parisiis, Rob. Steph. 1543. 8. Et Fulvii Ursini notæ, Romæ, 1587. 8.

——— De Lingua Latina, cum conjectaneis Jos. Scaligeri. Parisiis, 1585. 8.

Vegetius (Fl.). De Re Militari. Vesaliæ, 1670. 8.

Velleius Paterculus. Paris. 1608. fol.

Veterinariæ Rei Scriptores, Græce. Basileæ, 1537. 4.

Vibius Sequester, de Fluminibus, &c. cum Æthici Cosmographia. Basileæ, 1575. in 24.

Villanius (Jac.). Ariminensis Rubicon. Arimini, 1641. 4.

Virgilius Maro, cum notis Joan. Lud. de la Cerda, Soc. Jesu. voll. 3. fol.

Vitruvius. De Architectura libri x. Amstelodami, 1649. fol.

Volusius Mæcianus JC. Distributio et Vocabula Partium in Rebus Pecuniariis, &c. Editus cum Gronovii libro de Sestertiis.

Vossius (Ger. Joan.). Etymologicon. Lugduni, 1664. fol.

——— De Historicis Latinis. Lugduni Batav. 1627. 4.

Xenophon. Opera Græce et Latine. Francofurti, 1596. folio.

Zenobius. Proverbia. Antverpiæ, 1612. 4.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM QUÆ IN VV. LL. OCCURRUNT.

Ald.	**Editio Aldina.**
Ambrosian.	**Ambrosianæ Bibliothecæ Mediolanensis codices ap. Brotier.**
Basil.	**Editio Basileensis.**
Bipont.	**—— Bipontina.**
Brix.	**—— Brixiensis, an. 1498.**
Brot.	**Gabriel Brotier in ed. sua Paris. 1779. cujus textum exhibendum curavimus.**
Camer.	**Codex Cameracensis Car. Langii, cujus variantes citat Brotier.**
Chald.	**Vetus codex Chalderii.**
Chiffl.	**Codex Chiffletianus, satis probatæ notæ, cujus discrepantia a libris vulgatis loca notavit in margine editionis suæ Jac. Dalecampius.**
Colb. 1. 2. 3.	**Ex Bibliotheca D. J. Bapt. Colberti, codd. tres ap. Harduin.**
Crus.	**Christianus Crusius in Probabil. Crit. cap. VI.**
Dalec.	**Jac. Dalecampius in ed. sua, Lugd. 1587.**
Delph.	**Harduini editio in usum Delphini.**
Ed. pr.	**Editio princeps, Venet. 1469.**
Ed. sec.	**Editio Harduini secunda, Paris. 1723.**
Erasm.	**Desiderius Erasmus in ed. sua Lugd. 1548.**
Escorial.	**Codex quem citat Brotier.**
Francof.	**Francofordiensis editio, an. 1599.**
Franz.	**Jo. Georg. Frid. Franzii editio, Lipsiæ, 1778–1781.**
Froben.	**Editio Basileensis accurante Frobenio, 1545.**
Fuxen.	**Codex Fuxensis, cujus variantes annotavit Dalecampius.**
Gelen.	**Sigism. Gelenius, cujus Castigationes Plinianæ extant in ed. Basil. 1535.**
Gronov.	**Editio Gronovii, Lugd. Bat. 1669.**
Harduin. 1. 2. 3.	**Editiones Harduini, annis 1685. 1723. 1741.**
Herm. Barb.	**Hermolaus Barbarus, cujus Castigationes Plinianæ Romæ prodierunt ann. 1492. 1493.**
Hisp.	**Hispanus codex, quo usus est Pincianus.**

Junt.	Editio Juntina.
Laet.	Joan. de Laet in ed. Elzeviriana, Lugd. Bat. 1635.
Lang.	Excerpta Car. Langii, quibus usus est Brotier.
Leyd.	Editio Leydensis, an. 1582.
Londin.	Codex quem citat Brotier.
Long.	Longolii vetus codex ap. Dalecampium.
Lugd.	Codex Lugdunensis, cujus variantes exhibuit Harduinus.
Lugd. Erasm.	Editio Erasmiana, Lugduni, 1548.
Mediol.	Vetus Mediolanense ap. Dalec.
Miller.	Editio Milleri, Berolini, 1766.
Ed. Paris.	—— Parisiensis, 1543.
Paris. Brot.	Codex Parisiensis ap. Brotier.
Paris. Hard.	—————— Harduin.
Parm. 1.	Editio Parmensis, 1476.
2.	—————— 1480.
3.	—————— 1481. quæ Parm. 2. audit ap. Harduin.
Reg. Brot. 1. 2. 3. &c.	Codd. Regii septem ap. Brotier.
Reg. Hard. 1. 2.	—————— duo ap. Harduin.
Rezz.	Excerpta ex variis codd. a Rezzonico, quæ citat Brotier.
Riccard.	Codex Riccardianus, quem inspexit Rezzonicus.
Rom. 1.	Editio Romana, 1470.
2.	—————— 1473.
Salmant.	Codex Salmanticensis Gusmani Pinciani.
Tarvis.	Editio Tarvisana, 1479.
Th. Thuan.	Codex Thuanæus, quem citat Harduin.
Tolet.	—— Toletanus Gusmani.
Torrent.	Excerpta Torrentii, quibus usus est Brotier.
Vatic. 1. 2. 3.	Codices Vaticani septem ap. Harduin.
Venet. 1.	Editio Veneta, 1469. Ed. princeps.
2.	—————— 1472. Venet. 1. Harduino.
3.	—————— 1476.
4.	—————— 1481.
5.	—————— 1483. Venet. 2. Harduino.
Victor.	Codex e Cœnobio Rhedonensi, Ordinis S. Benedicti, qui olim Monasterii S. Michaëlis fuit.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER I.

C. PLINIUS SECUNDUS

T. VESPASIANO[1] SUO S.

Libros Naturalis Historiæ, novitium [a] Camœnis Quiritium tuorum opus, natum[2] apud me proxima fœtura, licentiore epistola narrare[3] [b] constitui tibi, jucundissime Imperator: [c] sit enim [d] hæc tui præfatio verissima, dum maximo[4] [e] con-

[a] *A nemine Romanorum adhuc tentatum.*

---

1 *D. Tito Vespasiano* codd. Dalec. *Vespasiano* Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *T. Vespasiano* Vatic. 2. Rezz. Venett. Parm. al. vett. quod recepit Brotier. In altera sua ed. Harduin. hanc Epistolam *vοθείας* arguit, quod singulares suas de antiquis scriptoribus nummisque opiniones convelleret.—2 *Quirit. tuorum op. Camænis natum* Dalec. *natos* cod. Dalec.—3 Vett. ap. Dalec. *nuncupare*; alii, *sacrare*.—4 Codd. ap. Dalec. *maxime*; Herm. Barb. Basil. Ald. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov. *maximi*; Venett. Rom. Parm. Brix. al. vett. et

NOTÆ

[a] *Vespasiano*] Tito Vespasiani F. Vide Notas et Emend. inferius positas, ad præfationis hujus calcem, num. 3.

[b] *Narrare*] Historicæ narrationis filo contexere, sine ullo fuco, sine ullis dicendi oratoriis ornamentis. Qui *nuncupare* hoc loco substituunt, genuinam Plinii lectionem, nullo suffragante codice, de suo marte interpolant.

[c] *Imperator*] Vide Notas et Emend. num. 3.

[d] *Sit enim*] Una opera patri ac filio aptissime Plinius adulatur: ceteras quaslibet, sive Optimi, sive

senescit[f] in patre:

Namque tu[g] solebas
Meas[5] esse aliquid putare nugas,

recentt. post Harduin. *maximo*.—5 Vett. ap. Dalec. *nostras*. Vide Not. et

NOTÆ

Maximi, sive Fortissimi appellationes, utrique eorum communes esse indicans, dum jucunditatis tantummodo præfationem, ut propriam Tito ascribit; quæ quidem naturæ lege florentis ætatis est, non senescentis. Simul et ad Titi cognomen alludit, 'Amor ac deliciæ generis humani' vulgo dicti, ut est apud Tranquillum. —'Verissima porro Præfatio dicitur, appellatio homini convenientissima. Nam præter communem significatum hujus vocis, 'verum,' est et alter a communi paulo remotior, pro eo quod rectum et æquum est. Ut apud. Ciceron. pro Muræna num. 74. de Catone: 'Negat verum esse allici. benevolentiam cibo.' Virgil. Æn. XII. 'Me verius unum Pro vobis fœdus luere, et decernere ferro.' Apud Horat. I. Ep. 1. ad Mæcen. 'Metiri se quemque suo modulo ac pede verum est.' *Ed. sec.*

[e] *Dum maximo*] Ita veteres editiones omnes, quas et Turnebus probat. Plinius II. 5. 'Hac nunc cœlesti passu cum liberis suis vadit Maximus omnis ævi rector Vespasianus Augustus.'

[f] *Consenescit*] Aptari, seu accommodari patri tuo jam desiit, ob ætatis majestatisque reverentiam. Ea voce usus Cicero ad Attic. II. 13. p. 57. 'Quanto in odio noster amicus Magnus? cujus cognomen, una cum Crassi Divitis cognomine, consenescit.' Hic *consenescit*, palam est, idem valet atque 'usurpari desiit, desiit esse fere in ore ac sermone vulgi.' Ut vel inde liqueat, si proxime antea, *dum Maximi consenescit in patre*, scripsisset auctor, (quod aliqui libris invitis omnibus conditivis volunt,) quam inepte Tito adularetur, cujus patrem appellari Maximum desinere tum diceret! quam secum ipse pugnaret, qui maximum ævi rectorem, ut diximus, Vespasianum appellat, idque eximii, ut est, præconii loco!

[g] *Namque tu*] Rogas autem, inquit, quæ me causa impulerit, ut licentiore epistola tibi libros meos dicarem? Ea in promtu est. Nam cum tu soleas meas esse aliquid putare nugas, induxi animum Catullum imitari; cujus ego quidem exemplum (ut verbo castrensi utar, quod tu probe agnosces,) objicere moliar, hoc est, veluti pro scuto opponere, si cui confidentia nostra reprehendenda videatur. Ille enim, ut scis, in setabis suis, sive sudariis, scite venditandis passim jactantior, atque in repetendis duriusculus videri haud veritus est, cum permutatis illis atque sublatis, supposita essent viliora. Quid enim? Erantne illa tanti per se? minime sane: sed æstimari ea volebat ex Veranii et Fabulli benevolentia et æstimatione, a quibus ea dono acceperat. 'Marrucine Asini,' inquiebat ille Carm. XII. 'manu sinistra Non belle uteris in joco atque vino: Tollis lintea negligentiorum... Quare aut hendecasyllabos trecentos Expecta, aut mihi linteum remitte: Quod me non movet æstimatione, Verum est μνημόσυνον mei sodalis. Nam sudaria setaba ex Iberis Mise-

ut objicere moliar[6] Catullum[b] conterraneum[7 h] meum. Agnoscis et hoc castrense verbum.[8] Ille enim, ut scis, permutatis prioribus sætabis,[9 i] duriusculum se fecit,[j] quoniam[10] volebat æstimari ea a[11] Veraniolis suis et Fabul-

[b] *Ut factum meum defendam exemplo Catulli.*

Emend. n. 1. et Not. Var.—6 Gelen. Dalec. Pelicer. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *ut obiter emoliam*; Turneb. *ut obice remolliam*; Ed. pr. Venett. Parm. Rom. Brix. Harduin. et edd. recentt. *ut objicere moliar.*—7 Cl. Rezzonicus, ne Plinium esse Veronensem agnosceret, emendavit *concerraneum*; quæ vox ne Latina quidem est. Codd. Regg. septem ap. Brot. Ed. pr. Rom. Venett. et Parm. *conterraneum.*—8 Hæc verba uncinis inclusa in ed. Harduini sunt.—9 Basil. Ald. Lugdd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *prioribus syllabis.* Harduin. ex codd. *prioribus setabis*; et sic recentt.—10 Edd. vett. *quam.* Vide infra Notam.—11 Codd. Dalec. *æstimari magis*

NOTÆ

runt mihi muneri Fabullus Et Veraniolus: hoc amem necesse est, Ut Veraniolum meum et Fabullum.' Et Carm. XXV. 'Remitte pallium meum mihi, quod involasti, Sudariumque setabum... Inepte, quæ palam soles habere, tanquam avita,' &c. Catulli igitur exemplo, si libros meos tanti nunc esse duco, ut tibi offerri putem posse epistola paulo licentiore, desine id porro mirari: pretium iisdem judicio tuo ac voluntate ipse fecisti. Simul et hac mea petulantia fiet, &c. Vide Notas et Emend. num. 1.

[h] *Conterraneum*] Ex eadem terra et patria. Uterque Veronensis fuit. Quanquam et Comenses suum esse vendicant. Sed causam dudum adjudicarunt Veronensibus eruditi, inter quos præcipui Polycarpus Palermus, singulari opere de Plinii patria, et Scaliger in Euseb. Chron. p. 190. Sed iisdem tamen haud assentior, neque Turnebo, Pelicerio, Passeratio, aliisque, qui secuti Camertis indiculum Pliniannm, re haud sane satis expensa, pronuntiant illud *conterraneum* esse quod Plinius vocet castrense verbum. Ego vero non magis castrense, quam forense, aut urbanum, aut publici juris agnosco. Contubernii vocem in castris natam factamque intelligo: quamobrem castrorum peculiaris ac propria vox sit 'conterraneus,' nullo prorsus modo intelligo. Contubernales, Commilitones, Conveterani, Commanipulares, in vetustis lapidibus apud Gruterum sæpe occurrunt, in inscriptionibus militarium virorum; Conterranei, nusquam.—'Tum novitas autem vocis illius, aliarumque similium, tum vero multo magis ingens ac manifesta styli ingeniique disparitas, et sat frequens pugna sententiarum cum ipso corpore Historiæ Naturalis, etiamnum suadent, quod jam olim affirmavimus, non esse hanc Præfationem vere Plinii fœtum, sed suppositum; æque atque attextum ei Indicem subsequentem, de quo id ipsum in priori ipsa jamdudum probavimus editione.' *Ed. sec.*

[i] *Sætabis*] Setaba sudaria sunt e lino setabo, quod a Setabi Hispaniæ oppido nomen accepit, ut dicemus XIX. 2. Setaba Plinius simpliciter appellat, quæ Catullus sudaria setaba. Ut Cadurcum dixere Juvenalis et alii, pro 'Cadurca culcita.'

[j] *Duriusculum se fecit*] Subiratus, offensus, amarioris ingenii voluit videri. Plinius alter, Epist. I. 16. de Pompeio Saturnino: 'Præterea facit

lis.[c 12] Simul ut hac mea petulantia fiat, quod proxime non fieri questus es in alia procaci epistola nostra, ut in quædam acta exeant,[13 k] sciantque omnes quam ex æquo[l] tecum vivat imperium. Triumphalis[m] et censorius[14] tu, sexiesque consul, ac tribuniciæ potestatis particeps: et quod his nobilius fecisti, dum illud patri pariter et

[c] *Propter Veraniolum et Fabullum, quos diligebat, a quibus ea acceperat.*

---

quam.—12 *Vernaculis tuis et famulis* cod. ap. Dalec. *Veraniis suis et Fabullis* al. ap. eund. *Fabulis* Gronov. Elz. et Lugd. 1606. *Veraniolis tuis, &c.* Turneb.—13 *Ut in acta quidem exeat* var. lect. ap. Dalec. *ut in quædam acta exeat* Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. 'Obscura neque Latinâ verba. Scribendum vero, *ut in tecum acta exeat.* Scilicet voluerat quædam Titus e veteri contubernio inseri, et in ea, captata occasione, excurri, ut obiter talis viri præconio famæ commendaretur.' *Crus. exeant* cod. ap. Dalec. quod recepit Harduin. *exeam* vett. ap. eund. Dalec.—14 *Imperium triumphale et censorium* Turneb. Mox Vet. Chalderii, *septimumque;* vet. Dalec. *sextumque.* Salmas. legit: *Sciantque . . . vivat Imperium, Triumphali, et Censorio sexiesque Consule, ... participe, et quod . . . . Præfecto p. ejus, omniaque h. Reipublicæ. Et, &c.* Regg. Brot. 2. 5. et Ed. pr. *præfectus prætorii ejus,* quod revocavit Brotier, *præfectus prætorio ejus*

NOTÆ

versus, quales Catullus meus aut Calvus. Quantum illis leporis, dulcedinis, amaritudinis, amoris inserit! Sane: sed data opera molliusculos, leviusculosque, durinsculos quosdam: et hoc quasi Catullus meus, aut Calvus.' Ut vocem eam *duriusculum*, non ad numeros, ut visum est hactenus eruditis, sed ad acerbitatem carminis et acrimoniam pertinere manifestum sit.

[k] *Acta exeant*] Exeant in acta libri Naturalis Historiæ. Altera hæc ratio est, qua permotum se Plinius ait ut Tito hos libros dicaret: existimatio scilicet ac pretium illud, quod eis ex tam insigni nuncupatione accessurum intelligeret: quando quidem quæ Principi nuncupata exeunt, publica et ipsa quodammodo fieri, et quandam actorum publicorum præ se ferre speciem videntur: ideoque non simpliciter *ut in acta exeant*, dixit, sed *ut in quædam acta*. Ceterum non videtur conquestus fuisse Titus, hos libros non in acta exire, sed minime ad se mitti, hoc est, dicari. At quæ dicantur, pro actis haberi videntur publicis. Ita fere Pelicerius. Similis isti loquendi formulæ hæc est Plinii genuini XI. 36. 'Ne semina exeant in fruges e terra.'

[l] *Ex æquo*] Quam æquo nobiscum jure vivas, cum te nihil Magistratus, nihil honores efferant. Tamen Solinus, cap. 55. p. 86. 'concorditer vivere Parthos cum Scythis' ait: Plinius, ex quo Solinus hausit, VI. 29. 'ex æquo degere.' Imperium autem pro iis accipe qui subsunt imperio. Sic Plinius alter in Paneg. num. 20. 'Assuescat imperator cum imperio calculum ponere,' &c.

[m] *Triumphalis, &c.*] Ex bello Judaico. Vide Notas et Emend. num. 3.

equestri ordini[n] præstas, præfectus prætorii ejus: omniaque hæc[o] reipublicæ; et nobis quidem qualis in castrensi contubernio. Nec quicquam in te mutavit fortunæ amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses, ut velles.[15 p] Itaque cum ceteris in venerationem[16] tui pateant omnia illa, nobis ad colendum te familiarius audacia sola superest. Hanc igitur tibi imputabis, et in nostra culpa tibi ignosces. Perfricui[q] faciem, nec tamen profeci: quoniam[17] alia via occurris ingens, et longius etiam summoves ingenii fascibus. Fulgurat in nullo unquam verius dicta vis eloquentiæ,[18] tribuniciæ potestatis facundia. Quanto tu ore patris laudes tonas? quanto fratris[19 r]

Harduin. aliique.—15 Dalec. Elz. et Gronov. *et velles;* cod. ap. Dalec. *ut velles;* Chalderii vetus, *ac velles;* alii, *quantum velles.*—16 Cod. Dalec. *veneratione.*—17 Edd. vett. *quoque;* Dalec. Elz. et Gronov. *quando;* cod. Dalec. edd. Harduin. et recentt. *quoniam.*—18 Crus. emend. *dictatoria vis eloquentiæ,* i. e. imperiosa oratio.—19 Cod. ap. Dalec. *quantum fratrem.*—

NOTÆ

[n] *Equestri ordini*] Ordinem ornasti, cum ordinis magistratum decorasti: antea Equitum tantum erat Præfectura Prætorii: tu jus illius ordinis, et magistratus dignitatem, assumendo auxisti. Vide Notas et Emend. num. 3.

[o] *Omniaque hæc*] Omnia hæc, inquit, Reipublicæ præstas: nobis vero nunc talis es, qualis in castrensi contubernio fuisti. Germanico enim bello sub Tito Plinius militarat. Plinius Junior Epist. III. 5.

[p] *Ut velles*] Hoc est, quantum velles. Plin. Jun. in Panegyr. p. 71. 'Ut enim felicitatis est, quantum velis posse; sic magnitudinis, velle quantum possis. Sic apud Tertull. Christiani carmen olim cecinisse Christo dicuntur, 'et Deo;' ubi jampridem eruditi viri legi *ut Deo* oportere, ex Plinii Epistola ad Trajanum intellexere: Eusebio pariter scribente, τὸν Χριστὸν Θεοῦ δικὴν ὑμνεῖν.

[q] *Perfricui*] Perfricare faciem, in proverbium abiit, quo pudorem depulsum significamus; de quo Erasmus est consulendus. Seneca Ep. v. 40. 'Perfrices frontem oportet.' Cic. Tusc. III. p. 385. 'Cum os perfricuisti.' Translata item est altera illa oratio, *ingenii fascibus*, a lictoribus nimirum, qui ante magistratum incedentes, turbam summovent. Si fasces, inquit, magistratuum et honorum tuorum nihil me terrent, nec summovent; at summovet ingenium et eloquentia.

[r] *Quanto fratris*] Quanto, inquit, studio fratris tui laudes æmularis, quem poëtica arte scimus esse eximium? Domitianum enim in condendis versibus exercuisse sese, testantur Suetonius in ejus Vita, cap. 2. p. 111. Silius, Martialis, aliique: Valerius Flaccus inprimis, scribens ad Vespasianum Imp. lib. I. Argon. vs. 21. p. 9. 'Versam proles tua

àmas? quantus in poëtica es? O magna fœcunditas animi! quemadmodum fratrem quoque imitareris,[20] excogitasti. Sed hæc quis possit intrepidus æstimare, subiturus ingenii tui judicium, præsertim lacessitum? Neque enim similis est conditio publicantium, et nominatim tibi dicantium. Tum possem[s] dicere, Quid ista legis, Imperator? Humili vulgo scripta sunt, agricolarum, opificum turbæ, denique studiorum otiosis:[d 21 t] quid te judicem facis? Cum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo.[22 u] Majorem te sciebam, quam ut descensurum huc putarem. Præterea est quædam publica etiam eruditorum rejectio.[v] Utitur illa et M. Tullius, extra omnem ingenii aleam positus, et (quod miremur) per advocatum[w] defenditur.[23]

Nec doctissimis:[x]

Manium Persium hæc legere nolo, Junium Congum volo.[24]

[d] *Iis qui vacant a studiis.*

20 Var. lect. ap. Dalec. *frater quoque imitaretur.*—21 Cod. ap. Dalec. *studiosorum*; alii, *otii studiosis.*—22 *Quam hanc o. cum dicerem, nænias in hoc albo* Turneb. improbante Dalecampio.—23 Al. ap. Dalec. *defensus.*—24 *Hæc d.*

NOTÆ

pandit Idumen, Namque potest, Solymo nigrantem pulvere fratrem, Jactantemque faces, et in omni turre furentem.' Titum vero etiam in fingendis poëmatis promtum et facilem fuisse, vel usque ad extemporalitatem, idem Tranquillus est auctor.

[s] *Tum possem*] Si publicassem, et edidissem tantum, nec tibi nominatim dicassem, rejicerem te lectorem ac judicem: atque hæc a me tibi scripta pernegarem.

[t] *Studiorum otiosis*] Hoc est, iis qui semoti sunt a studiis, propter negotia, quibus distinentur: non tibi, Imperator, qui licet negotiis maximis et operosis implicatus, abundare tamen otio et studio videris: ita ut tuam, ante ceteros, revereri censuram oporteat.

[u] *In hoc albo*] Non eras in eo numero et concilio judicum, a quibus sequo ferrem animo mea scripta lectitari ac dijudicari. Legit hoc loco Turnebus, *cum dicerem nænias in hoc albo*, haud satis sane feliciter.

[v] *Rejectio*] Hoc sumtum est a judicum rejectione, quorum reus judicium reformidat. Hanc rejectionem in judiciis subsequebatur olim aliorum judicum dicta subsortitio.

[w] *Per advocatum*] Defensorem advocat Lucilium Cicero, qui sua advocatione et patrocinio solitus est alios defendere.

[x] *Nec doctissimis*] Hoc est, nec a doctissimis sua Lucilius legi volebat, nec ab indoctissimis: sed a non doctissimis. Vide Notas et Emend. num. 4.

Quod si hoc Lucilius, qui primus condidit styli nasum,[y] dicendum sibi putavit; si Cicero mutuandum, præsertim cum de Republica scriberet; quanto nos causatius[25] ab aliquo judice defendimus?[c 26 z] Sed hæc ego mihi nunc patrocinia ademi nuncupatione: quoniam plurimum refert,[27] sortiatur aliquis judicem, an eligat: multumque apparatus interest[a] apud invitatum hospitem, et oblatum. Cum apud Catonem illum ambitus hostem, et repulsis tanquam honoribus ineptis[28 b] gaudentem, flagran-

[c] *Quanto meliore causa ab aliquo nos judice defendimus, ne de nobis nostrisque judicet?*

P. legere nolo, Lælium Decimum volo Basil. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov. *Nec doctissimis: Manium Persium legere nolo* codd. ap. Dalec. et Turn. *Junium Congum volo* idem Turneb. *et Junium Congium* Herm. Barb. *Omnium Pers.*—25 'Barbarus significatus in vocabulo *causatius* admittendus esset, quo significaret 'cum justa causa,' si Plinium aliquid dixisse istis verbis vellemus. Quare me auctore scribi poterit, *cautius.*' Crus. 'Codex Palatinus habet, referente nobis J. G. Grævio, *quanto nos excusatius?*' Harduin. in Ed. sec.—26 Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *diffidimus.* Edd. vett. et codd. ap. Dalec. et Laet. *defendimur.* Vid. infra Not.—27 Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *plurimum interest*; cod. ap. Dalec. *p. refert*, quod recepit Harduin.—28 Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *indeptis*; vett. ap. Dalec. *inemptis*; Ed. pr. Rom. Venett. Parm. Brix.

NOTÆ

[y] *Styli nasum*] Qui primus apud Latinos satiræ mordacis et pungentis reprehensionem irrisionemque condidit: qui primus stylum acrem in homines distrinxit. Martial. 1. 42. p. 48. 'Non cuicumque datum est habere nasum.' Hoc est, dicacitatem. De Lucilio Quintilianus Instit. x. 1. p. 748. 'Satira quidem tota nostra est, in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius,' &c. Hoc ipsum testatur Horatius 1. Sat. 10. 48.

[z] *Defendimus*] Vett. codd. omnes, editique libri, vel *defendimur* exhibent, vel uti nos edimus, ex R. 1. 2. Colb. 2. *defendimus.* Recens est confictaque lectio, *diffidimus.*

[a] *Apparatus interest*] Differt ab apparatu convivii apparatus. Hospes forte oblatus parabilem ac vilem cibum æqui boni solet consulere: invitatus, nisi laute et opipare accipiatur, conqueri merito solet.

[b] *Honoribus ineptis*] Ita R. 1. 2. Colb. 2. et vetustæ editiones omnes: quas et Turnebus sequitur. Sensus est, Catonem repulsis gavisum, tanquam honores inepti essent, ac contemnendi. Simile illud est, quod de eodem Catone, nempe Uticensi, Seneca tradit lib. de Consol. ad Helv. cap. 13. p. 811. 'Quis ignominiam putet M. Catonis fuisse duplicem in petitione Prætoræ et Consulatus repulsam? ignominia illa Prætoræ et Consulatus fuit, quibus ex Catone honor habebatur.' Fuit aliquando tamen cum *inemptis* scribendum putarem, hoc est, non suffragiorum corruptione emtis: vel *indeptis* retinendum, quod libri recens excusi

tibus [c] comitiis pecunias [d] deponerent candidati, hoc se facere pro innocentia (quod in rebus humanis summum esset) profitebantur. Inde illa nobilis M. Ciceronis suspiratio: 'O te felicem, M. Porci, a quo rem improbam petere nemo audet!' Cum tribunos appellaret L. Scipio [e] Asiaticus, inter quos erat Gracchus, hoc attestabatur, 'vel inimico [f] judici se probari posse.'[29] Adeo summum quisque causæ suæ judicem facit quemcumque, cum eligit,[30 g] unde provocatio appellatur. Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positum, summa eloquentia, summa eruditione præditum, religiose adiri etiam a salutantibus scio. Et ideo subit cura, ut quæ tibi dicantur, te digna sint.[31] Verum et Diis [32] lacte rustici multæque gentes supplicant, et

Harduin. et edd. recentt. *ineptis*.—29 Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *se vel i. j. approbari posse*; aliæ vett. *vel i. j. se approbari posse*. Codd. ap. Dalec. Venett. Parm. Rom. et Brix. *probari*.—30 Basil. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *judicem fecit, quemcunque elegit*. Cod. ap. Dalec. *eligit*. Mox scribit Crusius, *unde nec provocatio audiatur*, vel *admittatur*. —31 *Et ideo curavi ut quæ, &c.* var. lect. ap. Dalec. *Et ideo curavi, quæ tibi dicantur, condigna sint* vett. ap. eund. *Et ideo immensa præter ceteras subit cura, &c.* Basil. Ald. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—32 *Verum diis*, omisso

NOTÆ

præferunt: ut sensus esset, repulsis populi plebisque ventosæ gavisum perinde Catonem, ac si honores ipsos, quos sequi videbatur, esset adeptus.

[c] *Flagrantibus*] Cum magna contentione peteretur, magnoque ambitu. Simile est illud Ciceronis: 'Sequere me in campum: ardet ambitus.' Et Martialis istud, II. 64. 'Fora litibus omnia fervent.' Et illud ejusdem Tullii: 'Calent judicia.'

[d] *Pecunias*] Uti declararent innocentiam suam, Catonem judicem eligendo, cujus judicio nullus unquam nocens est absolutus. Vel uti se ejus tantum arbitratu petere testarentur: qui contra faceret, pecunia, quantam deposuerat, mulctaretur. Hanc rem narrat Cicero ad Q. Fratr. II. Ep. ult. p. 625. 'Res ardet invidia: Tribunitii candidati compromiserunt, HS. D. in singulos apud M. Catonem depositis, petere ejus arbitratu, ut qui contra fecisset, ab eo deponeretur. Quæ quidem comitia, gratuita si fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit, quam omnes leges, omnesque judices.'

[e] *L. Scipio*] Florus in Epitome Livii l. XXXVIII. 'L. Scipio Asiaticus frater Africani, eodem peculatus crimine accusatus damnatusque, cum in vincula et carcerem duceretur, Tiberius Sempronius Gracchus Trib. pl. qui antea Scipionibus inimicus erat, intercessit: et ob id beneficium Africani filiam duxit.'

[f] *Vel inimico*] Etiam Graccho. Adeo magna vis est veritatis.

[g] *Cum eligit*] Vide Notas et Emend. num. 5.

mola tantum[h] salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio Deos colere quoquo modo posset. Meæ quidem temeritati accessit hoc quoque, quod levioris operæ hos tibi dedicavi libellos. Nam nec ingenii sunt capaces, quod alioquin nobis perquam mediocre erat: nec admittunt excessus aut orationes, sermonesve, aut casus[33] mirabiles, vel eventus varios, non alia jucunda dictu, aut legentibus[34] blanda, sterili materia.[i] Rerum natura, hoc est, vita narratur,[j] et hæc sordidissima sui parte, ut plurimarum[35] rerum aut rusticis vocabulis aut externis, immo barbaris, etiam cum honoris præfatione ponendis. Præterea iter est, non trita[k] auctoribus via, nec qua peregrinari animus expetat. Nemo apud nos, qui idem tentaverit, nemo apud Græcos qui unus omnia ea tractaverit.[36] Magna pars studiorum amœnitates quærimus. Quæ vero tractata ab aliis dicuntur immensæ subtilitatis, obscuris rerum tenebris premuntur. Jam omnia attingenda, quæ Græci τῆς ἐγκυκλοπαιδείας[l] vocant, et tamen ignota, aut incerta ingeniis facta. Alia vero ita multis prodita, ut in fastidium sint adducta. Res ardua,

---

et, cod. ap. Dalec. et mox deest etiam *supplicant* in eodem codice.—33 Codex ap. Dalec. *causas*.—34 Idem cod. *ac legentibus*. Gronovius, ex conj. Laet, interpungit: *aut l. blanda. Sterili materia rerum, &c.*—35 Var. lect. ap. Dalec. *ut plurimum*; in cod. ejusdem Dalec. deest *ut*.—36 Vett. Dalecampii,

NOTÆ

[h] *Mola tantum*] Sic far tostum aspersum sale vocabatur, quod eo molito hostiæ aspergebantur. Lacte vero non uni Deo supplicatum olim. Nam teste Horatio, II. Epist. 1. 'Sylvanum lacte piabant.' Nasone, IV. Fast. 'Sylvicolam tepido lacte precare Palem.' Festo: 'Sobrium vicum Romæ dictum putant.... quod in eo Mercurio lacte, non vino, supplicabatur.'

[i] *Sterili materia*] Est, inquit, hæc, ut ait Mela Pomponius, in Præfat. operis sui, pag. 1. 'facundiæ minime capax, et longa magis quam benigna materia.'

[j] *Vita narratur*] Quia omnia, inquit Turnebus, in rerum natura ad aliquem hominum usum et commodum referuntur, et ex omnibus homines in vita aliquid capiunt utilitatis, idcirco vitam dixit rerum naturam.

[k] *Non trita*] Simile est illud Lucretii, I. 924. 'Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo.'

[l] 'Εγκυκλοπαιδείας] Orbem doctrinæ sic Græci vocant. Ad Encyclopædiam pertinent omnes artes liberales et ingenuæ.

vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus vero naturam, et naturæ suæ omnia.[37] Itaque etiam non assecutis, voluisse, abunde pulchrum atque magnificum est.[38] Equidem ita sentio, peculiarem in studiis causam eorum esse, qui difficultatibus victis, utilitatem juvandi prætulerunt gratiæ placendi: idque jam et in aliis operibus ipse feci: et profiteor mirari me T. Livium, auctorem celeberrimum, in historiarum suarum, quas repetit ab origine Urbis, quodam volumine[m] sic orsum: 'Satis jam sibi gloriæ quæsitum: et potuisse se desinere, ni animus inquies[39] pasceretur opere.' Profecto enim populi gentium victoris, et Romani nominis gloriæ, non suæ composuisse illa decuit. Majus meritum esset, operis amore, non animi causa perseverasse; et hoc populo Romano præstitisse, non sibi. Viginti millia rerum dignarum cura, (quoniam,[40] ut ait Domitius Piso, 'thesauros oportet esse, non libros,') ex lectione voluminum circiter duum millium, quorum pauca admodum studiosi attingunt, propter secretum materiæ, exquisitis auctoribus centum, inclusimus triginta sex[41 n] voluminibus, adjectis rebus plurimis, quas aut ignoraverant priores, aut postea invenerat vita. Nec dubitamus, multa esse, quæ et nos præterierint. Homines enim sumus, et occupati officiis: subcisivisque[42 o] temporibus ista curamus, id

---

ea tractaverit invenitur.—37 Cod. Dalec. *et naturæ s. vim.*—38 Vett. *magnum est.*—39 Cod. ap. Dalec. *et potius se desiderare ut animus inquiete;* Turneb. *potuisse desiderare.*—40 Alii ap. Dalec. *quarum.*—41 Al. *triginta septem.* Mox, operarum forte errore in utraque editione Harduini, *abjectis.*—42 Ita quoque Turneb. *succisivisque* Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et

NOTÆ

[m] *Quodam volumine*] Quod temporum injuria intercidit.—'An vero Latinum, aut Plinianum est, 'auctorem' pro scriptore dici, quod in ista Præfatione ter legitur, et in sequente Indice ad singulos libros?' *Ed. sec.*

[n] *Triginta sex*] Quem primum Historiæ Plinianæ librum vocamus, nunc ipse non numerat: quod sit operis Index.

[o] *Subcisivisque*] Sic ea vox scribenda, ut est in utroque cod. Regio, et Colb. 2. et in vet. inscriptione, apud Grut. p. 1081.

est, nocturnis, ne quis vestrum putet his cessatum horis.[43] [p] Dies vobis impendimus: cum somno valetudinem [q] computamus:[f] vel hoc solo præmio contenti, quod dum ista (ut ait M. Varro) musinamur,[g] [44] [r] pluribus horis vivimus. Profecto enim vita vigilia est. Quibus de causis [s] atque difficultatibus nihil auso promittere, hoc ipsum tu præstas quod ad te scribimus. Nec fiducia operis hæc est, sed indicatura.[h] [45] [t] Multa valde pretiosa ideo videntur, quia sunt templis dicata.[46] Nos quidem omnes, patrem, te, fra-

[f] *Somnum valetudine metimur.* [g] *Commentamur otiose.*
[h] *Indicium pretii et æstimationis.*

Gronov.—43 Ita codex Dalecampii. Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *ne quid vestris putetis cessatum horis.* Vett. ap. Dalec. *ne quid nostris.*—44 Vett. ap. Dalec. *mussitamus*; Chiffl. *muginamur.* Festus: '*Muginamur*, nugamur, et tarde conamur.'—45 *Hæc fid. op. est, hæc indicatura* Reg. Brot. 5. Rezz. Herm. Barb. et vett. ap. Dalec. 'Mera est balbuties in his verbis. Emenda: *Hæc fiduciam operis spes est vindicatura.* Hoc est, hæc spes a Titi benigno judicio fiduciam huic operi tribuet. Posset et legi: *Hæc fiducia operis; hæc spes est dicaturo.* Sed illud prius malo.'

NOTÆ

[p] *His cessatum horis*] Hoc est, nocturnis. At Turnebus aliter: Ne quis vestrum, inquit, putet, me his horis quibus hæc scripsi cessasse, et officio meo defuisse. Satis et illud apposite. In editis prius legebatur, *Ne quid vestris putetis cessatum horis.* Cic. ad Attic. II. 7. p. 50. 'Denique aliquid extabit, ne tibi plane cessasse videamur.'

[q] *Valetudinem*] Quasi subducto calculo cum somno; tantum dormio, quantum est valetudini satis. Vel, tantum abest, ut interdiu quicquam officiis detrahamus, ut ne valetudini quidem nisi noctu serviamus: itaque eam cum somno computamus.

[r] *Musinamur*] Commentamur lente, otiose scribimus: verbo, inquit Turnebus, a Musis deducto. Ita quidem scribitur in Colb. 2. At apud Festum, et Nonium, cap. 2. n. 543. *muginamur.* Festus: 'Muginari, est nugari, et quasi tarde conari.' Et Cic. ad Attic. XVI. 12. p. 506. 'De Ocella, dum tu muginaris, nec quicquam rescribis, cepi consilium domesticum.'

[s] *Quibus de causis*] Cum ipse de me, inquit, promittere nihil ausim, tu hoc ipsum præstas, ut multa promittam, quia ad te scribo: cum enim homines censeant nihil tibi dicari nisi perfectum opere et omnibus partibus absolutum, hoc ipso quod tibi hæc nuncupo, magna quædam edere ac polliceri videor.

[t] *Sed indicatura*] Nota, æstimatio, pretium. Sic XXXVII. 7. 'Nec est hodie murrhini alterius præstantior indicatura,' hoc est, nota. Non certa, inquit, operis nostri fiducia nitimur; sed nuncupatione, et hac nominis tui inscriptione opus commendatum, et pluris æstimatum iri intelligimus. De hac voce, *indicatura*, dicemus plura opportunius, XXIX. 8.

tremque diximus opere justo, temporum nostrorum historiam orsi a fine Aufidii Bassi. Ubi sit ea quæres? jam pridem peracta sancitur:[47] [u] et alioquin statutum erat hæredi mandare, ne quid ambitioni [v] dedisse[48] vita judicaretur. Proinde occupantibus[49] locum faveo:[w] ego vero et posteris, quos scio nobiscum decertaturos, sicut ipsi fecimus cum prioribus. Argumentum hujus stomachi [x] mei habebis, quod in his voluminibus auctorum nomina prætexui. Est enim benignum, ut arbitror, et plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, non, ut plerique ex iis, quos attigi, fecerunt. Scito enim conferentem auctores me deprehendisse a juratissimis [y] et proximis veteres transcriptos ad verbum, neque nominatos: non illa Virgiliana [z] virtute, ut certarent; non Ciceroniana simplicitate, qui in libros de Republica, 'Platonis se comitem' profitetur: in Consolatione[50] filiæ, 'Crantorem,' [a] inquit, 'sequor:' item 'Panæ-

Crus.—46 Vet. ap. Dalec. *dicatura.*—47 'Erudituus Harduinus frustra emendavit, *sarcitur;* id est, ut ipse explicat, accuratius elimatur, castigatur. Nihil ex conjectura, nisi si necessaria est, mutandum. Recte dictum, *sancitur;* id est, sancte asservatur et confirmatur. Ut legum, sic librorum est quædam sanctio. Mora et tempore fit.' *Brotier.* Crusius conjectabat etiam, *peracta sarcitur.* Vet. ap. Dalec. *pacta sancitur*, i. e. *pacta*, vel *peracta.*—48 Vett. ap. Dalec. *mand. ut publicaret, ne quid amb. studuisse.*—49 Vet. Dalec. *Proinde vero occupantibus;* Chalderii vet. *Proinde vero ut occup. loc. ego faveo, sic et posteris, &c.*—50 Turneb. *et in consolatione.*—51 Var. lect. ap.

NOTÆ

[u] *Peracta* [*sarcitur*] *sancitur*] Hoc est, accuratius elimatur, castigatur. Vide Notas et Emend. num. 6.

[v] *Ambitioni*] Magis quam veritati serviisse.

[w] *Faveo*] Neque iis invideo, qui ejusdem argumenti historiam edere ante me occupabunt.

[x] *Stomachi*] Candoris, indolis, ingenniique animi.

[y] *A juratissimis*] Ab iis qui sua se scribere quovis sacramento jurarent, nec aliena se pro suis venditare prædicarent: quos religiosissimos, et sanctissimos putes. Rhenanus legit, *a furacissimis*, hoc est, ab iis qui nomine auctoris suppresso, furati sunt opera: ut Græcinus fecit, qui ad verbum omnia sumsit ex Celso, ut Plinius refert XIV. 4. ut Macrobius ex Gellio multa, Solinus ex Plinio. Sed absit ut conjecturæ faveam, cui codex nullus probatæ fidei favet.

[z] *Virgiliana*] Bucolica mutuatus est Maro a Theocrito; ab Hesiodo Georgica; ab Homero Ennioque, Æneida: sed ita tamen ut cum iis certaret; non dissimularet furtum, sed agnosceret mutuum.

[a] *Crantorem*] Librum is 'de Consolatione' scripserat, ut auctor est Cicero Tusc. I. p. 336. vel, ut potius

tium de Officiis:'[51] quæ volumina ejus ediscenda, non modo in manibus quotidie habenda, nosti. Obnoxii[b] profecto animi, et infelicis ingenii est, deprehendi in furto malle, quam mutuum reddere,[c] cum præsertim sors fiat[d] ex usura.[i] Inscriptionis[52] apud Græcos mira felicitas:[e] *Κηρίον*[f] inscripsere, quod volebant intelligi Favum: alii *Κέρας*[g] *ἀμαλθείας*, quod Copiæ cornu, ut vel lactis gallinacei[h] sperare[53] possis in volumine haustum. Jam *Ἴα, Μοῦσαι*,[54] [i]

[i] *Cum sors ipsa acquiratur, soluto eo quod usuræ ac fœnoris nomine exigitur.*

Dalec. *in Officiis.*—52 *Inscriptionum* var. lect. ap. eundem. Mox Crusius legere malit, *mira fœcunditas*, aut *miræ deliciæ*.—53 Turneb. *spectare.*—54 'Ita emendandum esse recte conjecit eruditus Harduinus.' *Brotier. Jam jam Musæ* Venet. Rom. Parm. Brix. Herm. Barb. *Jam ia Musæ* Lugd. 1548. *Jam jam nos* Turneb. *Jam Musæ* Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov.

NOTÆ

reor, inscriptum, *περὶ πένθους*, ut ait Laërtius in ejus Vita, p. 103. de luctu minuendo, Cicero dixit ad Attic. XII. 21. p. 370.—'An vero Plinius diceret, 'consolationem filiæ,' pro consolatione de obitu filiæ?' *Ed. sec.*

[b] *Obnoxii*] Hoc est, imbecilli, abjecti, jejuni, servilis, ac sibi diffidentis: qui ubi quod aliis debitum est, tribuit, suum illud esse damnum aliquod interpretetur. Vide quæ de hac voce dicturi sumus abunde, XIV. 4.

[c] *Mutuum reddere*] Reddit enim mutuum in scriptis, qui quod mutuatus est, a quo id acceperit, fatetur, eum nominando. Sic enim suum non facit: sed quod accepit, hoc reddere ipsum auctori suo se profitetur.

[d] *Sors fiat*] Præsertim, inquit, cum utendo scriptis alienis arbitratu tuo, si candide atque ingenue mutuum agnoscis, scriptoris, a quo acceperis, nomine appellato, id quod unum a te fœnoris et usuræ nomine exigitur, jam sors ipsa, ac summa rei tua tum fiat, contexto ac consarcinato, sine ullo reprehensionis metu, ex alienis operibus tuo.

[e] *Mira felicitas*] Forte scribendum, *festivitas.* Gellius enim e Plinio colorem hunc mutuatus, in præfatione, 'festivitates inscriptionum' dixit.

[f] *Κηρίον*] Gellius in præfatione, *κηρία, favos.*

[g] *Alii Κέρας*] Vide Notas et Emend. num. 7.

[h] *Lactis gallinacei*] Proverbium de re singulari, et admodum rara. Petronius in Fragm. p. 130. 'Omnia domi nascuntur, lana, creta, piper: lac gallinaceum, si quæsieris, invenies.' Vide Suidam p. 589. *Γάλα ὀρνίθων.* Meminit hujus adagii Mnesimachus Comicus apud Athen. lib. IX. p. 387. Vide etiam Erasmum, Chiliad. I. cent. 6. adag. 3. p. 179. Legi hic etiam commode potest, *velut lactis gallinacei, &c.*—'Ita Lucianus, in Dramate de Mercede Conductis p. 243. *Καὶ ἔξοις τὸ τῆς Ἀμαλθείας κέρας, καὶ ἀμέλξεις ὀρνίθων γάλα.*' *Ed. sec.*

[i] *Μοῦσαι* [*Musæ*] Opus suum inscripsit Herodotus apud Græcos novem

Παυδέκται,[j] *Ἐγχειρίδιον*,[55 k] *Λειμώνων*,[l] *Πίναξ*,[m] *Σχέδιον*,[n] inscriptiones, propter quas vadimonium[o] deseri possit. At cum intraveris, Dii Deæque, quam nihil in medio invenies! Nostri crassiores,[p] Antiquitatum, Exemplorum, Artium-

---

Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vid. Not. infra.—55 *Encheiridia*

NOTÆ

Musarum nominibus: apud Latinos, P. Aurelius Opilius, uti ex Suetonio, de Illustr. Gramm. cap. 6. p. 120. Gellioque constat, I. 25. p. 106. Bion quoque Rhetor, apud Laërtium in Bione, aliique. Vide Notas et Emend. num. 8.

j *Παυδέκται*] Quasi rerum omnium receptacula. Tullius Tiro de variis quæstionibus libros composuit, quos Pandectas inscripsit, teste Gellio, uti dicemus in Auctorum indice. Dorothei Pandectæ citantur a Clem. Alex. lib. I. Strom. p. 334. Horum exemplo veteres Jurisconsulti volumen legum, Pandectarum nomine vocavere.

k *Ἐγχειρίδιον*] Manuale, quod in promtu, paratumque foret. Gellius in Præf. *ἐγχειρίδια* dixit. Sic Epicteti liber inscribitur. Glossæ Isidori: 'Manuale liber ad gerendum aptus, qui Enchiridion dicitur.' August. in Enchir. ad Laur. cap. 5. 'Tu autem Enchiridion a nobis postulas, id est, quod manibus possit astringi, non quod armaria possit onerare.'

l *Λειμώνων*] Gellius *λειμῶνας*, *prata*, scripsit. Pamphilus Alex. Grammaticus, apud Suidam tom. II. p. 415. hunc libro suo titulum præfixit, quasi variarum rerum collectanea, varios pratorum flores referentia: *ἔγραψε λειμῶνα· ἔστι δὲ ποικίλων περιοχή.*

m *Πίναξ*] Ita restituimus, ex R. 2. cod. cum prius legeretur, *πινακίδιον*. Quanquam et ea vox tolerari hoc quoque loco potest; cum apud Theodorum Studitam, Catechesi XLIII. e Proleg. ad Solin. p. 27. nihil habet ea vox alienum, aut affectatum, nihil accersiti, fucatique decoris, quod reprehendi queat. Aurelii Opilii *πίναξ* a Suetonio etiam laudatur, de Illustr. Gramm. cap. 6. p. 120.—'Nihilominus *πινακίδιον* nunc magis placet, quæ accepta vox etiam a Julio Firmico, in Indice capitum operis sui; ut et Elenchi vox, pro librorum syllabo.' *Ed. sec.*

n *Σχέδιον*] Hæc vox modo telum significat, hastamve qua cominus pugnatur; modo tumultuarium, et subitarium, ac veluti extemporale opus. Opusculum sic inscripsit Himerius Sophista, apud Photium, in Biblioth. cod. CLXV.

o *Vadimonium*] Tam multa pollicentur inscriptiones hujuscemodi, ut ad librorum lectionem fruendam, vel vadimonium ipsum deserere, in quo de fortunis etiam ageretur, in lucro ponas. At cum intraveris, &c.

p *Nostri crassiores*] Qui crassiore

que.[56] Facetissimi Lucubrationem[q] puto, ut qui Bibaculus[r] erat et vocabatur. Paulo minus asserit Varro in Satiris suis Sesculyssem,[s] et Flextabula. Apud Græcos desiit

cod. ap. Dalec.—56 ‘ Totum locum e vestigiis codicum, quorum varietates hic consuli possunt, sic emendo: *Nostri crassiores, antiquitatum exemplorumque quondam fecundissimi, lucubrationumque putidi abaculis erant, et vocabantur pantomimi, ut asserit Varro in satyris Sesquiulixe et Flexabulis.* Dixit suos, quondam crassiores licet istis Græcorum in inscriptionibus deliciis et ambitione, habuisse tamen hoc cacoëthes, ut antiquitatum et exemplorum nominibus inscriberent farraginem rerum, quæ ubique jam legerentur, et ambitiosi essent in disponendis hujusmodi protritis vulgatissimisque fabulis, tanquam in abaco argentum, sic in hujusmodi lucubrationibus sua frivola exstruentes.’ *Crus.* Cod. ap. Dalec. *Artiumque. F. l. puto quia, ut baculus erat, et vocabatur paulo minus, &c.* ille vero legit: *artiumque. Facetissimus Bibaculus paulo minus. Lucubrationum, qui puto, ut erat, vocabatur, &c.* Edd. vett. Basil. Lugd. 1548. 1606. Elz. et Gronov. *Artiumque quam facetissimi. Lucubrationem, puto, qui Antias civis erat et vocabatur, Valerius primus asserit: Varro in Satyris suis Sesculixem et Flexibulas.* Alii pro *Facetissimi* legunt *Facundissimi.*—

NOTÆ

Minerva e Latinis egerunt, libros suos inscripserunt modesto plane, simplicique titulo: Antiquitatum, ut Varro: Exemplorum, ut Valerius Maximus: Artium, ut alii. Qui autem festiviores videri voluerunt, haud lepidiorem titulum captarunt, quam ut Lucubrationem appellarent: quod Furius ille fecit, qui Bibaculus et reapse erat, et cognominabatur. Quam titulorum facetiam Varro quoque visus est aliquando consectari: atque ea re paululum quiddam de priore modestia, de ingenii sui morumque gravitate remittere. Satiras tum scribebat scilicet, quibus inscripsit hæc nomina festiviora, Sesquiulysem, et Flextabula. Ita gradatim, triplici quasi passu, Plinlana procedit oratio: a crassioribus, Varrone, Valerio, aliisque, ad facetissimos: ab his deinde, ad Varronem quidem ipsum, sed jam paulo minus quam antea, serio agentem.

[q] *Lucubrationem*] Nonius Attam citat in ‘ Lucubratione,’ cap. 7. n. 748.

[r] *Ut qui Bibaculus*] Grammaticum fuisse Furium Bibaculum significat Suetonius, de Illustr. Grammat. cap. 4. p. 120. Hunc inter Catulli et Horatii ævum Quintilianus collocat, x. Instit. i. p. 748. Ciceronis aliorumque veterum jocos et dicta ab eo collecta testatur Macrobius, Saturn. ii. 1. p. 321. Laudat Charisius cap. 1. p. 102. Denique Hieronymus in Chronic. ad Olymp. 169. an. 3. ‘ M. Furius poëta, cognomento Bibaculus, Cremonæ nascitur.’ Carmina ejus aliquot Petr. Pithœus collegit, inter Epigrammata, Poëmatiaque Varia, p. 36. Vide Notas et Emend. num. 9.

[s] *Sesculyssem*] Quasi sesqui-Ulyssem, sive Ulyssem unum integrum, et dimidium: pro summe astute, ac veteratore plane expolito. Sesqui-Ulyssem Varronis citat Nonius cap. 2. n. 481. et alibi sæpe. Eundem in Flextabulis laudat, cap. 1. n. 109. et 113. et cap. 3. n. 171. Inde festivum illud apud Gallos adagium: *A trompeur, trompeur et demi;* quod sic Latine reddas haud inconcinne: Suus Ulyssi sesqui-Ulysses opponetur.

nugari Diodorus, et *Βιβλιοθήκης* historiam suam inscripsit. Apion[t] quidem grammaticus, hic quem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocabat, cum publicæ famæ tympanum potius videri posset, immortalitate donari a se scripsit, ad quos aliqua componebat. Me non pœnítet nullum festiviorem excogitasse titulum. Et ne in totum videar Græcos insectari, ex illis nos velim intelligi pingendi fingendique[u] conditoribus,[57] quos in libellis his invenies,[58] absoluta opera, et illa quoque quæ mirando non satiamur, pendenti titulo[v] inscripsisse: ut[59] APELLES FACIEBAT, aut POLYCLETUS: tanquam inchoata semper arte et imperfecta, ut contra judiciorum varietates superesset artifici regressus[w] ad veniam, velut emendaturo quicquid desideraretur,[60] si non esset interceptus.[x] Quare plenum verecundiæ illud est, quod omnia opera tanquam novissima inscripsere, et tanquam singulis fato ademti.[61] Tria non amplius, ut opinor, absolute traduntur inscripta, ILLE FECIT,[62 y] quæ suis

57 Turneb. *intelligi pingique cond.*—58 *In tabulis suis invenies.*—59 Vet. ap. Dalec. *aut* pro *ut*.—60 Basil. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *desideretur*; vet. cod. ap. Dalec. Harduin. et edd. recentt. *desideraretur*.—61 Cod. et vett. ap. Dalec. *tanquam aliquid singulis fato sit ademptum*.—62 Codex ap. Dalec. *traduntur, quæ absolute inscripta ille fecit*. Var. lect. ap. eundem, *Apelles*

NOTÆ

[t] *Apion*] De eo dicemus in Auctorum syllabo.

[u] *Pingendi fingendique*] Pictoribus, qualis Apelles fuit: et statuariis, qualis Polycletus. Turnebus hunc locum corrigendo depravat, cum ait legi oportere: 'Ex illis nos velim intelligi pingique conditoribus.' Quintilianus XII. 10. p. 894. Euphranorem laudat, quod pingendi fingendique idem mirus artifex fuit.

[v] *Pendenti titulo*] Non dubio, vel pendulo, ut Dalecampius interpretatur: sed qui nondum absolutum opus significaret: verum adhuc pendere, velut imperfectum: ut Maro cecinit: 'Pendent opera interrupta.'

[w] *Regressus*] Ut si quid peccasset, id corrigeret, velut opere nondum perfecto.

[x] *Interceptus*] Fato. Sic paulo post: 'tanquam singulis fato ademti,' hoc est, tanquam fato prærepti absolvere non potuerint.

[y] *Ille fecit*] Non Apellem intelligit, ut plurimi ante nos censuere: sed alios pictura insignes, quorum modo nomina reticet. Hoc illud est quod barbari sic efferre solent, 'Talis fecit.' Ac prior illa quidem loquendi ratio in Formulis Veterum perquam est usitata: qualis est illa Marculfi IX. pag. 19. 'Glorioso illi Regi in Dei nomine ille Rex.' Quæ vero opera tria sic inscripta, *Ille fecit*, suis se locis redditurum Plinius reci-

locis reddam: quo apparuit, summam artis securitatem[63] auctori placuisse, et ob id magna invidia fuere omnia ea. Ego plane meis adjici posse multa confiteor; nec his solis, sed et omnibus quæ edidi:[64] ut ob id[z] caveam istos Homeromastigas.[a] Ita enim verius dixerim,[65] quoniam audio[66] et Stoicos,[b] et Dialecticos, Epicureos quoque (nam de grammaticis semper expectavi) parturire adversus libellos, quos de Grammatica[c] edidi, et subinde abortus facere jam decem annis, cum celerius etiam elephanti pariant. Ceu vero[67] nesciam, adversus Theophrastum[d] hominem in eloquentia tantum, ut nomen divinum inde invenerit, scripsisse etiam fœminam, et proverbium inde natum, 'suspendio[e] arborem eligendi.'[68] Non queo mihi temperare, quo-

fecit.—63 Vet. ap. Dalec. *summa artis securitate.*—64 Codex Dalecampii, *quos edidi.*—65 Hæc verba: *Ita e. v. dixerim*, in ed. Harduin. uncinis inclusa sunt.—66 Vett. ap. Dalec. *quam audio*; codex ejusdem, *nam audio*; al. ap. eund. *quam Stoic. et dial. Epic. quoque. Nam Grammaticos audio, quodque semper, &c.* al. *id semper.*—67 *Seu vero* Gronov.—68 Codex Dalecampii, *eligen-*

NOTÆ

plit, ea ipsa libro quinto ac tricesimo reddit, exsolvitque fidem sectione 10. et 39. ut iis locis dicturi sumus.

[z] *Ut ob id*] Quia multa meis operibus deesse intelligo, id ultro confitendo, depellam a me invidos reprehensores. Forte legi hoc loco satius, *ut obiter.*

[a] *Homeromastigas*] Qualis Zoilus Amphipolites fuit.

[b] *Stoicos*] Recte Stoicos a Dialecticis diversos facit, uti et Priscianus, lib. II. cap. de Oratione, pag. 574. 'Partes orationis sunt secundum Dialecticos duæ, secundum Stoicos vero quinque sunt.' Cicero tamen Dialecticos et Stoicos pro iisdem sæpenumero videtur accipere: quod nimirum Stoici, et quicumque alii Dialecticarum captionum amantes, Dialecticorum etiam plerumque appellatione censebantur: quanquam secta Dialectica fuit, propria ac peculiari nomenclatione appellata, cujus Clitomachus Carthaginiensis princeps extitit, ut auctor est Laërtius in Procem. pag. 5.

[c] *De Grammatica*] Quos 'Dubii Sermonis' inscripserat, libros octo, novissimis Neronis temporibus exaratos, ut ait Plin. Jun. Epist. III. 5. quæ huic est præfixa operi.

[d] *Theophrastum*] Cic. de Nat. Deor. lib. I. pag. 40. 'Istisne fidentes somniis, non modo Epicurus, et Metrodorus, et Hermachus, contra Pythagoram, Platonem, Empedoclemque dixerunt; sed meretricula etiam Leontium contra Theophrastum scribere ausa sit? scito illa quidem sermone, et Attico: sed tamen tantum Epicuri hortus habuit licentiæ,' &c.

[e] *Suspendio*] Suspendio jam quærere mortem oportere homines vitæque renuntiare, cum tantum licentiæ, vel fœminæ, vel imperiti homines sumant, ut in doctissimos scribant.

minus ad hoc[69] pertinentia ipsa censorii Catonis verba ponam: ut inde appareat, etiam Catoni de Militari[f] Disciplina commentanti,[70] qui sub Africano, immo vero et sub Hannibale didicisset militare, et ne Africanum[g] quidem ferre potuisset, qui imperator triumphum reportasset,[h] paratos fuisse istos, qui obtrectatione alienæ scientiæ famam sibi aucupantur. Quid enim ait in eo[71] volumine? 'Scio ego quæ scripta sunt, si palam proferantur, multos fore qui vitilitigent:[72] sed ii potissimum, qui veræ laudis expertes sunt. Eorum ego orationes sino præterfluere.'[73] Nec Plancus[i] illepide, cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quæ ab ipso aut liberis post mortem Planci ederentur, ne respondere posset: 'Cum mortuis non nisi larvas luctari.' Quo dicto sic repercussit illas, ut apud eruditos nihil impudentius judicetur. Ergo securi etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis et litigatoribus composuit (quid enim illi aliud quam litigant aut litem quærunt?) exequemur[74] reliqua propositi. Quia occupationibus[75] tuis publico bono parcendum erat, quid singulis contineretur libris[76] huic Epistolæ subjunxi: summaque cura, ne legen-

dum.—69 Idem codex, *quin ad hoc.*—70 Regg. Brot. 1. 5. 6. Ambrosian. 1. et Londin. *comminanti*, ut placebat Turnebo. Reg. Brot. 2. *commenanti*. Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. aliæque, *commentanti.*—71 *At te in eo* Turneb. —72 Turneb. et cod. ap. Dalec. *qui ita re probent ut eligant;* Rhenanus, *ut vellicent.*—73 Codex Dalecampii et Turneb. *sibi prætereo;* al. *ibi;* al. ap. Dalec. *silentio prætereo.*—74 Codex Dalec. *exequamur.*—75 *Quia viro occup.* codex Dalec. et vett.—76 '*Singulis contineretur libris* bene Reg. 1. 5. 6. Am-

NOTÆ

[f] *De Militari*] Libros de Militari Disciplina scripsisse Catonem hunc Majorem sive Censorium, auctores sunt præterea Fl. Vegetius I. 8. pag. 10. et Priscianus lib. VII. pag. 760. Non est igitur Turnebus audiendus qui hoc loco legit: *De militari disciplina comminanti:* libris præsertim omnibus præferentibus, *commentanti.*

[g] *Ne Africanum*] Livius l. XXXVIII. pag. 485. 'Morte Africani crevere inimicorum animi, quorum princeps fuit M. Porcius Cato, qui vivo quoque eo allatrare ejus magnitudini solitus erat.'

[h] *Reportasset*] Vide Livium lib. XXXIV. pag. 417.

[i] *Nec Plancus*] L. Munatius Plancus, Orator, et idem Ciceronis auditor, qui cum Cæsare in Gallia militavit. De Asinio Pollione dicemus inferius in Auctorum Indice.

dos[77] eos haberes, operam dedi. Tu per hoc et aliis præstabis ne perlegant: sed ut quisque desideraverit[78] aliquid, id tantum quærat, et sciat quo loco inveniat. Hoc ante me fecit in literis nostris[j] Valerius Soranus, in libris quos *Ἐποπτίδων*[79] inscripsit.

brosian. editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Male alii, *contineatur*. Inde autem patet Elenchum, sive Indicem librorum XXXVI. ab ipso Plinio fuisse confectum, et Epistolæ Nuncupatoriæ subjunctum. Inde postea in operis decursu passim a Plinio numerantur XXXVII. Naturalis Historiæ libri. Sectiones autem ab ipso quoque Plinio in Elencho, seu Indice, fuisse notatas indicat probatque Reg. 1.' *Brotier*. Cod. Dalec. etiam *contineretur*. Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *contineatur*.—77 Ita Regg. Brot. Ambrosian. Escorial. Londin. Ed. pr. et Rezz. quod revocavit Brotier. *ne perlegendos* Basil. 1535. 1539. Ald. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—78 Codex Dalecampii, *desiderabit*.—79 Ita Reg. Brot. 6. *epotidon* habent Regg. Brot. 2. 5.

NOTÆ

j *In literis nostris*] Apud Latinos. Fuit huic Valerio Sorano prænomen Quintus. De eo Gellius II. 10. pag. 135. Epoptides scripserat, hoc est, ut Turnebus quidem interpretatur, de Grammatica libros: tanquam de mysteriis literarum et doctrinæ. Erant enim *ἐπόπται*, qui ad inspicienda sacra occulta admittebantur. Q. et D. Valerios Soranos, familiares suos, doctos et Græcis literis et Latinis appellat Cic. de Claris Orator. pag. 564.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD

C. PLINII SECUNDI

PRÆFATIONEM.

1 *Namque tu*] Torsit hic locus eruditorum ingenia, neque se ex eo expedire satis feliciter potuerunt. In libris hactenus editis sic legitur: *Ut obiter emolliam Catullum conterraneum meum. Agnoscis et hoc castrense verbum. Ille enim, ut scis, permutatis prioribus syllabis duriusculum se fecit, quam volebat existimari a Veraniolis et Fabullis.* Quam lectionem secuti sunt Turnebus, Dalecampius, et Pelicerius in notis Mss. inducti scilicet in fraudem a Sigismundo Gelenio, qui vetere neglecta scriptura, *ut objicere moliar*, quam et codices manu exarati, et veteres editiones, Parm. Venet. 1. 2. Brix. Venet. 3. atque adeo Hermolaus ipse retinuit, novam hanc excudit, insigni licentia. Atque illi deinde, ut suo quisque inserviit ingenio, in varias, ut emendarent ea quæ antecedunt, abiere partes. Dalecampius Catullum scripsisse sic autumat: *Tu putare namque Nugas esse aliquid meas solebas.* Turnebus contra Plinium sic emendat: *Nugas esse aliquid meas putare.* Pelicerius: *Putare esse aliquid meas nugas*, secutus editionem Venet. 1519. et Brix. Alii denique: *Nostras esse aliquid putare nugas.* Ut vel resoluto scilicet carmine, vel sic immutato, Catullum emolliat, qui duriusculus alioqui videtur; quod in prima sede ejus versiculi, contra Phaleuciorum leges, (sic enim statuunt,) obstrepat Iambus: atque id aiunt esse, syllabas permutari: quod vereor ut satis Latine dicatur, permutari syllabas, cum pes pro pede ponitur, aut syllaba pro longa brevis. Pedes enim, aut tempora, non syllabam, mutari tum dicimus. Sed et Catullum ita scripsisse, uti hodie legitur, neque obstrepere in prima sede positum Iambum, discere ex Terentiano illi potuere, de Metris, p. 2440. 'Nec peccat,' inquit, 'pede natus ex Iambo,' &c. atque ex ipso Catullo, qui Iambos carmini multos præfigit, Epigr. III. XXXIII. XXXVI. &c. At sunt qui mutatas carminis hujusce leges post Catullum somnient, Martialis ac Domitiani ævo. An igitur, et Vespasiani patris? Quo vero id argumento probent? Sed utut est, miror id sane Terentiani Mauri, Grammatici inprimis accurati, qui longe post

tempora ea vixit, fugisse diligentiam, quod nostri illi acutiores viderint. Adde his, rogari merito interpretes posse, si prioribus in syllabis duriusculum se Catullus fecit, cur has tandem velint esse priores, 'Meas esse aliquid?' occurrunt enim illæ legenti prius, 'Namque tu solebas.' In his igitur vitium omne, si quod est, latere necesse est, non in illis: in quibus tamen unis obstinato omnes fere animo hærent. Sed *setabis* certe, non *syllabis* Plinius scripsit, ut ex Catulli locis duobus a nobis allatis perspicuum est: nam quæ ille setaba priore carmine, nempe duodecimo, a Veranio et Fabullo data, ab Asinio furtim permutata repetit, hæc *priora setaba* Plinius recte nuncupat: quod ea utique posteriora intelligeret, quæ carmine altero, hoc est, quinto et vicesimo, idem reposcit a Thallo sublata. Neque vero ita sui, neque ita decori oblitus est, cum hæc scriberet, ut in primo statim Epistolæ limine, in ipso salutationis aditu, Grammaticum ageret, in eoque esse ibi vellet, ut duriusculum emendaret versiculum, et ad normam legesque reduceret, ac in angis ejuscemodi Principem detineret.

2 *Quoniam volebat*] Ita reposuimus ex vestigiis veterum codicum, cum in editis prius legeretur: *quam volebat*. Dalecampius adjungi cupiebat, *magis quam valebat*. In Colb. 3. *quia volebat*.

3 *Triumphalis*] Quot verba, tot argumenta sunt plane perspicua, quibus palam Plinius facit, Tito a se libros nuncupari Naturalis Historiæ, non, uti quidam opinati sunt, Domitiano fratri. Nam de Tito eadem omnino Suetonius in ejus Vita, cap. 6. p. 109. 'Non destitit participem,' inquit, 'imperii agere: triumphavit cum patre, Censuramque gessit una: eidem collega, et in Tribunitia potestate, et in septem Consulatibus fuit: Præfecturam quoque Prætorii suscepit, nunquam ad id tempus nisi ab Equite Rom. administratam.' Adde et Imperatoris cognomen, quo post Hierosolyma expugnata consalutatum esse ab exercitu auctor est idem Tranquillus: cum interim aliud nihil de Domitiano, cum ipse, tum ceteri scriptores referant, quam Cæsarem appellatum fuisse Vitelliano bello confecto, honoremque deinde Præturæ cum Consulari potestate titulo tenus suscepisse. Adde, si lubet, Parmensem, et alias editiones veteres, Ven. 1. 2. quæ diserte sic inscriptum exhibent hujus præfationis titulum, T. VESPASIANO SUO S. Sex porro Consulatus ordinarios gesserat Titus, cum Plinius hæc commentaretur: septimum nondum inierat: Domitianus totidem sane, sed suffectos tantum: in his nonnisi unum ordinarium, eumque cedente ac suffragante fratre, ut refert idem Suetonius. In hoc Pliniano contextu omnia Salmasius immutat p. 1197. et 1198. sed eum nihil in præsenti moror, cum omnes ei adversentur libri, et Mss. codices: nobis omnia suffragentur. —'Censorius' autem cur alteruter Vespasianus, pater filiusve, dicitur, qui Censuram adhuc gerebat? Nam id muneris ex quo accepit uterque, non deposuit. 'Censorius' autem, ut Consularis, is est, qui magistratu abierit, quo fuerit perfunctus.' *Ed. sec.*

4 *Nec doctissimis*] Habent aliter libri typis excusi: sic nimirum: *Hæc doctissimum Persium legere nolo, Lælium Decimum volo*. Nos secuti sumus veterum codicum fidem, quos Barbarus, Rhenanus, Turnebus, Dalec. et quos ipsi vidimus R. 1. 2. Colb. 2. &c. Videntur porro hæc afferri ex præfatione Ciceronis in libros suos de Republica, quos Plinius respicere se plane mox significat: inde Luciliani versus, qui Trochaicus est, finis citatur, *Nec doctissimis*, ut subintelligatur, hæc scribo: quem alter Tro-

chaicus integer mox sequatur: *Manium Persium hæc legere nolo, Junium Congum volo.* Ubi metri causa in Manio Persioque iota coit. Idem fere Tullius de Orat. lib. II. p. 347. rursum ex Lucilio recitat: sed pro Junio Congo Lælium Decimum ponit: 'Nam ut C. Lucilius,' inquit, 'homo doctus et perurbanus, dicere solebat, ea quæ scriberet, neque ab indoctissimis, neque ab doctissimis legi velle: quod alteri nihil intelligerent: alteri plus fortasse, quam ipse de se: quo etiam scripsit, Persium non curo legere: (hic enim fuit, ut noramus, omnium fere nostrorum hominum doctissimus:) Lælium Decimum volo; quem cognovimus virum bonum, et non illiteratum, sed nihil ad Persium,' &c. Atque ex hoc quidem Tullii loco, ausi sunt Plinii editores, contra codicum omnium auctoritatem Plinium refingere: ac pro Junio Congo, quem illi conspirante consensu exhibent, Lælium Decimum substituere. Perinde quasi hac semel duntaxat usus sit Lucilius forma loquendi, ac de Lælio Decimo uno cogitarit is, quem ex eodem Tullio scimus, de Finib. lib. I. p. 98. nec Lælium, nec Junium adduxisse alias in exemplum hominum non doctissimorum, sed Cosentinos populos, ac Tarentinos: 'Nec vero,' inquit, 'ut noster Lucilius, recusabo quominus omnes mea legant. Utinam esset ille Persius: Scipio vero et Rutilius multo etiam magis: quorum ille judicium reformidans, Tarentinis ait se et Cosentinis et Siculis scribere. Facete is quidem, sicut alias,' &c.

5 *Cum eligit*] Ita R. I. 2. Vulgo in editis, *quemcumque elegit*. Sic paulo ante, *se probari posse*, ex iisdem codd. et antiquis editionibus, Parm. Venet. I. 2. &c. Ac paulo infra: *Et ideo subit cura*, ex iisdem Mss. et Colb. ac vet. Dal. et Tolet. etiam ac Murbac. teste Schotto Observat. v. 5. in quibus tria illa verba absunt, *immensa præter ceteras*, quæ his adjunxerant editores, nos expunximus. Sed illud majoris est momenti, quod recte mihi conjeciase Schottus videtur loc. cit. hæc verba, *unde provocatio appellatur*, assutum purpuræ pannum videri, et ex ora in seriem irrepsisse: aut certe rectius scriptum iri, *unde provocatio expellatur*. Verum consentientibus Mss. omnibus, editisque libris, quicquam inducere vel immutare, nobis religio est.

6 *Peracta sarcitur*] Hoc est, revocatur, retractatur, accuratius elimatur, ad polituram sarcitur, uti de aranea tela Plinius ipse loquitur, XI. 28. Prius in editis legebatur, *sancitur*, quæ vox impeditam habet violentamque sententiam: nos literulæ unius immutatione planam fecimus. Meminit porro hujus operis, libris uno et XXX. comprehensi, historiarum a fine Aufidii Bassi, Plinius Junior, Epist. III. 5. Laudat et Tacitus passim, ut Annal. XIII. p. 204. &c. Librorum Aufidii Bassi, de Bello Germanico, mentio apud Quintilianum, X. 1. p. 750.

7 *Alii κέρας*] Cornu copiæ, in quo videlicet omnis generis doctrinæ artesque tractarentur. Gellius I. 8. p. 35. 'Sotion,' inquit, 'ex Peripatetica disciplina haud sane ignobilis vir fuit. Is librum multæ variæque historiæ refertum composuit, eumque inscripsit, Κέρας Ἀμαλθείας· ea vox hoc ferme valet, tanquam si dicas, *Cornucopiæ*.' Phocion, Φωκίων, Peripateticus, ἐν τῷ κέρατι τῆς Ἀμαλθείας laudatur a Scholiaste Aristoph. in Pluto, p. 16. ubi eandem historiam ex Phocione recitat, de Laide et Demosthene, quam Gellius ex Sotione. Ut ex eo Gellius sit emendandus, apud quem temere Henr. Steph. 'Sotion' pro 'Phocion' reposuit, cum in priore edit. Lugd. Gryph. 1539. recte 'Phocion' legatur.

8 *Jam Musæ*] Regii codicis 2. et

veterum editionum lectio est, quam et Barbarus probat: *Jam jam Musæ.* In Colbert. 3. *Jam jam mos:* unde fortassis sincera emendatio fuerit, *Jam Ἴα, Μοῦσαι, παυδάκται, κ. τ. λ.* Sic enim erunt omnes inscriptiones Græce scriptæ. Sunt autem Ἴα viola, accommodatus sane titulus florum suavium referto operi. Ἀνθηρῶν, *Floridorum*, inscriptionem refert Gellius in præfat.

9 *Ut qui Bibaculus*] Hanc lectionem nos ita primi in integrum restituimus, ex vestigiis veterum exemplarium, præsertim R. 2. et vet. Dalec. qui sic habent: *Artiumque facetissimi lucubrationem puto quia vivaculus erat et vocabatur paulo minus asserit Varro in Satyris suis sustulit et flaxtabula.* Quam lectionem agnoscit et Hermolaus in suis Mss. et ante illum editiones veteres, donec Rhenanus excogitavit hanc novam: *Lucubrationem puto, qui Antias civis erat et vocabatur, Valerius primus asserit: Varro in Satyris, &c.* Quas emendationum nugas mirari satis non possum adeo temere inexplorata re ab editoribus Plinianis statim arreptas, contra omnium exemplarium fidem. Non possum etiam admirabilem de hoc loco Salmasii conjecturam præterire silentio, qui in Prolegom. ad Solin. p. 17. locum hunc ita corrigit, an corrumpit? *Facetissimi lucubratiorum, a lucubro, qui ut facula cerata, et vocatur panos vel phanos: Asserit Varro in Satyris Sesquiulysse, et Flaxtabulis.* Et hac emendatione nihil certius esse pronuntiat: lucuber videri dixisse Plinium pro lucubrum, ut candelaber pro candelabrum: φανὸς et πανὸς Græcis antiquis *faculam* esse: denique vocem illam *lucubratiorum*, quia obscurior esset, verbis illis Græcanicis, Latinisque obsoletis, exponere Plinium sategisse. Cui, amabo, quicquam horum emunctæ naris viro probaverit?

C. PLINII SECUNDI

HISTORIARUM MUNDI

ELENCHOS.[1]

LIBRO II. continetur de Mundo et Elementis.[2]

I. AN finitus[3] sit mundus, et an unus.
II. De forma ejus.

1 ‘ Index iste in nullo exemplari manuscripto est integer: et qui locupletissimus ex iis repertus est, a nobis nihilominus augendus multis locis fuit, id quod Italico charactere fecimus. Ex eo autem indicio apparet, jure non videri esse hunc Plinii, hoc est, scriptoris perquam accurati fœtum.’ *Hard.* ‘ Librum hunc primum esse verum ac genuinum Plinii fœtum est certissimum, patetque tum ex Plinio in nuncupatoria ad Titum Epistola, (vid. ibi Varr. Lectt. n. 76.) tum ex ceteris Plinii libris, ubi hanc esse totius operis partem, eamque primam, passim commemorat.’ *Brotier.* Hinc sequuntur in Reg. Brot. 1. et edd. antiq. Librorum inscriptiones, quæ neque leguntur in codd. Dalec. nec in ed. Harduin. et Brotier: hæ scilicet:

LIBRORUM OMNIUM TRIGINTA SEPTEM LIBER UNUS,

QUI PRIMUS.

Summatim hæc insunt Libris singulis.

Primo, Præfatio operis ad Titum Vespasianum Cæsarem. Item auctorum nomina, ex quibus desumsit ea, quæ persequitur libris sex et triginta, capita rerum singularum attingens,	*Libros.*
Secundo, de mundo, et elementis et sideribus,	*Mundum.*
Tertio, primus et secundus Europæ sinus,	*Hactenus.*
Quarto, tertius Europæ sinus,	*Tertius.*
Quinto, describitur Africa,	*Africam.*
Sexto, Asiæ descriptio continetur,	*Pontus.*
Septimo, de homine, et rebus ab homine inventis,	*Mundus.*
Octavo, terrestrium animalium genera,	*Ad reliqua.*
Nono, aquatilia,	*Animalium.*
Decimo, volucrum genera,	*Sequitur.*
Undecimo, insecta animalia,	*Restant.*
Duodecimo, plantæ odoratorum,	*Animalium.*
Decimo tertio, plantæ arborum peregrinarum,	*Hactenus.*
Decimo quarto, plantæ vitium,	*Externa.*
Decimo quinto, plantæ arborum frugiferarum,	*Oleam.*

III. De motu. Cur mundus dicatur.
IV. De elementis, et planetis.
V. De Deo.
VI. De siderum errantium natura.[4]
VII. De Lunæ[5] et Solis defectibus.
VIII. De magnitudine siderum.
IX. Quæ quis invenerit in observatione cœlesti.
X. Quando recurrant Solis ac Lunæ defectus.
XI. De Lunæ motu.
XII. Errantium motus, et luminum canonica.
XIII. Quare eadem altiora, alias propiora videantur.
XIV. Cur motus dissimiles eadem habeant.
XV. Catholica siderum errantium.[6]
XVI. Quæ ratio colores eorum mutet.
XVII. Solis motus, et dierum inæqualitatis ratio.
XVIII. Quare fulmina Jovi assignentur.

Decimo sexto, plantæ arborum sylvestrium, *Pomiferas.*
Decimo septimo, plantæ sativarum, *Natura.*
Decimo octavo, natura frugum et cerealium, ac studia agricolatoris, *Sequitur.*
Decimo nono, linum, spartum, et hortensia, *Siderum.*
Vicesimo, quæ cibis et medicinæ in plantis sativis conveniant, *Maximum.*
Vicesimo primo, flores et coronamenta, *In hortis.*
Vicesimo secundo, coronæ et medicinæ ex herbis, *Complexæ.*
Vicesimo tertio, medicinæ ex vino et arboribus urbanis, *Peracta.*
Vicesimo quarto, medicinæ ex arboribus sylvestribus, *Ne sylvæ.*
Vicesimo quinto, medicinæ herbarum sponte nascentium, *Ipsa quæ.*
Vicesimo sexto, novi morbi, et medicinæ quarundam herbarum per morbos, *Sensit.*
Vicesimo septimo, herbæ aliæ quædam et medicinæ, *Crescit.*
Vicesimo octavo, medicinæ ex homine et animalibus magnis, *Dictæ erunt.*
Vicesimo nono, de medicinæ auctoribus, et medicinæ ex reliquis animalibus, *Natura.*
Tricesimo, magia, et medicinæ quædam per membra, *Magicas.*
Tricesimo primo, medicinæ ex aquatilibus, *Aquatilium.*
Tricesimo secundo, reliqua ex aquatilibus, *Ventum.*
Tricesimo tertio, metalla auri et argenti, *Metalla.*
Tricesimo quarto, metalla æris et plumbi, et artifices ærarii, *Proxime.*
Tricesimo quinto, pictura, coloresque et pictores, *Metallorum.*
Tricesimo sexto, marmora, et lapides, *Lapidum.*
Tricesimo septimo, gemmæ, *Ut nihil.*

—2 Gronov. *de mundo et cœlestibus, et terrestribus, et aëriis.*—3 *An infinitus* codex Dalecampii. Alius ordo, aliæ inscr. capitum in edd. ante Harduin. Videndæ Nott. Varr.—4 *De siderum natura. De planetarum motu* Harduin. 1. 2. 3. et Bipont. *De siderum errantium natura* Reg. Brot. 1.—5 *De Lunæ natura* cod. Dalec. Mox al. *de defectu solis.*—6 *Catholica siderum* Harduin.

XIX. Intervalla siderum.
XX. De sideribus, musica.
XXI. De mundo, geometrica.
XXII. De repentinis sideribus, seu cometis.
XXIII. Natura, et situs, et genera eorum.
XXIV. Hipparchea,[7] de sideribus.
XXV. De cœlestibus prodigiis,[8] per exempla historica. Faces, lampades, bolides.
XXVI. Trabes cœlestes, chasma cœli.
XXVII. De cœli coloribus, et flamma cœlesti.
XXVIII. De coronis cœlestibus.
XXIX. De circulis repentinis.
XXX. Solis defectus longiores.
XXXI. Plures Soles.
XXXII. Plures Lunæ.
XXXIII. Dierum lux noctibus.
XXXIV. Clypei ardentes.
XXXV. Ostentum cœli semel notatum.
XXXVI. De discursu stellarum.
XXXVII. De stellis quæ Castores vocantur.[9]
XXXVIII. De aëre; et quare lapidibus pluat.[10]
XXXIX. De statis tempestatibus.
XL. De Caniculæ ortu.[11]
XLI. Vis temporum anni stata.[12]
XLII. De incertis tempestatibus.[13]
XLIII. De tonitribus et fulgetris.
XLIV. Ventorum origo.
XLV. Ventorum observationes diversæ.
XLVI. Ventorum genera.
XLVII. *Ventorum tempora.*

1. 2. 3. et Bipont. *errantium* addit Reg. Brot. 1.—7 *Hipparchi* cod. Dalec. —8 *De cometis, et de cœlestibus,* &c. idem codex; et mox, *et cœlestes lamp. trabes et bolides.*—9 Harduin. 1. 2. 3. et Bipont, *quæ in terris marique existunt.* Reg. 1. *quæ Castores vocantur.*—10 Harduin. 1. 2. 3. et Bipont. delent *et quare lapidibus pluat,* et mox inserunt sectioni XLII.—11 *De vi Caniculæ* al. *De C. exortu* cod. Dalec.—12 Cod. Dalec. *statuta.*—13 *De i. tempestatibus. De imbribus. Quare lapidibus pluat* idem codex. *De inc. temp. et*

XLVIII. Naturæ ventorum.
XLIX. Ecnephias et Typhon.
L. Turbines, præsteres, vortices, et alia prodigiosa genera tempestatum.
LI. De fulminibus: quibus in terris non cadant, et quare.
LII. Genera fulgurum, et miracula.
LIII. Etrusca observatio in his, et Romana.[14]
LIV. De fulminibus evocandis.
LV. Catholica fulgurum.
LVI. Quæ nunquam feriantur.
LVII. Lacte pluisse, sanguine, carne, ferro, lana, lateribus coctis.
LVIII. Armorum crepitum, et tubæ sonitum de cœlo auditum.
LIX. De lapidibus cœlo cadentibus. Anaxagorea de his.
LX. Arcus cœlestis.
LXI. Natura grandinis, nivis, pruinæ, nebulæ, roris: nubium imagines.[15]
LXII. Proprietates cœli in locis.
LXIII. Natura terræ.
LXIV. De forma ejus.
LXV. An sint Antipodes.
LXVI. Quomodo aqua terræ innexa. De navigatione maris et fluminum.[16]
LXVII. An circumdatus terræ Oceanus.
LXVIII. Quæ portio terræ habitetur.
LXIX. Mediam esse mundi terram.
LXX. De obliquitate Zonarum.
LXXI. De inæqualitate climatum.
LXXII. Ubi eclipses non appareant, et quare.

imbribus, et quare, &c. Harduin. 1. 2. 3. et Bipont. vid. supra n. 10.—14 *De observationibus* edd. vett. *De observatione Thuscorum* cod. Dalec.—15 Harduin. 1. 2. 3. et Bipont. *roris nubium*. Reg. Brot. 1. *roris: nubium imagines*. —16 *De navigatione maris et fluminum* desunt in Harduin. 1. 2. 3. et Bipont.

LXXIII. Quæ ratio diurnæ lucis in terris.
LXXIV. Gnomonica de eadem re.[17]
LXXV. Ubi, et quando nullæ umbræ.
LXXVI. Ubi bis anno : ubi in contrarium umbræ ferantur.
LXXVII. Ubi longissimi dies, ubi brevissimi.
LXXVIII. De primo horologio.
LXXIX. Quomodo observentur dies.[18]
LXXX. Differentia gentium ad rationem mundi.[19]
LXXXI. De terræ motibus.
LXXXII. De terræ hiatibus.
LXXXIII. Signa motus futuri.
LXXXIV. Auxilia contra motus futuros.
LXXXV. Portenta terrarum semel tradita.
LXXXVI. Miracula terræ motus.
LXXXVII. Quibus locis maria recesserint.[20]
LXXXVIII. Insularum enascentium ratio.
LXXXIX. Quæ et quibus temporibus enatæ sint.
XC. Quas terras interruperint maria.
XCI. Quæ insulæ continenti adjunctæ sint.
XCII. Quæ terræ in totum mari permutatæ.
XCIII. Quæ terræ ipsæ se sorbuerint.
XCIV. Urbes haustæ mari.
XCV. De spiraculis terrarum.
XCVI. De terris semper trementibus : et de fluctuantibus insulis.
XCVII. Quibus locis non impluat.
XCVIII. Acervata terrarum miracula.
XCIX. Qua ratione æstus maris accedant et recedant.
C. Ubi æstus extra rationem idem faciant.
CI. Miracula maris.
CII. Quæ potentia Lunæ ad terrena, et maria : [21]

sed ea agnoscunt Reg. Brot. 1.—17 *Canonica de, &c.* Harduin. 1. 2. 3. et Bipont. *Gnomonica* Reg. Brot. 1.—18 *Quomodo dies observentur* edd. vett. *Quomodo d. observantur* cod. Dalec.—19 *Differentiæ gentium ratio* edd. antiq. *Differentiæ g. et ratio* cod. Dalec.—20 Cod. Dalec. *recesserunt.*—21 *Quæ po-*

CIII. Quæ Solis.
CIV. Quare salsum mare.
CV. Ubi altissimum mare.
CVI. Mirabilia fontium et fluminum.
CVII. Ignium et aquarum juncta miracula.[22]
CVIII. De maltha.
CIX. De naphtha.
CX. Quæ loca semper ardeant.
CXI. Ignium per se miracula.
CXII. Terræ universæ mensura.
CXIII. Harmonica mundi ratio.

Summa. Res, et historiæ, et observationes CCCCXVII.[23]

Ex Auctoribus:

M. Varrone, Sulpicio Gallo, Tito Cæsare[a] Imperatore, Q. Tuberone, Tullio Tirone,[b] L. Pisone, T. Livio, Corn. Nepote, Statio Seboso, Cælio Antipatro, Fabiano, Antiate, Muciano, Cecina qui de Etrusca disciplina scripsit, Tarquitio[24] qui item, Julio Aquila qui item, Sergio Paulo.[25]

Externis:

Platone, Hipparcho, Timæo,[26] Sosigene, Petosiri, Ne-

---

testas cod. Dalec. *Potestas Lunæ terrena et marina* edd. vett.—22 *Ignium et a. j. m. et de maltha* cod. Dalec.—23 Gronov. *CCCCXVIII.* Dalecampii codex, *quadringentæ decem et septem.*—24 *Tarquinio* Macrob. Saturn. lib. III. cap. ult. sed perperam, monente Pithœo Adv. I. 20. Verba *qui item* omisit Gronov.—25 *L. Julio Aquilaque, item Sergio Paulo* cod. Dalec. *L. Aquila,*

NOTÆ

[a] *Tito Cæsare*] In codd. Mss. *T. Cæsare Imp.* quod imperiti de Tiberio acceperunt, atque ita in libris ediderunt, qui hactenus sunt typis impressi. Vide quæ dicturi sumus II. 22. In veteribus nummis et inscriptionibus, T. Titum, Ti. Tiberium significat.

[b] *Tullio Tirone*] Ita quidem Mss. quos vidi. At Parmensis editio, aliæque vett. *Tullio Cicerone*; id quod fortassis sincerius est: plurima certe quidem e Tullianis libris hausta esse hoc operis Pliniani secundo volumine, sumus ostensuri sæpissime: quid a Tirone acceperit, difficile est conjicere, præter locum fortassis unum, quem sect. 39. hujus libri indicaturi sumus.

cepso, Pythagoricis, Posidonio, Anaximandro, Epigene Gnomonico, Euclide, Cœrano [27] Philosopho, Eudoxo, Democrito, Critodemo, Thrasyllo, Serapione, Dicæarcho, Archimede, Onesicrito, Eratosthene, Pythea, Herodoto, Aristotele, Ctesia, Artemidoro Ephesio, Isidoro Characeno, Theopompo.

qui, &c. Gronov.—26 *Timarcho* cod. Dalec.—27 *Cerano* Gronov.

LIBRO III. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes, flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt:

I. EUROPÆ *in universum finis ac sinus præmittuntur*: [1]
II. *Tum Hispaniæ totius*:
III. Bæticæ:
IV. Hispaniæ citerioris:
V. Narbonensis provinciæ:
VI. Italiæ:
VII. *Nona Italiæ regio*:
VIII. *Septima Italiæ regio*:
IX. *Prima Italiæ regio*: Tiberis, Roma.
X. *Tertia Italiæ regio*:
XI. Insularum LXIV. In his, Balearium:
XII. Corsicæ: [2]
XIII. Sardiniæ:
XIV. Siciliæ.
XV. *Magna Græcia*. A Locris.
XVI. *Secunda Italiæ regio*:
XVII. *Quarta Italiæ regio*:
XVIII. *Quinta Italiæ regio*:
XIX. *Sexta Italiæ regio*:
XX. *Octava Italiæ regio*: De Pado. [3]
XXI. *Undecima Italiæ regio*: Italia trans Padum: [4]

1 *De Europa* edd. vett.—2 *De Corsica* in iisdem; cod. Dalec. *Corsica, Ebusus: Colubraria.*—3 *De Pado flumine* edd. vett.—4 *De Italia transpadana,*

XXII. *Decima Italiæ regio:*
XXIII. Istriæ situs et populi:
XXIV. Alpium, et gentium Alpinarum:
XXV. Liburniæ, et Illyrici:
XXVI. Dalmatiæ:
XXVII. Noricorum:
XXVIII. Pannoniæ:
XXIX. Mœsiæ:
XXX. Insularum Ionii et Adriatici maris.

Summa: Oppida et gentes:
Flumina clara:
Montes clari:
Insulæ:
Quæ intercidere, oppida aut gentes:[5]
Res, et historiæ, et observationes CCCXXVI.

EX AUCTORIBUS:

Turannio Gracile,[6] Corn. Nepote, T. Livio, Catone Censorio, M. Agrippa, M. Varrone, Divo Augusto, Varrone Atacino, Antiate, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Curione patre, Cælio, Arruntio, Seboso, Licinio Muciano, Fabricio Tusco, L. Atteio Capitone, Verrio Flacco, L. Pisone, Gelliano,[a] Valeriano.

EXTERNIS:

Artemidoro, Alexandro Polyhistore, Thucydide, Theophrasto, Isidoro, Theopompo, Metrodoro Scepsio, Callicrate, Xenophonte Lampsaceno, Diodoro Syracusano,[7] Nymphodoro, Calliphane, Timagene.

regio XI. in iisdem.—5 *Summa flumina clara, &c.* Laet. in Elzev. 'Deest numerus in omnibus codd.' *Hard.* Vid. Nott. Varr.—6 *Terrannio Gracculo* cod. Dalec. *Turannio Graccula* edd. vett. Elzev. et Gronov.—7 Edd. vett. cum Elzev. et Gronov. addunt *Nymphodoro.*

NOTÆ

[a] *Gelliano*] In libris editis hactenus perperam legebatur *C. Æliano:* in Regio 1. et 2. *Celliano.* Citatur Gellianus sect. 17. libri hujus. Vide Auctorum Indicem, sub calcem additum.

LIBRO IV. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes,[1] flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt:

I. EPIRI.
II. *Acarnaniæ.*
III. *Ætoliæ.*
IV. *Locridis et Phocidis.*
V. *Peloponnesi.*
VI. Achaiæ.
VII. *Messeniæ.*
VIII. *Laconiæ.*
IX. *Argolidis.*
X. *Arcadiæ.*
XI. Atticæ.
XII. *Bœotiæ.*
XIII. *Doridis.*
XIV. *Phthiotidis.*
XV. Thessaliæ:
XVI. Magnesiæ:
XVII. Macedoniæ:
XVIII. Thraciæ: *Ægæi maris:*
XIX. Insularum ante eas terras: inter quas,
XX. Cretæ,
XXI. Euboeæ,
XXII. Cycladum,
XXIII. Sporadum.
XXIV. Hellesponti, Mæotidis.[2]
XXV. Daciæ, Sarmatiæ:
XXVI. Scythiæ:
XXVII. Insularum Ponti: *Insularum Oceani Septemtrionalis.*
XXVIII. Germaniæ.
XXIX. Insularum in Gallico Oceano XCVI. quas inter,
XXX. Britanniæ.

1 Gronov. *montes, portus.*—2 *Mæotis, Hellespontus* cod. Dalec.—3 Gronov.

XXXI. Belgicæ Galliæ :
XXXII. Lugdunensis Galliæ :
XXXIII. Aquitanicæ Galliæ :
XXXIV. Citerioris Hispaniæ, ab Oceano Gallico :
XXXV. Lusitaniæ :
XXXVI. Insularum in mari Atlantico.
XXXVII. Universæ Europæ mensura.

Summa : Oppida, et gentes,
Flumina clara,
Montium clari,
Insulæ.[3]
Quæ intercidere oppida, aut gentes.[4]

Res, historiæ, et observationes.

Ex Auctoribus :

M. Varrone, Catone Censorio, M. Agrippa, Divo Augusto, Varrone Atacino, Corn. Nepote, Hygino, L. Vetere, Pomponio Mela, Licinio Muciano, Fabricio Tusco, Atteio Capitone, Atteio Philologo.

Externis :

Polybio, Hecatæo, Hellanico, Damaste,[5] Eudoxo, Dicæarcho, Timosthene, Eratosthene,[6] Ephoro, Cratete Grammatico, Serapione Antiochense, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Eumacho,[a] Timæo Siculo, Myrsilo,[7] Alexandro Polyhistore, Thucydide, Dosiade, Anaximandro, Philistide Mallote,[8] Dionysio, Aristide, Callidemo,

---

cum Elzev. et all. vett. *Summa oppida et gentes. Summa flumina clara. Summa montium clara. Summa insulæ, quæ, &c.*—4 Numerus deest in omnibus Harduini codd. et in edd. vett.—5 *Damasceno* edd. vett.—6 Deest in Harduin. 1. 2. 3. Bipont. aliæque edd. ante Brotier.—7 *Eumacho Siculo Musico* Lugd. 1548. 1606. Dalec. all. vett. Elzev. et Gronov.—8 Gronov. *Philistide*,

NOTÆ

[a] *Eumacho*] In editis hactenus legebatur *Eumacho Siculo Musico*. In R. 1. 2. *Timæo Siculo Musæio*. In Colb. 2. *Timæo Siculo Mursilo*. Unde nos sinceram lectionem eruimus. Vide Indicem Auctorum.

Menæchmo, Aglosthene,[9 b] Anticlide, Heraclide, Philemone, Xenophonte,[10 c] Pythea,[11] Isidoro, Philonide, Xenagora, Astynomo, Staphylo, Aristocrito,[12] Metrodoro, Cleobulo, Posidonio.

Mallote, divisis nominibus tanquam diversis auctoribus.—9 *Ædosthene* edd. Basil. 1535. 1545. Lugd. 1548. 1561. 1606. Elzev. et Gronov.—10 *Menophonte* Gronov. et al.—11 *Pythia* Gronov.—12 *Aristocrito* delent Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz. quod nomen exhibent Reg. 1. et omnes aliæ edd.

NOTÆ

[b] *Aglosthene*] Ita restituimus, cum prius legeretur *Ædosthene*. Vide Indicem Auctorum.

[c] *Xenophonte*] Lampsaceno scilicet, cujus mentio apud Plin. libri hujus sect. 27. et in Indice prioris ac subsequentis libri. In editis hactenus corrupte legitur *Menephonte*.

LIBRO V. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus montes, flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt:

I. MAURITANIARUM:
II. Numidiæ:
III. Africæ:
IV. Syrtium:
V. Cyrenaicæ:
VI. *Libyæ Mareotidis:*
VII. Insularum circa Africam:
VIII. Aversorum Africæ:
IX. Ægypti et Thebaidis:
X. Nili:
XI. *Urbium in Ægypto:*
XII. Arabiæ, quæ est ad mare Ægyptium:
XIII. Syriæ:
XIV. Idumææ, Palæstinæ, Samariæ:
XV. Judææ:
XVI. *Decapoleos:*
XVII. Phœnices:
XVIII. Syriæ Antiochiæ:
XIX. *Reliquæ Syriæ:*

XX. Euphratis :
XXI. *Syriæ ad Euphratem :*
XXII. Ciliciæ,[1] et adjunctæ gentes :
XXIII. Isauricæ, et Homonadum :
XXIV. Pisidiæ :
XXV. Lycaoniæ :
XXVI. Pamphyliæ :
XXVII. Tauri montis :
XXVIII. Lyciæ :
XXIX. Cariæ :
XXX. *Lydiæ :*
XXXI. Ioniæ :
XXXII. Æolidis :
XXXIII. Troadis, et adjunctæ gentes :
XXXIV. Insularum ante Asiam CCXII. In his
XXXV. Cypri,
XXXVI. Rhodi,
XXXVII. Sami,
XXXVIII. Chii,
XXXIX. Lesbi.
XL. Hellespontus, et Mysia.
XLI. Phrygia.
XLII. Galatia, et adjunctæ gentes.
XLIII. Bithynia.
XLIV. *Insulæ in Propontide.*

Summa : Oppida et gentes,
Flumina clara,
Montium clari,
Insulæ, CXVII.[2]
Quæ intercidere oppida aut gentes.[3]

Res,[4] historiæ, et observationes.

1 *Ciciliæ* errore operarum in ed. Bipont.—2 *Summa flumina clara. Summa montium clara. Summa insulæ CXVII.* edd. vett. Elzev. et Gronov. *CXVIII.* cod. Dalec. 'Numerus deest in omnibus codd. Numerus insularum *CXVIII.* manifesto in mendo cubat. Forte, *CCCXVIII.*' Hard.—3 Hæ voces, *aut gentes*, desunt ap. Gronov. et Elzev.—4 *Summa res, &c.* edd. vett.

EX AUCTORIBUS:

Agrippa, Suetonio Paulino,[5] M. Varrone,[6] Varrone Atacino, Corn. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela, Domitio Corbulone, Licinio Muciano, Cl. Cæsare, Arruntio,[7] Livio filio, Seboso, Actis triumphorum.

EXTERNIS:

Juba rege, Hecatæo, Hellanico, Damaste, Dicæarcho, Bætone,[8a] Timosthene, Philonide, Xenagora, Astynomo, Staphylo, Aristotele, Dionysio, Aristocrito, Ephoro, Eratosthene, Hipparcho, Panætio, Serapione Antiocheno, Callimacho, Agathocle, Polybio, Timæo Mathematico, Herodoto, Myrsilo, Alexandro Polyhistore, Metrodoro, Posidonio qui *Περίπλουν* aut *Περιήγησιν*, Sotade, Periandro, Aristarcho Sicyonio,[9] Eudoxo, Antigene, Callicrate, Xenophonte Lampsaceno, Diodoro Syracusano, Hannone, Himilcone, Nymphodoro, Calliphane,[10] Artemidoro, Megasthene, Isidoro Cleobulo, Aristocreonte.

Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov.—5 *Suetonio, Paulino*, distinctis nominibus in ed. Gronov.—6 *M. Varrone* deest in edd. vett. Lugd. Leyd. Dalec. Elzev. et Gronov.—7 *Aruntio* habent eædem edd.—8 *Bione* edd. vett. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov.—9 *Aristarcho, Sicyonio* distinxit Gronovius.—10 *Calliphone* edd. vett. etiam Bipont.

NOTÆ

[a] *Bætone*] Ita restituimus ex R. 1. 2. et Colb. 2. pro *Bione*. In Indice libri seq. rursum *Dicæarcho*, ut hic, *Bæto* subjungitur.

LIBRO VI. continentur situs, gentes, maria, oppida, portus, montes,[1] flumina, mensuræ, populi qui sunt aut fuerunt:

I. PONTI et Maryandinorum:
II. Paphlagonum:
III. Cappadocum.

1 Deest *montes* in edd. vett. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov. Mox *Mari-*

IV. Themiscyrena regio, et in ea gentes.
V. Regio Colica, et gentes Achæorum, et ceteræ eodem tractu gentes.
VI. Bosporus Cimmerius.
VII. Mæotis, et gentes circa Mæotim.
VIII. *Cappadociæ situs.*
IX. Armenia major, et minor.
X. Cyrus fluvius, et Araxes.
XI. Albania, Iberia, et junctæ gentes.
XII. Portæ Caucasiæ.
XIII. Insulæ in Ponto.
XIV. Gentes a Scythico Oceano.
XV. Caspium et Hyrcanium mare.
XVI. Adiabene.
XVII. Media, et Portæ Caspiæ.
XVIII. Gentes circa Hyrcanium mare.
XIX. Scytharum gentes et situs ab Oceano Eoo.
XX. Seres.
XXI. Indi.
XXII. Ganges.
XXIII. Indus.
XXIV. Taprobane.[2]
XXV. Ariani et junctæ gentes.[3]
XXVI. Navigationes in Indiam.
XXVII. Carmania.[4]
XXVIII. Sinus Persicus, et Arabicus.
XXIX. Parthorum regna.
XXX. Mesopotamia.
XXXI. Tigris.
XXXII. Arabia.
XXXIII. Sinus maris Rubri.
XXXIV. Troglodytice.
XXXV. Æthiopia.

andynorum ed. Bipont.—2 *Taprobane insula* edd. vett. *Insula: navigationes in eam insulam* cod. Dalec.—3 Hardnin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz. *Gedrosi et adjunctæ satrapiæ.* Lect. nostram exhibet Reg. Brot. 1.—4 *Capissene, Car-*

XXXVI. Insulæ Æthiopici maris.
XXXVII. De Insulis Fortunatis.
XXXVIII. Terræ per mensuras comparatæ.
XXXIX. Digestio terrarum in parallelos et umbras pares.

Summa: Oppida MCXCV.[5]
Gentes, DLXXVI.[6]
Flumina clara, CXV.[7]
Montes clari, XXXVIII.
Insulæ, CVIII.
Quæ intercidere oppida aut gentes, XCV.
Res, historiæ, et observationes MMCCXIV.

Ex Auctoribus:

M. Agrippa, M. Varrone,[8] Varrone Atacino, Corn. Nepote, Hygino, L. Vetere, Mela Pomponio, Domitio Corbulone, Licinio Muciano, Claudio Cæsare, Arruntio, Seboso, Fabricio Tusco, T. Livio, Seneca, Nigidio.

Externis:

Juba[a] rege,[9] Hecatæo, Hellanico, Damaste, Eudoxo, Dicæarcho, Bætone, Timosthene, Patrocle, Demodamante, Clitarcho, Eratosthene, Alexandro Magno, Ephoro, Hipparcho, Panætio, Callimacho, Artemidoro, Apollodoro, Agathocle, Polybio, Eumacho,[b] Timæo Siculo,[10] Alexandro Polyhistore, Isidoro, Amometo, Metrodoro, Posidonio,

---

mania edd. vett. *Dariane, Carm.* cod. Dalec.—5 Edd. vett. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov. *oppida CXCV.*—6 Eædem edd. *Summa, gentes DLXVI.* —7 Eædem: *Summa, clara flumina CXC.* et mox: *Summa mont. &c. Summa ins. &c. Summa, quæ i. o. aut g. CXCV. Summa res, &c. duo M. CC. XIV.* Semel tantum toto hoc commate *Summa* legitur in cod. Dalec.—8 *M. Varrone* deest in edd. vett. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov.—9 Pro *Juba rege*, edd. vett. Lugd. Dalec. et Elzev. *Polibio*; Gronov. *Polybio*; cod. Dalec. *Juba rege, Polibio.*—10 *Eumacho Siculo* edd. vett. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov.

NOTÆ

[a] *Juba*] Ita R. 1. 2. Colb. 2. In editis hactenus libris, *Polybio, Hecatæo*: male, cum Polybius iterum inferius repetatur.

[b] *Eumacho*] Timæum Siculum rursus suo loco reddidimus ex iisdem codd. cum in vulgatis editionibus legeretur, *Eumacho Siculo.*

Onesicrito, Nearcho, Megasthene, Diogneto, Aristocreonte, Bione, Dalione,[11 c] Simonide minore, Basile, Xenophonte Lampsaceno.

ut supra, deleto nomine *Timæo*.—11 *Dialdone* edd. vett. Lugd. Leyd. Basil. Dalec. Elzev. Gronov. al.

NOTÆ

[c] *Dalione*] Ita nos emendavimus, pro *Dialdone*. Laudatur Dalion sect. 35. libri hujus.

LIBRO VII. continetur hominum generatio et institutio, atque inventio artium.[1]

I. De homine.
II. Gentium mirabiles figuræ.
III. Prodigiosi partus.
IV. De homine generando: Pariendi tempora[2] perillustria: Exempla a mensibus VII. ad XIII.
V. Signa sexus in gravidis pertinentia ante partum.[3]
VI. Monstruosi partus.
VII. Excisi utero.
VIII. Qui sint vopisci.
IX. De conceptu hominum et generatione.
X. Similitudinum exempla.
XI. Ad quos hominum generatio. Numerosissimæ sobolis exempla.
XII. Ad quos annos generatio.
XIII. Mensium in fœminis miracula.
XIV. Quæ ratio generandi.
XV. Historica circa dentes. Historica circa infantes.
XVI. Magnitudinum exempla.
XVII. Præproperi infantes.

1 *Continentur gentium mirabiles figuræ* Basil. Lugd. Leyd. Dalec. Elzev. et Gronov.—2 Edd. vett. *et pariendi tempore per illustria exempla, &c.*—3 Ita

XVIII. Insignia corporum.
XIX. Vires eximiæ.
XX. Velocitas præcipua.
XXI. Visus eximii.
XXII. Auditus miraculum.
XXIII. Patientia corporis.
XXIV. Memoria.
XXV. Vigor animi.
XXVI. Clementia, et animi magnitudo.
XXVII. Rerum gestarum claritas summa.
XXVIII. Tres summæ virtutes in eodem, et innocentia summa.
XXIX. Fortitudo summa.
XXX. Ingenia præcipua.
XXXI. Qui sapientissimi.
XXXII. Præcepta vitæ utilissima.
XXXIII. De divinatione.
XXXIV. Vir optimus judicatus.
XXXV. Matronæ pudicissimæ.
XXXVI. Summæ pietatis exempla.
XXXVII. Artibus excellentes: astrologia, grammatica, medicina.[4]
XXXVIII. Geometria, et architectura.
XXXIX. Pictura, scalptura æraria,[5] marmoraria, eboraria, cælatura.
XL. Pretia hominum insignia.
XLI. De felicitate summa.
XLII. Raritas continuationis in familiis.
XLIII. Varietatis exempla mirabilia.
XLIV. Honorum exempla mirabilia.
XLV. Decem res in uno felicissimæ.
XLVI. Divi Augusti adversa.
XLVII. Quos Dii felicissimos judicaverint.

codd. in edd. vero vett. *prævenientia partum*.—4 Codd. Dalec. *Medicina, Architectura, Geometria*; edd. vett. *Astrologia, Grammatica, Geometria*.—5 Ita Reg. Brot. 1. Hæc tamen verba: *scalptura æraria*, exulant editionibus Har-

XLVIII. Quem viventem ut Deum coli jusserint. Fulgur mirabile.[6]
XLIX. De spatiis vitæ longissimis.
L. De varietate nascendi.
LI. In morbis exempla varia.
LII. De morte.
LIII. Qui elati revixerint.
LIV. Subitæ mortis exempla.
LV. De sepultura.
LVI. De Manibus: De anima.
LVII. Quæ quis in vita invenerit.
LVIII. In quibus rebus primi gentium consensus. De antiquis literis.
LIX. Quando primum tonsores.
LX. Quando primum horologia.

Summa. Res, historiæ,[7] et observationes, DCCXLVII.

Ex Auctoribus:

Verrio Flacco, Cn. Gellio, Licinio Muciano,[8] Massurio Sabino,[9] Agrippina Claudii,[a] M. Cicerone, Asinio Pollione, Messala, Rufo, Corn. Nepote, Virgilio, Livio, Cordo, Melisso, Seboso, Corn. Celso, Maximo Valerio, Trogo, Nigidio Figulo, Pomponio Attico, Pediano Asconio, Fabiano,[10 b] Catone Censorio, Actis,[11 c] Fabio Vestale.[12]

duin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz.—6 *Fulgur mirabile* deest in edd. Harduin. Bipont. Franz. et recentt. ea vero testatur Reg. Brot. 1.—7 *Summa, res, et historiæ* edd. vett. Lugd. Dalec. Basil. Elzev. et Gronov.—8 Edd. vett. et Gronov. addunt *Mutio*.—9 Ita codd. Dalec. edd. vero vett. *Sabino* omittunt.—10 *Sabino* edd. vett. Lugd. Leyd. Basil. Elzev. et Gronov.—11 *Actis*,

NOTÆ

[a] *Claudii*] Ita editi omnes et Colb. 2. Perperam emendant *Claudio Cæsare*. Laudatur Agrippina Claudii, sect. 6. libri hujus. Paulo antea, post *Muciano*, *Mucio* expunximus, natum ex prioris vocis repetitione, secuti eundem cod. Colb. 2.

[b] *Fabiano*] Prius in editis *Sabino*. Nos ita reposuimus ex R. 2. cum Sabinus habere locum in hoc libro nullus queat, præter Massurium Sabinum, jam antea in hoc ipso Indice laudatum.

[c] *Actis*] Hanc vocem addidimus ex R. 1. 2. Colb. 2.

EXTERNIS:

Herodoto, Aristea, Bætone, Isigono, Cratete, Agatharchide, Calliphane, Aristotele, Nymphodoro, Apollonide, Phylarcho,[13] Damone, Megasthene, Ctesia, Taurone, Eudoxo, Onesicrito, Clitarcho, Duride, Artemidoro, Hippocrate medico, Asclepiade medico, Hesiodo, Anacreonte, Theopompo, Hellanico, Damaste,[14] Ephoro, Epigene, Beroso, Petosiri, Necepso, Alexandro Polyhistore, Xenophonte, Callimacho, Democrito, Diyllo [d] historico,[15] Stratone qui contra Ephori [e] *Εὑρήματα* [16] scripsit, Heraclide Pontico, Asclepiade qui *Τραγῳδούμενα*, Philostephano, Hegesia, Archimacho, Thucydide, Mnesigitone, Xenagora, Metrodoro Scepsio, Anticlide, Critodemo.

quod habet etiam cod. ap. Laet, deest in edd. vett.—12 Cod. Dalec. *Fabio Vest. Cornelio Celso.*—13 Edd. vett. *Philarcho.*—14 Edd. vett. *Damasthe.*—15 *Duillio, Polyhistore historico* edd. vett. Basil. Leyd. Lugd. Dalec. Elzev. et Gronov.—16 *Ephori theoremata* in iisdem edd.

NOTÆ

[d] *Diyllo*] Prius *Duillio, Polyhistore historico:* male. Vide Auctorum syllabum. Expunximus et hanc vocem *Polyhistore:* ex superiori versu a librariis imprudenter iterum huc revocatam.

[e] *Ephori*] Hunc locum ita correximus, cum antea legeretur, *contra Ephori theoremata.* Vide syllabum Auctorum.

LIBRO VIII. continentur terrestrium animalium naturæ.[1]

I. De elephantis. De sensu eorum.[2]
II. Quando primum juncti.
III. De docilitate eorum.
IV. Mirabilia in factis eorum.
V. De natura ferarum ad pericula sua intelligenda.
VI. Quando primum in Italia visi elephanti.[3]

1 Edd. vett. *animalium terrestrium naturæ pedatim gradientium.* Duæ ultimæ voces desunt in codd. Dalec.—2 *De eleph. et sensu eorum* cod. Dalec. *De animalibus terrestribus, elephantorum commendatio, et de sensu eorum* edd. vett.—3 Voces, *visi elephanti*, desunt in edd. vett.—4 *Quomodo capiantur*

VII. Pugnæ eorum.
VIII. Quibus modis capiantur.[4]
IX. Quibus domentur.[5]
X. De partu eorum et reliqua natura.
XI. Ubi nascantur: Discordia eorum et draconum.
XII. De solertia animalium.
XIII. De draconibus.
XIV. Miræ magnitudinis serpentes.[6]
XV. De Scythicis animalibus: De bisontibus.
XVI. De Septemtrionalibus: Alce: achli: bonaso.
XVII. De leonibus: Quomodo gignantur.
XVIII. Quæ genera eorum.
XIX. Quæ propriæ naturæ.
XX. Quis primus leontomachiam Romæ: Quis plurimos in ea leones donaverit.
XXI. Mirabilia in leonum factis.
XXII. A dracone agnitus et servatus.
XXIII. De pantheris.
XXIV. Senatusconsultum et leges de Africanis. Quis primus Romæ Africanas: Quis plurimas.
XXV. De tigribus. Quando primum Romæ visa tigris. De natura earum.
XXVI. De camelis. Genera eorum.
XXVII. De camelopardali. Quando primum Romæ visa.
XXVIII. De chao: De cephis.
XXIX. De rhinocerote.
XXX. De lynce, et sphingibus. De crocottis. De cercopithecis.
XXXI. Indiæ terrestria animalia.
XXXII. Item Æthiopiæ. Bestia visu interficiens.
XXXIII. De basiliscis serpentibus.
XXXIV. De lupis. Unde fabula versipellis.
XXXV. Serpentium genera.

edd. vett.—5 *Quomodo domentur* edd. vett.—6 *De serpentibus maximis, et bois*

XXXVI. De ichneumone.
XXXVII. De crocodilo.
XXXVIII. De scinco.[7]
XXXIX. De hippopotamo.
XL. Quis primus ostenderit eum Romæ, et crocodilum.
XLI. Medicinæ ab animalibus repertæ.
XLII. Prognostica periculorum ex animalibus.
XLIII. Gentes ab animalibus sublatæ.
XLIV. De hyænis.
XLV. De corocottis. De mantichoris.
XLVI. De onagris.
XLVII. De castoreo. De aquaticis, et iisdem terrestribus: De lutris.
XLVIII. De ranis rubetis.
XLIX. De vitulo marino: De fibris. De stellionibus.
L. De cervis.
LI. De chamæleonte.
LII. De reliquis colorem mutantibus: tarando, lycaone, thoë.
LIII. De hystrice.
LIV. De ursis: De fœtu eorum.
LV. De muribus Ponticis, et Alpinis.
LVI. De herinaceis.
LVII. De leontophono: de lynce.
LVIII. Meles: sciuri.
LIX. De viperis et cochleis.
LX. De lacertis.
LXI. Canum naturæ. Exempla eorum circa dominos: qui præliorum causa canes habuerint.
LXII. De generatione eorum.
LXIII. Contra rabiem remedia.
LXIV. Equorum natura.
LXV. De ingeniis equorum.[8] Mirabilia quadrigarum.

in iisdem.—7 *De Scinco et hippotamo* cod. Dalec. *De scinco* deest in edd. vett. —8 *De ingeniis eorum* Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz.—9 Harduin. 1. 2.

LXVI. Generatio equorum.
LXVII. Vento concipientes.
LXVIII. De asinis: Generatio in his.
LXIX. Mularum natura, et reliquorum jumentorum.[9]
LXX. De bubus, et generatio eorum.
LXXI. Apis in Ægypto.
LXXII. Pecorum natura, et generatio eorum.
LXXIII. Genera lanæ et colorum.
LXXIV. Genera vestium.
LXXV. *De pecorum forma, et de musmone.*
LXXVI. Caprarum natura et generatio.
LXXVII. Suum item.
LXXVIII. De feris subus. Quis primus vivaria bestiarum instituit.
LXXIX. De semiferis animalibus.[10]
LXXX. De simiis.
LXXXI. De leporum generibus.
LXXXII. De nec placidis nec feris animalibus.
LXXXIII. Quæ quibus in locis animalia non sint.
LXXXIV. Ubi et quæ advenis tantum noceant: Ubi et quæ indigenis tantum.

Summa. Res, et historiæ, et observationes DCCLXXXVII.[11]

Ex Auctoribus:

Muciano, Procilio, Verrio Flacco, L. Pisone, Corn. Valeriano, Catone Censorio, Fenestella, Trogo, Actis,[12 a] Columella, Virgilio, Varrone, Lucilio,[b] Metello Scipione,[13] Corn. Celso, Nigidio, Trebio Nigro, Pomponio Mela, Mamilio[c] Sura.[14]

Externis:

Juba rege,[15] Polybio,[16] Herodoto, Antipatro, Aristotele,

---

3. Bipont. Franz. et recentt. addunt *Generatio in his;* quæ verba non habentur in Reg. Brot. 1.—10 Ita Reg. Brot. 1. Vox *animalibus* deest editionibus Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Franz. et recentt.—11 Edd. vett. *DCCLXXXVIII.*—12 *Actio* edd. vett. Lugd. Dalec. Basil. Elzev. et Gronov. *Actis* cod. ap. Laet.—13 *Varrone, L. Metello Sc.* edd. vett.—14 *Manilio Sura* in iisdem.—15 Ap. Gronov. et al. vett. deest *rege;* sed *Juba rege* habet cod. Dalec.—16 Post *Polybio* edd. vett. inserunt *Onesicrito*, et pro *Herodoto*

hæc[n] infinitas naturæ omnium artifici possit adsignari, non illud idem in uno facilius sit intelligi, tanto præsertim opere. Furor est, profecto furor, egredi ex eo, et tanquam interna ejus cuncta plane jam sint nota, ita scrutari extera: quasi vero mensuram ullius rei[o] possit agere, qui sui nesciat: aut mens hominis[p] videre,[13] quæ mundus ipse non capiat

II. (II.) Formam ejus in speciem orbis absoluti globatam[1] esse, nomen inprimis et consensus in eo mortalium, orbem appellantium, sed et argumenta rerum,[a] docent: non solum quia talis figura omnibus sui partibus vergit in sese,[q] ac sibi ipsa tolcranda est,[2] seque includit, et continet, nullarum egens compaginum, nec finem, aut initium ullis sui partibus sentiens: nec quia ad motum, quo subinde verti debeat, ut mox apparebit,[3] talis aptissima est:

[a] *Argumenta ex ipsis rebus petita.*

---

quis.—13 Idem codex, *aut mereantur videre.* Chiffl. *aut homines possint videre.*

CAP. II. 1 Vett. ap. Dalec. *globosam.*—2 Cod. Dalec. *ipsi tolerandæ fert.* —3 In eodem cod. et margine Lugd. 1548. *verti mox apparebit.* Hæc verba,

NOTÆ

mundus postremus finiatur, seu continuetur. Nam, ut acute Tullius vidit, de Nat. Deor. I. p. 25. in immensam magnitudinem se injiciens animus et intendens, ut longe peregrinetur, nullam tamen oram ultimi videt, in qua possit insistere: sed ulterius semper inquirit: ita tamen ut magis magisque inquirendo desideret semper finem aliquem cogitationis suæ, in quo acquiescat, et ultra quem provehi possit ac velit, nec offendat tamen.

[n] *Aut, si hæc*] Quod si infinitas illa mundorum eam ob rem excogitatur, quod ea infinitum artificem, naturam nimirum, decet; an non illa ipsa artificis infinitas intelligi ac deprehendi facile potest vel ex uno hoc mundo; tanto ac tam admirabili videlicet opere, quod universa in se rerum genera comprehendit?

[o] *Ullius rei*] Forte, *illius rei*, hoc est, spatii illius immensi, quod extra mundum late diffunditur, quodque mundus ipse non capit, cum extra mundum sit. Sed nihil immutandum verius arbitramur.

[p] *Aut mens hominis*] Mss. Reg. 1. 2. et Colb. *aut miror homines videre.*

[q] *Vergit in sese*] Hoc est, ut Tullius ait, de Nat. Deor. II. pag. 97. quia globi seu sphæræ 'partes omnes undique medium locum capessentes nituntur æqualiter.'

sed oculorum quoque probatione,[4] quod convexus, mediusque, quacumque cernatur: cum id accidere in alia non possit figura.

III. (III.) Hanc ergo formam ejus æterno et irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate, viginti quatuor horarum spatio circumagi, Solis exortus et occasus haud dubium reliquere. An sit[1] immensus, et ideo sensum aurium excedens[2] tantæ molis rotatæ[3] vertigine assidua[4] sonitus, non equidem facile dixerim: non hercle magis, quam circumactorum simul tinnitus siderum, suosque volventium orbes: an dulcis quidam[5 a] et incredibili suavitate concentus. Nobis, qui intus agimus, juxta diebus noctibusque tacitus labitur mundus.[6] Esse innumeras ei effigies animalium, rerumque cunctarum impressas, nec, ut in volucrum notamus ovis,[7] lævitate continua lubricum corpus, quod clarissimi[b] auctores dixere, rerum[8] argumentis indicatur: quoniam

at *mox apparebit*, uncinis includunt Lugd. Elz. et Gronov.—4 Codex Dalec. *probatione hoc declaratur.*

Cap. III. 1 *An autem sit* cod. Dalec.—2 Basil. Lugd. 1548. 1606. Elz. Gronov. al. vett. *aurium facile excedens: τὸ facile* non habetur in antiquissimis edd. id delevit Harduin.—3 Vet. ap. Dalec. *rotata.*—4 Cod. Dalec. *assiduus.* —5 Basil. Lugd. 1548. 1606. Elz. et Gronov. *an dulci quidem.*—6 Venett. Rom. Parm. Basil. Ald. Lugd. 1548. 1582. 1606. Elz. et Gronov. *concentu, nobis qui intus aginus, juxta diebus noctibusque tacitus labatur mundus.* Lectionem nostram ex codd. restituit Harduin.—7 Verba, *ut in v. n. ovis*, uncinis inclusa sunt in Basil. Lugd. 1548. 1582. 1606. Elz. et Gronov.—8 Ita cod. ap. Laet, edd. antiq. vet. exempl. Erasmi, et ed. Elz. *tenerum* Basil. Lugd.

NOTÆ

[a] *An dulcis quidam*] Harmonici cœlorum motus auctores fuere Pythagorei, inquit Achilles Tatius in Phænom. cap. 6. p. 130. Ridet eorum sententiam Aristoteles de Cœlo, I. 9. p. 462. Explicat Censorinus a nobis laudandus in Notis et Emendat. num. 3.

[b] *Quod clarissimi*] Carpere mihi Tullium videtur, qui de Natura Deor. lib. II. p. 70. agens de figura mundi, sive cœli: 'Quid enim inquit, 'pulchrius ea figura, quæ sola omnes alias figuras complexa continet, quæque nihil asperitatis habere, nihil offensionis potest, nihil incisum angulis, nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum.' Et Platonem, a quo Tullius hunc colorem est mutuatus. Ille enim, in Timæo, mundum affirmat esse factum λεῖον καὶ ὁμαλὸν πανταχῇ, *lævem atque omnino complanatum.* Plinius contra negat esse læve, lubricum, inoffensum, ut sunt ovorum testæ: sed uti vasa sunt pleraque, signis asperum, cælatum imaginibus. Vide Notas et Em. num. 4.

inde [c] deciduis rerum omnium seminibus innumeræ, in mari præcipue, ac plerumque confusis, monstrificæ gignantur [9] effigies: præterea visus probatione, alibi plaustri, alibi ursi, tauri alibi, alibi literæ [10] figura,[d] candidiore medio per verticem [11 e] circulo.

(IV.) Equidem et consensu gentium moveor. Nam quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellavere,[12] eum nos a perfecta absolutaque elegantia, mundum. Cœlum quidem [f] haud dubie cælati argumento dicimus,[13] ut interpretatur M. Varro. Adjuvat rerum ordo, descripto circulo, qui Signifer vocatur, in duodecim animalium effigies: et per illas Solis cursus congruens tot sæculis ratio.[14]

Dalec. Gronov. et al. ante Harduin. Codex Chiffl. habet, *quod clarissimum auctores d. terrenorum, &c.*—9 Vet. Dalec. *generantur.*—10 In eodem vet. *alibi* Δ *literæ.*—11 Edd. ante Harduin. *super verticem.* Chiffl. aliique codd. *per verticem.*—12 Basil. Lugd. Dalec. Elz. Gronov. Bipont. et Franz. *appellaverunt;* cod. Dalec. Harduin. 1. 2. *appellavere.*—13 Ita cod. Dalec. alii codd. et Harduin. 1. *diximus* Basil. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.—14 Cod. Dalec. *Solis cursui congruens tot circulorum ratio.*

NOTÆ

[c] *Quoniam inde*] Fuit illa veterum quorundam opinio, astrorum efficientiam omnem in res subjectas effluvio quodam contineri corporum minutorum, quæ ex ipsis deciderent, cujusmodi fere sunt ea quæ a magnete existere, ac sese in ferrum insinuare creduntur: hæc esse rerum omnium semina credebant. Germina stellarum vocat Apuleius, Asin. Aur. lib. IV. p. 369. Varro de Re Rust. I. 40. 'Primum,' inquit, 'semen, quod est principium genendi, id duplex: unum quod latet nostrum sensum: alterum quod apertum. Latet, si sunt semina in aëre, ut ait Physicus Anaxagoras,' &c. Eadem habet Theophr. de Causis, I. 5. At illa astrorum ἀπόῤῥοια explosa jamdudum est ab eruditis; neque, si vera foret, id eo argumento effici necesse esset, quod tam vehementer Plinius pugnat evincere, tales in cœlis esse oportere effigies ac figuras, quales in terris gignuntur.

[d] *Literæ figura*] Deltoton intelligit, notum Astronomis sidus, in septemtrionali parte Signiferi, sub emersum procedens Arietis. De quo Cicero in Arat. 'Deltoton dicere Graii Quod soliti, simili quia forma litera claret.'

[e] *Per verticem*] Supra verticem nostrum, ac superne. Quo sensu Virgil. Georg. II. 310. 'Præsertim si tempestas a vertice sylvis Incubuit.'

[f] *Cœlum quidem*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 9. 'Cœlum dictum scribit Ælius Gallus, quod est cælatum,' hoc est, sideribus distinctum, ac veluti insculptum. Et in Satira Menippea, cui titulum fecit 'Dolium,' p. 13. 'Mundus domus est maxima homulli, et appellatur a cælatura cœlum, Græce ab ornatu κόσμος, Latine

IV. (V.) Nec de elementis video dubitari, quatuor ea esse. Ignium [a] summum: [1] inde tot stellarum collucentium illos oculos. Proximum spiritus,[2] quem Græci [b] nostrique eodem vocabulo aëra appellant. Vitalem hunc, et per cuncta rerum meabilem, totoque consertum: [3] [c] hujus [4] vi suspensam, cum quarto aquarum elemento, librari medio spatio tellurem. Ita mutuo complexu diversitatis [c] effici nexum, et levia ponderibus inhiberi, quo minus evolent: contraque gravia, ne ruant, suspendi, levibus in sublime tendentibus. Sic pari [d] in diversa nisu, in suo quæque [5] consistere, irrequieto mundi [b] ipsius [e] constricta circuitu: quo semper in se currente, imam atque mediam in toto esse

[a] *Toto insertum, intextumque mundo.* [b] *Cœli.*

CAP. IV. 1 *Ignem summum* cod. Dalec. *Ignitum summo* Chiffl.—2 Cod. Dalec. *spiritum.*—3 Idem codex et vet. exempl. Erasmi, *confertum.*—4 Vet. ap. Dalec. *cujus.*—5 Ita cod. Dalec. alius ap. Laet, et vet. exempl. Erasmi, quomodo ex codd. suis restituit Harduin. *vi sua quæque* Basil. Lugd. 1548.

NOTÆ

a puritie Mundus.' Alii tamen *παρὰ τοῦ κοίλου ἢ τῆς κοιλότητος, a concavitate*, cœlum dici rectius et scribi putant.

Ignium] Ætheris ac siderum. Vide Notas et Emend. num. 5.

[b] *Quem Græci*] Ciceronem imitatur, qui de Nat. Deor. lib. II. p. 87. 'Hac animabili,' inquit, 'spirabilique natura, cui nomen est aër: Græcum illud quidem, sed receptum jam tamen usu a nostris: tritum est enim pro Latino.'

[c] *Diversitatis*] Naturæ dissimilis: terræ, cui gravitas propria, et aëris, cui levitatis plurimum inest.

[d] *Sic pari*] Hoc vero similitudine haud penitus aspernanda explicant Archimedis discipuli apud Tatium in Phænom. IV. p. 126. 'Ideo,' inquiunt, interprete Petavio, 'aquæ terræque globi consistunt in medio, quod si quis omnium gravissima corpora, puta plumbum, necnon alia levissima, velut suber, ad pondus æquale capiat, et invicem alliget, illud accidet, neutrum ut ab altero trahi possit. Ut si quis in mare ista projiciat, neque suber in profundum deprimatur a plumbo, neque plumbum ad summam aquam a subere possit attolli: sed ex æquo utrimque tracta, suber et plumbum, summam inter aquam fundumque suspensa teneantur. Quamobrem cum sint elementa quatuor, accidit ut ignis et aër, quæ sunt levissima, sursum suapte sponte, naturæque impetu ferantur,' &c.

[e] *Mundi ipsius*] Cœli. Si spargeretur in sublime aër nullo fine coërcitus, ipsa amplitudine spatii redderetur infirmior. Nunc vero constrictus includente mundo, hoc est, cœlo, cogitur in justum robur, quod sufficiat terræ innatanti ferendæ.

terram, eandemque universi[6] cardine[f] stare pendentem, librantem[7][g] per quæ pendeat: ita solam immobilem circa eam volubili universitate,[8] eandem ex omnibus necti,[h] eidemque omnia inniti.[9]

(VI.) Inter hanc cœlumque eodem spiritu[i] pendent, certis discreta spatiis, septem sidera, quæ ab incessu vocamus errantia, cum errent[j] nulla minus illis. Eorum medius Sol fertur, amplissima magnitudine ac potestate: nec temporum modo terrarumque, sed siderum etiam ipsorum, cœlique rector. Hunc mundi esse totius animum,[k] ac planius[10]

1606. Dalec. Elz. Gronov. Bipont. et Franz.—6 Cod. Dalec. *universo*.—7 Idem codex et vet. *librantemque*.—8 Cod. Dalec. *eam volubilem universitatem*.—9 Turneb. Adv. IV. 22. legit, *ex omnibus necti, et eidem omnia innecti*.—

NOTÆ

[f] *Universi cardine*] Cum sit ipsa terra veluti universi cardo, ut dicetur cap. 64.

[g] *Librantem*] Hoc est, continentem circum se fusa corpora, ne ob innatam levitatem sursum abeant: dum per eadem interim sustinetur ipsa vicissim, ne ruat, ob insitam gravitatem. Ita Lucanus I. 88. 'Dum terra fretum, terramque levabit Aër.' Lucret. V. 'Aut alium subter, contra qui subvehat orbem.' Ubi Lambinus: 'Hoc est alium esse aërem sub pedibus nostris, qui cœlum extrinsecus subvehat, et sustollat: quemadmodum videmus a fluviis rotas et haustra sublevari et circumversari.'

[h] *Ex omnibus necti*] Aëris et aquæ natura terram permeante.

[i] *Eodem spiritu*] Hoc est, in aëre, sive, ut Cicero ait, in æthere, quod et consuetudo loquendi, et olim Pacuvius cœlum interpretabatur, apud eundem Tullium de Nat. Deor. lib. II. p. 88. 'Hoc quod memoro, nostri cœlum, Graii perhibent æthera.' Ac Tullius ipse, p. 91. 'Restat ultimus, et a domiciliis nostris altissimus, omnia cingens et coërcens cœli complexus, qui idem æther vocatur, extrema ora et determinatio mundi, in quo cum admirabilitate maxima igneæ formæ cursus ordinatos definiunt: ex quibus Sol,' &c. At cœlum nunc Plinius peculiarem esse appellationem putat domicilii inerrantium stellarum. Quam vere de planetarum situ ac motu senserit Plinius, dicemus corollarii vice, in Notis et Emend. num. 6.

[j] *Cum errent*] A Tullio id mutuatus, qui de Nat. Deor. lib. II. p. 71. 'Maxime vero,' inquit, 'admirabiles sunt motus earum quinque stellarum, quæ falso vocantur errantes. Nihil enim errat quod in omni æternitate conservat progressus, et regressus, reliquosque motus constantes, et ratos.'

[k] *Hunc mundi...animum*] Animum, quod rebus hisce inferioribus per radios, ceu spiritus quosdam, vitam impertiat: Mentem, quod consilio, et sapientia, et rata lege cœlestia terrenaque regere ac moderari videatur.

mentem: hunc principale naturæ regimen, ac numen credere decet, opera ejus æstimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras: hic reliqua sidera occultat,[l] illustrat:[11] hic vices temporum, annumque semper renascentem ex usu naturæ temperat: hic cœli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen[m] ceteris quoque sideribus fœnerat. Præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens, ut principi literarum Homero[n] placuisse in uno eo[12] video.

v. (VII.) Quapropter effigiem Dei formamque quærere, imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est Deus, si modo est alius,[1a] et quacumque in parte, totus est sensus, totus

10 Nonnulli ap. Dalec. *plane*.—11 Ita edidit Harduin. ex suis codd. ita quoque cod. Dalec. et Tolet. *inlustrat* Chiffl. *illustrat* deest in edd. vett. Basil. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—12 'Dictio *eo* redundat.' *Dalec.*

CAP. v. 1 Cod. Dalecampii, *si mundo est alius aliquis*; unde ille conj. *si a mundo*. Hæc verba, *si modo est alius*, uncinis inclusa sunt in edd. Basil.

NOTÆ

[l] *Occultat*] Vide Notas et Emend. num. 7.

[m] *Hic suum lumen*] Ceteris nimirum stellis errantibus de suo lumine quiddam accommodat. Vide Notas et Emend. num. 8.

[n] *Homero*] 'In solo, inquit, Homero id lego; nec quisquam postea annotavit ita Homerum sensisse. Solem animatum esse tum ibi sensit Homerus, tum vero maxime Odyss. M. 323. in fabula de bobus Solis.' *Ed. sec.* Illad. Γ. 277. Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. Quod Maro imitatus videtur, Æneid. IV. 606. 'Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras.'

[a] *Si modo est alius*] Deus sit, necne: ac si dandum est esse aliquem, num ille in Sole, num in alia quacumque mundi parte sedem habeat, ambigit. Deum ratus mundi animam esse oportere, de eo id putat inquirendum, quod de hominis anima veteres Philosophi sciscitati sunt, quanam illa in parte, in cerebrone, an in corde potius, sedem haberet, unde tanquam ex arce reliquum corpus moderaretur ac dispensaret.—'Discedere aperte non audet a popularium suorum Romanorum religione, quæ Solem inprimis colebat: ut ille, præter alia, nummus Imp. Aureliani docet, inscriptus: SOL DOMINVS IMPERI ROMANI. In parte aversa, AVRELIANVS CONS. 'Aurelianus Conservator,' ejusdem Romani scilicet Imperii. Et alter Fl. Claudii Juliani Aug. GENIO ANTIOCHENI APOLLONI SANCTO SMN. Sententia est: 'GENIO A (hoc est, 'primæ') Narbonensis, Tutatori Imperii, Odio Christianorum, Etiam Nobis Irato, Apollini Libamentum Obtulit, Numini Juliani SANCTO: (hoc est Numini sancto Juliani Conservatori:) Societas mercatorum Narbonensium.'' *Ed. sec.*

visus, totus auditus, totus animæ,[a b] totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere atque etiam ex virtutibus vitiisque[c] hominum,[3] ut Pudicitiam, Concordiam,[d] Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem, aut (ut Democrito placuit) duos omnino, Pœnam et Beneficium, majorem ad socordiam accedit. Fragilis et laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, ut portionibus coleret quisque,[4] quo maxime indigeret. Itaque nomina alia aliis gentibus, et numina in iisdem innumerabilia repe-

Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—2 Hæc, *totus visus . . . totus animæ*, desunt in Chiffl.—3 Pro *atque etiam*, &c. codex ap. Dalec. exhibet, *tamque ex virtutibus hominum quam vitiis;* Chiffl. *atque tam ex virtutibus quam ex vitiis;* 'Pint. *ex vitiis;* atqui hæc est vera lectio.' *Dalec.*—4 Ita cod. Dalec. quomodo ex codd. suis restituit Harduin. *quisque coleret* Basil. Lugd. Dalec. Elz.

NOTÆ

[a b] *Totus animæ*] Idem vitæ, idem mentis, consilii, rationisque plenissimus; idem totus juris sui: ut felicitatis suæ a se uno suspensas habeat rationes, neque aliunde pendeat. Anima est, qua vivimus: animus, quo sapimus: hoc brutæ carent: de quibus Juvenalis, Sat. XV. 148. 'Communis conditor illis Tantum animas: nobis animum quoque.'

[c] *Vitiisque*] Impudentiæ fanum, et Contumeliæ Athenis factum Cicero ait, de Legib. lib. II. p. 333.

[d] *Concordiam*] Expressum hoc ex Tullio, de Nat. Deor. lib. II. p. 75. 'Tum autem res ipsa,' inquit, 'in qua vis inest major aliqua, sic appellatur, ut ea ipsa vis nominetur Deus: ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus proxime a M. Æmilio Scauro: ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata. Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum, quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum,' &c. Plenius autem adhuc in eodem argumento versatur idem Cicero, lib. III. p. 141. ubi Spem, Victoriam, Concordiamque, hoc loco prætermissas enumerat. De Mente, Ovid. Fast. VI. 241. 'Mens quoque Numen habet, Menti delubra videmus,' &c.—'De Clementia insignis est nummus inscriptus CLEMENTIÆ CÆSARIS, cum templo. Argenteus est in Thesauro Regio, et apud Patinum in Famil. p. 131. 6. Cave autem hic continenter legas, 'Clementiæ Cæsaris.' Legendum est enim, 'CLEMENTIÆ Primus Ædem CÆSAR Imperator sacravit:' ut plenius ostendimus in Tractatu de nummis Cæsaris Dictatoriis, nondum edito. Inter Deos Spem quoque Plautus commemorat, Bacchid. IV. 8. 52. Prol. in Amphitr. 39. sic Mercurius: 'Meminus Et ego et pater de vobis et republica. Nam quid ego memorem, ut alios in tragœdiis Vidi, Neptunum, Virtutem, Victoriam, Martem, Bellonam, commemorare quæ bona Vobis fecissent? queis benefactis meus pater, Deorum regnator, architectus omnibus.'' *Ed. sec.*

rimus :[5] inferis quoque [e] in genera descriptis,[6] morbisque,[f] et multis etiam pestibus, dum esse placatas[7] trepido metu cupimus. Ideoque etiam publice Febris [8 g] fanum in Palatio dicatum est, Orbonæ [9 h] ad ædem Larium, et ara [10 i] Malæ Fortunæ Exquiliis.[j] Quamobrem major cœlitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Junones [k] Geniosque [l] adoptando sibi :[11] gentes vero quædam animalia, et aliqua etiam obscœna,[12 m] pro Diis habeant,[13] ac multa dictu

et Gronov.—5 Cod. Dalec. et Chiffl. *invenimus*.—6 Cod. Dalec. *in genera Deorum descriptis*.—7 Idem codex, *placata*.—8 *Febri* vet. exempl. Erasmi, Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. et Franz. *Febris* Chiffl. Lugd. 1548. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Miller.—9 *Orbonæ* deest in vet. exempl. Erasmi.—10 Ita vet. exempl. Erasmi, et Hadr. Jun. Animadv. III. 1. quomodo ex aliis codd. restituit Harduin. *ara et Malæ*, &c. Basil. Lugd. Dalec. Elz. Gronov. al. vett.—11 Vet. Dalec. *adoptando*, omisso *sibi*.—12 Cod. Dalec. *animalia*

NOTÆ

[e] *Inferis quoque*] Huc pertinent inscriptiones apud Gruterum positæ variis locis : DIIS INFERIS. DIIS STYGIIS. DIIS MANIBUS. ORCO. PEREGRINO. PLUTONI. SUMMANO, &c. Et apud Ciceronem, de Nat. Deor. lib. III. p. 135. Eumenides et Furiæ, speculatrices vindicesque scelerum, inter Deas recensitæ.

[f] *Morbisque*] De Febri quidem mox dicetur: de Scabie testatur Prudentius, in 'Αμαρτ. 'Par furor illorum, quos tradit fama dicatis Consecrasse Deas Febrem Scabiemque sacellis.'

[g] *Febris*] Ναὸν καὶ βωμὸν, Febri templum et aram collocatam ait in Palatio Ælianus Var. XII. 11. Vide et Valer. Max. II. 5. 6. p. 102.

[h] *Orbonæ*] Orbona est orbitatis Dea. Quæ vocis originatio miror quemadmodum Pintiano, Vallæ, Sabellico, Hermolaoque latuerit. Arnobius contra Gent. lib. IV. 'In tutela sunt Orbonæ orbati liberis parentes.' Tertull. ad Nation. II. 14. 'Orbona Dea, quæ in orbitatem semina extinguat.'

[i] *Et ara*] Hæc sunt accepta ex Tullii de Nat. Deor. lib. III. p. 142.

[j] *Exquiliis*] Mons est et vicus Romæ, ubi olim arx et excubiæ Tulli Regis, unde nomen. Vide Ovid. Fast. I.

[k] *Junones*] Appositos sibi statim ab ortu custodes credebant, quos viri Genios, Junones fœminæ vocabant. De utrisque Tibullus : 'Magne Geni, cape thura libens.' Et 'Natalis Juno, sanctos cape thuris honores.' Et Seneca, Ep. 110. 'Singulis aut Genium, aut Junonem dederunt.'

[l] *Geniosque*] Censorinus de Die Natali, cap. III. p. 16. 'Genius est Deus, cujus in tutela, ut quisque natus est, vivit. Hic, sive quod ut genamur, curat, sive quod una genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur, certe a genendo Genius appellatur . . . Nonnulli binos Genios, in iis duntaxat domibus, quæ essent maritæ, colendos putaverunt,' &c.

[m] *Obscœna*] Respicit illud Cottæ apud Cic. de Nat. Deor. lib. III. p.

magis pudenda, per fœtidos [n] cibos, et alia similia [14] jurantes. Matrimonia quidem inter Deos credi, tantoque ævo ex his neminem nasci, et alios esse grandævos [o] semperque canos,[15] alios juvenes atque pueros, atri coloris,[16] [p] aligeros, claudos, ovo editos, et alternis diebus viventes morientesque, puerilium prope deliramentorum est. Sed super [q] omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi: mox jurgia et odia, atque etiam furtorum [r] esse et scelerum [s] numina. Deus est [17] [t] mortali juvare mortalem, et [18]

aliqua etiam obscœna; edd. vett. ante Harduin. *animalia etiam aliqua et obscœna;* Pint. *animalia etiam et aliqua obscœna.* Harduin. conj. *et alia etiam obscœna.* —13 Ita Chiffl. *habent* edd. ante Harduin.—14 Vet. Dalec. *alia et similia;* Chiffl. *per fœtidas cepas, allia, et similia.*—15 Cod. Dalec. *grandævos semper canosque.*—16 Ita cod. Dalec. quomodo ex codd. suis restituit Harduin. *atricolores* edd. vett.—17 *At si Deus est* cod. Dalec. ' Scribe, *Deus est mortalis ju-*

NOTÆ

132. 'Omne fere genus bestiarum Ægyptii consecraverunt.' Et p. 136. 'Cur barbarorum Deos repudiemus? Boves igitur, et equos, ibes, accipitres, aspidas, crocodilos, pisces, canes, lupos, feles, multas præterea belluas in Deorum numero reponemus.' Addit scarabæos Arnobius adv. Gentes, lib. I. n. 19.

[n] *Per fœtidos*] Idem Plinius, XIX. 32. 'Allium,' inquit, 'cæpasque inter Deos in jurejurando habet Ægyptus.' Vide quæ ibi dicturi sumus.

[o] *Grandævos*] Alludit ad illud Academici dictum apud Cic. de Nat. Deor. lib. I. p. 36. 'Isto enim modo dicere licebit Jovem semper barbatum, Apollinem semper imberbem, cæsios oculos Minervæ, cæruleos esse Neptuni .... Claudum igitur habebimus Deum, quoniam de Vulcano sic accepimus,' &c.

[p] *Atri coloris*] Ita omnes Mss. non *atricolores.* Erebum, Noctemque significat. Ut cum aligeros dicit, Mercurium: ovo editos, Castorem et Pollucem. Vide Hyginum in Astron.

[q] *Sed super*] Rursum id haustum ex Tullio de Nat. Deor. lib. I. p. 21. 'Nec enim multo absurdiora sunt ea, quæ poëtarum vocibus fusa, ipsa suavitate nocuerunt: qui et ira inflammatos, et libidine furentes induxerunt Deos: feceruntque, ut eorum bella, pugnas, prælia, vulnera viderimus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere concubitus, mortalesque ex immortali procreatos.'—'Hoc loco Plinius Homerum, quem non intelligit, deridendum propinat. Vide Tractatum, quem Gallice nuper scripsimus, de Iliadis argumento, et Diis Homericis. In historia naturali et civili, omnium profanorum scriptorum dignissimus, cui fides habeatur, Plinius certe est habendus: at poësin coluisse, artemve poëticam calluisse, idem omnino non videtur.' *Ed. sec.*

[r] *Furtorum*] Ut Mercurium, quem idcirco κλέπτην Phurnutus, κλῶπα Suidas appellatum dicunt: alii δόλιον, hoc est, *doli ac fraudum artificem.*

[s] *Et scelerum*] 'Quo ex genere,' inquit Tullius de Nat. Deor. lib. I. p.

hæc ad æternam gloriam via. Hac proceres iere Romani: hac nunc cœlesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis ævi rector Vespasianus Augustus fessis rebus subveniens. Hic est [u] vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, ut tales numinibus ascribant.[19] Quippe et omnium[20] aliorum nomina Deorum, et quæ supra retuli siderum, ex hominum nata sunt meritis. Jovem quidem aut Mercurium, aliterve alios inter se vocari, et esse cœlestem nomenclaturam,[21] quis non interpretatione [v] naturæ fateatur?[a] Irridendum [w] vero agere curam rerum humanarum illud quicquid est summum. Anne tam tristi atque

[a] *Quis non ad significandas res naturales fingi hæc nomina cælitum fateatur?*

---

vans mortalem; quæ ferme Heracliti sententia est, cujus hæc apud Clem. Alex. verba sunt: *ἄνθρωποι θεοί· θεοὶ ἄνθρωποι.* Vide quæ Erasmus in Adagiis e Cicerone et Strabone citavit.' *Tollius ad Auson. p.* 288.—18 Conjunctio *et* deest in codice Dalec.—19 Ita Chiffl. et cod. Dalec. *adscribantur* Basil. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—20 In cod. Dalec. et Chiffl. non legitur *omnium.*—21 Vet. Dalec. *cælestium nomenclaturam;* codex ejusdem, *esse cælestes nomenclaturam;* Pint. *cælestis nomenclatura quis non interpretationis, &c.* unde Dalec. conj. *cælestes nomenclaturas.* Vet. exempl. Erasmi, *interpretatio-*

NOTÆ

75. 'Cupidinis, et Voluptatis, et Lubentinæ Veneris vocabula consecrata sunt, vitiosarum rerum, neque naturalium.'

[t] *Deus est*] Hinc nata paræmia: *Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον. Homo homini Deus.*

[u] *Hic est*] A Tullio non discedit, qui de Nat. Deor. lib. II. p. 76. 'Suscepit autem vita hominum,' inquit, 'consuetudoque communis, ut beneficiis excellentes viros in cœlum fama ac voluntate tollerent. Hinc Hercules, hinc Castor et Pollux, hinc Æsculapius .... hinc etiam Romulus, quem quidam eundem esse Quirinum putant,' &c.

[v] *Interpretatione*] Vel *interpretationem.* Vocabulorum, inquit, quæ Diis sunt imposita, si quis voluerit, vim ac notionem diligentius perscrutari, an non sentiet longe secus se rem habere, atque hominum opinio est? Intelliget eos profecto, qui Dii appellantur, rerum naturas esse, hoc est, res esse mere naturales, non figuras Deorum, sive Deos: rebusque inanimatis atque mutis per quandam significationem, ut loquitur Cicero, hæc tributa nomina. Sic aërem appellatum Jovem, aut Junonem: mare, Neptunum: terram, eam quæ Ceres diceretur. Sic Mercurium dici, mercaturæ ac negotiationis Deum, &c. Ita fere Tullius, de Nat. Deor. lib. I. p. 21.

[w] *Irridendum*] Sapiunt ista Epicuri haram: cujus hæc *κυρία δόξα*, apud Tullium de Nat. Deor. lib. I. p. 37. 'Quod beatum et immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam negotium.'

multiplici ministerio non pollui credamus dubitemusve? Vix prope est judicare,[22] utrum magis conducat generi humano, quando aliis nullus est Deorum respectus, aliis pudendus. Externis[x] famulantur sacris: ac digitis Deos gestant:[b] et monstra quoque, quæ colunt,[23] damnant:[y] et excogitant cibos:[24 z] imperia dira in ipsos, ne somno quidem quieto, irrogant.[25] Non matrimonia, non liberos, non denique quicquam aliud, nisi juvantibus sacris, deligunt.[26] Alii in ipso Capitolio fallunt, ac fulminantem pejerant Jovem: et hos juvant scelera, illos sacra[a] sua pœnis agunt.[27]

[b] *Annulis, quibus onusti ornatique digiti.*

niem.—22 Chiffl. *dubitemus. Ne vix prope est judicari.*—23 Ita ex codd. restituit Harduin. *et monstra quoque colunt* edd. vett.—24 Cod. Dalec. *et e. globos.*—25 Chiffl. *inrogant.*—26 Ita ex codd. restituit Harduin. *nisi juvantibus sacris, diligunt* Chiffl. et cod. Dalec. *nisi jubentibus sacris, deligunt* edd. vett.—27 Alii, *illis sacramenta sua pœnas agunt.* Vet. Dalec. etiam, *sacramenta.*—28

NOTÆ

[x] *Externis*] Qualia sunt Phrygia sacra Cybeles, Bacchi orgia, Isiaca, Eleusinia, &c.

[y] *Damnant*] Enecant, ut de Api bove dicetur VIII. 71.

[z] *Cibos*] Quibus Deos suos alant: alicam, carnes anserinas, aliasque majoris pretii ac sumtus epulas, de quibus videndus est Diodorus lib. I. p. 76. Herod. lib. II. p. 114. et Euseb. lib. II. de Præpar. p. 51. Hoc vero inter genera pudendi cultus merito reponitur: ut quos Deorum loco habeas, hos per te cibis] sustentare vitam putes oportere. Gallicus Plinii interpretes, perversa hujus loci interpunctione delusus, hæc retulit ad delectum ciborum quem adhiberent in mensis suis superstitiosi cultores Deorum.

[a] *Illos sacra*] Perjuris bene est: religiosis, male. Illi scelere suo perfruuntur, rebus ad votum animique sententiam præclare cadentibus: illi, post sacra rite peracta, infortuniis aguntur et ærumnis: etsi nihil nisi juvantibus sacris delegerint.—[6] Quod sequitur de Jove fulminante, admonet ut de nummo dicamus inscripto, JOVI FULGERATORI: vel JOVI FULGURATORI: nam utroque modo legitur in nummis aureis, e Thesauro Regio, et apud D. de Clesnes, et alibi. Jovem stantem exhibet, cui caput tectum pileo Romano: dextra fulmen intentans, læva pallium sublevat: pede sinistro virum calcat nudum, pavido similem, dextra manu elata averti a se fulmen deprecantem; pedum effigie serpentina. Optime hic nummus delineatur in Thesauro Brandeburgico, pag. 777. At non est ille percussus adversus Christianos, ut Begerus ibi conjecit; sed contra illius ævi Germanos, qui Treverorum agros infestarent. Senten-

Invenit tamen inter has utrasque sententias medium sibi ipsa mortalitas numen, quo minus etiam plana de Deo conjectatio esset. Toto quippe mundo, et locis [28] omnibus, omnibusque horis omnium vocibus Fortuna sola invocatur: una nominatur, una accusatur,[29] una agitur rea, una cogitatur,[30] sola laudatur, sola arguitur, et cum conviciis colitur: volubilis, a plerisque vero et cæca etiam [31] existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorumque [32] fautrix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: [33] et in tota ratione mortalium, sola utramque[b] paginam facit.[c] [34]

[c] *Utraque lucri ac damni pagina Fortunæ tribuitur.*

Cod. Dalec. *et omnibus locis.*—29 In eodem codice: *invocatur, ac nominatur, una accusatur, cum convitiis colitur*, reliquis omissis.—30 Tolet. omittit *una cogitatur.*—31 Nonnulli delent *etiam.* Chiffl. non agnoscit, *et cæca etiam.*—32 Ita cod. Dalec. et edd. antiq. cum Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *indignorum* Basil. Lugd. 1548. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—33 Ita edd. antiq. Ald. Junt. Basil. Lugd. Dalec. Elz. Gronov. et Harduin. 1. *Huic omnia feruntur* operarum forte error est in Harduin. 2. inde receptus in Harduin. 3. Bipont. et Franz.—34 Cod. Dalec. *sola est ea, quæ utramque pugnam*

NOTÆ

tia enim prioris est: 'JOVI FULGuranti, GERManos Arcenti Treveris, Osores Romani Imperii.' Posterioris ista: 'JOVI FULGURanti, Arcenti Treveris Osores Romani Imperii.' Infra, P. R. 'Populi Rogatu:' quod est Græce Δήμου Εὐχῇ. Ex altera parte, IMP. C. C. VAL. DIOCLETIANUS P. F. AUG. capite laureato. Neutra vox alioqui, 'Fulgerator,' aut 'Fulgurator,' Latina est. Sed postremæ literæ, primæ sunt totidem vocum, ex quibus ingeniosa existit sententia, quæ picturæ eximie respondet. Nam et serpentes loco pedum odii symbolum præbent, et calliditatis ad alienos agros occupandos. Nam et 'serpens callidior cunctis animantibus terræ,' subrepsit in paradisum, Gen. III. 1. Ab ethnicis hic factisse Diocletianus Jovis ope dicitur, quod de Deo vero cecinit David, Ps. CXLIII. 6. 'Fulgura coruscationem, et dissipabis eos: emitte sagittas tuas, et conturbabis eos.' Habet D. de Ballonffeaux, Consiliarius Regius Luxemburgi, huic nummo similem ex auro, alibi nusquam visum, Maximiani Imp. nomine: IMP. MAXIMIANUS P. AUG. .)(. JOVI FULGERATORI.' *Ed. sec.*

[b] *Sola utramque*] Quicquid accipimus, Fortunæ acceptum referri: quicquid amittimus, id ei pariter expensum ferri solet. Cedunt res feliciter? laudatur. Secus? incessitur ac vituperatur. Translatio ducta est a mercatorum libris, seu codicillis rationalibus, quos ita complicabant, ut ad singulas apertiones duæ paginæ viderentur: quarum in altera accepta lucraque, expensa in altera damnaque paterent.

Adeoque obnoxiæ [c] sumus sortis,[35] ut Sors ipsa pro Deo sit,[36] qua Deus probatur incertus.

Pars alia [d] et hanc pellit, astroque suo eventus assignat, et nascendi[37] legibus: semelque in omnes futuros unquam Deo decretum: in reliquum vero otium datum.[38] Sedere [d] cœpit sententia hæc; pariterque et eruditum vulgus, et rude[39] in eam cursu vadit. Ecce[40] fulgurum monitus, oraculorum præscita, aruspicum prædicta, atque etiam parva dictu, in auguriis sternutamenta, et offensiones pedum. Divus Augustus [e] lævum prodidit sibi calceum præpostere inductum,[e 41] quo die seditione militari prope afflictus est. Quæ singula improvidam mortalitatem invol-

[d] *Vigere, insidere hominum animis.* [e] *Dexterum pro sinistro indutum.*

facit.—35 Edd. vett. *obnoxii sumus sorti.*—36 Cod. Dalec. et Chiffl. *sortis, ut pro se ipsa sola pro Deo sit.*—37 Ald. Basil. Junt. Lugd. Dalec. Elz. Gronov. et Hardnin. 1. *et nascendi; τὸ et* non agnoscunt Hardnin. 2. 3. Bipont. et Franz.—38 Cod. Dalec. *semelque, in omneq futuros, Dei decreto: in reliquum vero otio dato.*—39 Chiffl. *et eruditi et rude vulgus.*—40 *Sed ecce* cod. Dalec.—

NOTÆ

[c] *Adeoque obnoxiæ*] Eo nati fato infelici sumus, ut vel Sortem ipsam numinis loco habeamus: quæ si in Deorum albo ponitur, jam 'verus sit necne Deus aliquis, jure ambigitur.—'Quod sortito obtingit, inquit, id Deo ascribimus, id Dei alicujus nutu factum dicimus: quod ipsummet dictum facit ambigere, an Deus sit aliquis. Non fuit apud Romanos Dea Sors: quamvis id nonnulli colligunt ex nummo argenteo vetere, qui est apud Patinum, in Famil. p. 209. Parte priore Concordiæ caput exhibet: posteriore, M. PLAETOR. CEST. SC. *Marcus Plætorius Cestianus Senatusconsulto.* Dea effigies pectore tenus, imposita tabellæ, in qua scriptum est, SORS. At effigies prudentiam potius, quam sortem, refert. Ac si sors ibi intelligenda esset, SORTI, non SORS, scriberetur. Nos sic interpretamur, *Salus Orbis Romana sapientia:* juxta illud Sapientiæ VI. 26. *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum.* M. Plætorii Cestiani nomen sub Augusto Cæsare cusum hunc nummum fuisse suadet.' *Ed. sec.*

[d] *Pars alia*] Alia sententia. Providentia e medio sublata alterutrum horum sequebatur: vel fortuna et sorte res humanas contingere vel fatali necessitati assignandos eventus. Quamobrem datum ab aliquibus Deo est, ut semel in omnes unquam nascituros homines decerneret: concessum in reliquum per totam deinde æternitatem otium.

[e] *Divus Augustus*] Suetonius in Augusto, c. 92. p. 35. 'Auspicia quædam et omina pro certissimis observabat: si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero induceretur, ut dirum,' &c.

vunt, solum ut inter ista certum sit, nihil esse certi, nec miserius quicquam homine, aut superbius. Ceteris quippe animantium sola victus cura est, in quo sponte naturæ benignitas sufficit: uno quidem vel præferendo[42] cunctis bonis,[f] quod de gloria, de pecunia, ambitione, superque de morte non cogitant.

Verum in his Deos agere curam rerum humanarum credi, ex usu vitæ est: pœnasque maleficiis aliquando seras occupato Deo in tanta mole, nunquam autem irritas esse: nec ideo proximum illi genitum hominem, ut vilitate juxta belluas esset. Imperfectæ vero in homine naturæ præcipua solatia, ne Deum quidem posse omnia. Namque nec[f] sibi potest mortem consciscere, si velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis: nec mortales[43][g] æternitate

[f] *Maxime quidem cum vel illud unum dedit, quod cunctis bonis anteponendum est, &c.*

41 Vet. Dalecampii *præpostere indutum*.—42 Ita vet. exempl. Erasmi, Lugd. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. et recentt. *vel præferenda* cod. Dalec. Chiffl. et edd. vett. Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. et Basil.—43 Alii ap. Dalec.

NOTÆ

[f] *Namque nec*] Stolidum ac nefarium asciscit argumentum. Neque enim id potentia est, sed impotentia, ut probat Anselmus, in Prosologii cap. 7. 'Quia qui hoc potest, quanto magis potest, tanto magis adversitas et perversitas possunt in illum, et ipse minus contra illas,' &c.

[g] *Nec mortales*] Hoc vero geminum caput de communicanda immortalitate, aut revocandis ad vitam fato functis, Christiana nos fides Scripturis ac certissimis armata testimoniis, futile ac falsum esse, perdocet, nec disputari de eo patitur.—'Vetat interim dictum illud Plinii credi Romanos adeo desipuisse, inprimis vivos Principes, æternos se ut existimarent esse vel fore, suo adstrictos corpori: vetat idem igitur etiam illud colligi ex nummo Diocletiani Augusti, in quo sic scriptum est: D. N. DIOCLETIANO AETER AVG. capite laureato. GENIO POP. ROM. 'Genio Populi Romani.' Infra PLC. 'Primæ Lugdunensis Civitates.' Sunt enim re ipsa hæ literæ tres totidem vocum primæ, titulique hæc integra sententia: 'Domino nostro DIOCLETIANO Aeum erexit Triumphalem Edua, Restitutori Augusto.' In civitatibus primæ Lugdunensis secundum locum obtinet Edua Augusta, *Autun*. Est hic nummus perpulcher ex ære mediocri, apud P. Albaret, e Societate nostra, Turnoni. Quod autem addit Plinius, nec Deum quidem posse revocare defunctos, contra Christianos Romæ tunc degentes dictum videri potest, quorum ex placitis illud pæne præcipuum fuit.' *Ed. sec.*

donare, aut revocare defunctos: nec facere,[h] ut qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, non gesserit: nullumque habere in præterita jus, præterquam oblivionis: atque (ut facetis quoque argumentis societas hæc cum Deo copuletur) ut bis dena, viginti non sint, ac multa similiter efficere non posse: per quæ declaratur haud dubie naturæ potentia, idque esse [44] quod Deum vocamus.[i] In hæc divertisse non fuerit alienum, vulgata propter assiduam [45] quæstionem de Deo.

VI. (VIII.) Hinc redeamus ad reliqua naturæ. Sidera, quæ affixa diximus mundo,[a] non illa, ut existimat vulgus, singulis attributa nobis, et clara divitibus, minora pauperibus, obscura defectis,[b] ac pro sorte cujusque lucentia, annumerata [1] mortalibus: nec [2] cum suo quæque homine orta moriuntur,[3] nec aliquem extingui, decidua significant. Non tanta cœlo societas nobiscum est, ut nostro fato mortalis

nec mortalia.—44 Vet. Dalecampii, *potentiam id esse.*—45 Cod. Dalec. *propter vulgatam assidue.*

CAP. VI. 1 Duo codd. Dalec. et vet. ejusdem, *ad munera.*—2 Cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quia nec.*—3 Longol.

NOTÆ

[h] *Nec facere*] Perinde quasi id Deum arguat facere non posse omnia, quod quæ facta sunt, infecta reddere nequeat. At certe alterum ex altero non recte colligi vidit Hieronymus in Epist. ad Eustoch. de custodia virgin. 'Audacter loquar,' inquit, 'cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam: valet quidem liberare de pœna, sed non valet suscitare corruptam,' &c.

[i] *Quod Deum vocamus*] Omnem igitur vim divinam, ut olim Strato physicus, de quo Cic. de Nat. Deor. lib. I. p. 19. in natura sitam esse censet, quæ causas gignendi, augendi, minuendive habeat: sed careat omni sensu et mente. Verum, ut egregie Lactantius in eam sententiam, de Ira Dei, cap. 10. 'Natura, quam veluti matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil efficiet unquam, nihil molietur. Ubi enim non est cogitatio, nec motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio suo utitur ad incipiendum aliquid, ratione ad disponendum, arte ad efficiendum, virtute ad consummandum, potestate ad regendum et continendum, cur natura potius quam Deus nominetur?'

[a] *Mundo*] Cœlo.

[b] *Defectis*] Senio confectis. Sic Columella in Præf. lib. I. 'defectissimum quemque annis et viribus' dixit.

sit ibi quoque[4] [c] siderum fulgor. Illa nimio [d] alimento tracti humoris ignea vi abundantiam reddunt, cum decidere creduntur:[5] [e] ut apud nos quoque id, luminibus[6] accensis, liquore olei notamus accidere. Ceterum æterna est cœlestibus natura, intexentibus mundum, intextuque concretis:[a 7] potentia autem ad terram magnopere eorum pertinens,[8] quæ propter effectus, claritatemque, et magnitudinem, in tanta subtilitate[9] nosci potuerunt, sicut suo [f] demonstrabimus loco. Circulorum quoque cœli ratio in terræ mentione[g] aptius dicetur, quando ad eam tota pertinet,

[a] *Ceterum æterna est sideribus natura, quæ cælum, ut venæ corpus, intexunt: et quoniam ita intexunt, idcirco concretioris sunt naturæ.*

---

cum suo homine oriuntur.—4 Lectionem hanc firmant codex Dalec. et vet. exempl. Erasmi. *ille quoque* Lugd. Dalec. Elz. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *humoris cum abundantiam reddunt, tunc decidere creduntur.* Edd. vett. *humoris igneam vim abundantia, &c.* Lectionem nostram ex codd. eruit Harduinus.—6 Alii, *lucernis.*—7 Nonnulli ap. Dalec. *intextuque discretis.*—8 Dalec. *potentia autem eorum ad ter. mag. pertinet.*—9 Vet. Dalec. *in tanta sublimitate.*—10

NOTÆ

[c] *Ibi quoque*] Hoc est, in cœlo.

[d] *Illa nimio*] Epicuri et Zenonis hæc sententia fuit, sidera marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis ali: de qua re Cicero de Nat. Deor. lib. II. p. 68. Ex ipsis, cum redundat alimentum, ut in lucernis oleum, scintillas quasdam decidere: hasque stellas esse quas labi cœlo putamus. Ex ea opinione Manilius cecinit Astron. lib. I. p. 26. 'Præcipites stellæ passimque volare videntur, Cum vaga per liquidum scintillant lumina mundum, Et tenues longis jaculantur crinibus ignes.' Ridet hanc opinionem merito Seneca Natur. Quæst. II. 14. p. 851. Et vero causa est alia stellarum discurrentium, alia natura. Propius terram hæ incendnntur, videnturque discurrere, quod aër viscoso plenus sit halitu, qui ubi est accensus, pabuli sui venam sequitur: uti apud nos quoque, inquit Seneca, Natur. Quæst. I. 1. p. 882. stramenta sulphure aspersa, ignem ex intervallo trahunt. Interim velut igne continuo totum iter signant: quia visus non subsequitur momenta currentis: sed videt simul unde exierit, et quo pervenerit: ut fit in titione circumacto, qui speciem ignei circuli præbet. Adde his ea quæ dicturi sumus cap. 36.

[e] *Creduntur*] Caute omnino: neque enim stella labitur, sed ut Naso canit, Met. II. 322. opinione quidem vulgi: 'Etsi non cecidit, potuit cecidisse videri.'

[f] *Sicut suo*] In libris de Agricultura, operis hujusce XVII. et XVIII.

[g] *In terræ mentione*] Hoc est, in libris Geographicis, nempe sub finem libri sexti. Vide Notas et Emend. num. 9.

Signiferi modo inventionibus [10] non dilatis.[b] Obliquitatem[h] ejus intellexisse, hoc est, rerum fores[c] [i] aperuisse,[11] Anaximander[j] Milesius traditur primus, Olympiade quinquagesima octava. Signa deinde in eo Cleostratus,[k] et prima Arietis ac Sagittarii. Sphæram[l] ipsam ante multo Atlas. Nunc relicto mundi ipsius[d] corpore, reliqua inter cœlum terrasque tractentur.

Summum esse, quod vocant Saturni sidus, ideoque minimum videri, et maximo ambire circulo, ac tricesimo anno ad brevissima sedis [12] suæ principia[m] regredi, certum est.

[b] *Zodiaci inventoribus nunc statim appellatis.* [c] *Astronomicæ scientiæ fores.*
[d] *Cœli ultimi, cui affixa sunt sidera.*

Chiffl. *inventoribus.*—11 Cod. Dalec. *rerum fortissimas fores aperuisse.*—12 Ita Reg. Brot. 1. *ac trigesimo anno, cum brevissime ad sedis* cod. Dalec. *ac trigesimo, &c.* Lugd. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[h] *Obliquitatem*] Excogitata quidem multo ante Anaximandrum sphæra est ab Atlante, ut mox dicetur: at sine obliqui descriptione circuli, sive signiferi, quem Zodiacum vocant. Informata erat circulis parallelis, quos diebus singulis in suo cursu Sol efficit, inter Tropicos et Æquatorem. Anaximander deinde his tribus limitibus animadversis, Æquatore ac duobus Tropicis, per hæc tria puncta circulum duxit, quem non potuit non obliquum facere, et appellare.

[i] *Rerum fores*] Hoc est, ad totius Astronomiæ perceptionem, aditum fecisse, viam monstrasse. Hac loquendi forma usus iterum XXXV. 36. de pictura: 'Artis fores,' inquit, 'apertas ab Apollodoro Zeuxis intravit.' Excogitata scilicet obliquitate signiferi, Cleostrato occasio ea fuit, signa in eum circulum transferendi, quorum emersu et occultatione prædictiones tempestatum, aliaque ejusmodi multa ducerentur. Vide Notas et Emend. num. 10.

[j] *Anaximander*] Pythagoræ alii, alii Œnopidæ Chio, inventum hoc assignant, ut scribit auctor libri de Hist. Philos. apud Galen. tom. II. c. 12. p. 35. De Anaximandro dicemus in Auctorum Indice. Erat autem is anno secundo hujus Olympiadis LVIII. natus annos quatuor et LX. ut refert Apollodorus in Chron. apud Laërt. statim initio libri secundi.

[k] *Cleostratus*] Tenedius Mathematicus, auctor ὀκταετηρίδος, de qua Petavius de Doctr. Temp. II. 3. Refert Hyginus Astron. Poët. lib. II. cap. de Heniocho, fol. 64. hunc Cleostratum Hædos primum omnium inter sidera ostendisse.

[l] *Sphæram*] Ita Diodorus Sic. lib. III. Bibl. p. 192. et lib. IV. p. 232. Vide Notas et Emend. num. 10.

[m] *Sedis suæ principia*] Principium vocat, punctum quodcumque Zodiaci, et quasi curriculi metam, unde stella movetur: quo Saturni sidus non ante tricesimum fere annum revertitur. Fere, inquam, ut caute lo-

Omnium autem errantium siderum meatus, interque ea Solis et Lunæ, contrarium mundo [n] agere cursum, id est, lævum,[o] illo semper in dexteram præcipiti. Et quamvis assidua conversione immensæ celeritatis attollantur ab eo, rapianturque in occasum, adverso tamen ire motu per suos quæque passus: ita fieri, ne convolutus aër eandem in partem æterna mundi vertigine, ignavo globo torpeat,[e] sed findatur,[13] adverso siderum verbere discretus et digestus.[e] Saturni autem sidus gelidæ ac rigentis esse naturæ, multoque ex eo inferiorem [14] Jovis circulum, et ideo motu celeriori duodenis circumagi annis. Tertium Martis, quod quidam Herculis[p] vocant, ignei, ardentis a Solis vicinitate,[15]

[e] *Siderum contrario motu verberatur aër, dividitur, ac finditur.*

Franz.—13 Cod. Dalec. *sed fundatur.*—14 Dalec. *multoque eo inferiorem*; codex vero Dalecampii, *multoque ex eo in terris inferiorem.*—15 Idem codex,

NOTÆ

cutus est Tullius de Nat. Deor. lib. II. p. 72. ὡς ἔγγιστα Geminus in Elem. Astron. p. 4. ταχυμερῶς καὶ πλατικῶς, ut minus accurate, et platice dicam, Tatius cap. 18. p. 137. Brevissima porro principia illa seu metas vocat, siderum errantium in signifero limites: quos ubi unumquodque attigit, non amplius sidus excurrit. Saturno Ricciolus annos ascribit 29. et dies fere 190. tomo I. Almag. lib. VII. pag. 500.

[n] *Contrarium mundo*] Hoc est, cœlo inerrantium stellarum. Hoc vero similitudine quadam explanat Tatius in Phænom. c. 20. p. 140. Φέρεσθαι δὲ ἡλιόν φασι τὴν ἐναντίαν, κ. τ. λ. 'Solem aiunt,' inquit ille Petavio interprete, 'contrario steilis inerrantibus, ac proprio motu ab occasu in ortum ferri, interim dum ab inerrantium sphæra ab ortivis partibus in occiduas rapitur ... Etenim quemadmodum si formica in exteriore rotæ ambitu, contraria atque illa progressione ab occasu moveatur in orientem, accidet id quidem, uti rotæ circuitione ab oriente rapiatur occasum versus: suopte vero motu ab occasu in ortum: at nos proprium illius motum, quod lenissimus sit, ægre discernimus: ob id oculos nostros effugit formicæ progressio, quod sit conversio illa rotæ citatior. Eodem modo et de Sole cogitandum est, ut is formicæ instar sit, cœlum rotæ.' Rem alia similitudine declarat Hyginus, in Astron. lib. IV. cap. de Sole, pag. 104.

[o] *Id est, lævum*] Plinius Latinorum sententiam secutus, quos laudabimus sect. 55. sinistram statuit ad ortivas partes, obversa spectantium facie ad Austrum: et planetas in lævam ferri ait. Græci contra in dextram ire contendunt, uti ex Pindari Scholiaste, ceterisque scriptoribus probat Joan. Bapt. Bellus, lib. de Templo Augur. cap. 3. p. 61.

[p] *Herculis*] Ἡρακλέους ἀστὴρ dicta Ægyptiis stella Martis, inquit Tatius, in Phænomen. cap. 17. pag. 136. Ita

binis fere[q] annis converti. Ideoque hujus ardore nimio, et rigore Saturni, interjectum ambobus, ex utroque temperari Jovem, salutaremque fieri. Deinde[16] Solis[r] meatum esse partium quidem trecentarum sexaginta: sed ut observatio umbrarum ejus redeat ad notas,[f] quinos annis dies adjici, superque quartam partem diei. Quam ob causam quinto anno[17][s] unus intercalaris dies additur, ut temporum ratio Solis itineri congruat.[18]

Infra Solem ambit ingens sidus, appellatum Veneris, alterno meatu vagum,[t] ipsisque cognominibus æmulum Solis ac Lunæ. Præveniens quippe et ante matutinum exoriens, Luciferi nomen accipit, ut Sol alter, diem maturans: contra ab occasu refulgens nuncupatur Vesper, ut prorogans lucem, vicemque Lunæ reddens. Quam naturam[t] ejus

f Ad easdem lineas in solari horologio.
t Alterno cursu vagum, modo Solem antegrediens, modo subsequens.

ignea ardentis solis vicinitate.—16 Vet. Dalec. *salutaremque fieri Deum. Inde.* —17 Harduin. 1. 2. 3. et Franz. in Not. *quinto quoque anno.*—18 Cod. Dalec.

NOTÆ

Hyginus etiam in Astronomic. Poët. lib. II. pag. 76. Apuleius, lib. de Mundo, pag. 169. Arist. de Mundo, cap. 2. p. 602. et alii.

[q] *Binis fere*] Cicero de Nat. Deor. lib. II. pag. 72. 'Quatuor et XX. mensibus, sex, ut opinor, diebus minus.' At recentes Astronomi, spatio unius anni, decemque mensium, et quindecim fere dierum, signiferum lustrare orbem Martis stellam aiunt. Vide Ricciolum, loco ante appellato.

[r] *Deinde Solis*] Solis quidem cursus, ut et aliorum planetarum, CCC. et LX. Zodiaci partibus, sive gradibus, perficitur. Sed illas partes ocyus alii, alii serius excurrunt. Sol quidem certe quinque diebus ad annum conficiendum additis, et quarta parte diei, uti observatum est ex notis umbrarum in planitiem horologii cadentium, quas umbras ad notas easdem anno vertente regredi animadversum est: quarta autem pars illa diei nonnisi post plures annos est deprehensa. Quin etiam huic quartæ diei parti, sive horis sex, deesse sensit recentiorum accuratior observatio, sexagesimam horæ partem, minutam vocant, et fere dimidiam alteram minutam, seu 28. minutas secundas.

[s] *Quinto* [*quoque*] *anno*] Computatis scilicet duobus extremis, primo, et quinto: utroque enim intercalationem fieri ne agricolæ quidem ignorant.

[t] *Quam naturam*] Stobæus pariter lib. I. Eclog. 53. ex Apollodoro refert a Pythagora primo deprehensum, eundem esse Luciferum, Vesperumque. Ita etiam Laërtius lib. VIII. in

Pythagoras Samius primus deprehendit, Olympiade[u] circiter LXII. qui fuit urbis Romæ annus CCXXII.[19] Jam magnitudine[20] extra cuncta alia sidera est: claritatis quidem tantæ, ut unius hujus stellæ[v] radiis umbræ reddantur. Itaque et in magno nominum ambitu est. Alii enim Junonis,[w] alii Isidis,[x] alii Matris Deum appellavere. Hujus natura

Solis itineri facilius congruat.—19 'Ita fuit emendandum, ut temporum ratio cum Pythagoræ vita consentiret. Perperam eruditus Harduinus, in altera sua editione, secutus numeros secunda manu in Ms. Reg. 2. additos, emendavit: *Olympiade circiter XXXII. . . . Romæ CXIII.*' Brotier. Hardninum sequuntur Miller. Bipont. et Franz. *O. circiter quadragesima secunda, qui fuit u. R. annus centesimus quadragesimus secundus* Lugd. Dalec. Elz. Gronov. et Harduin. 1.—20 *Jam largiori magnitudine* vetus Dalecampii.—21 Cod. Dalec.

NOTÆ

Pythag. Quanquam alii Parmenidi tribuunt, ut ait idem in hujus vitæ lib. IX. Sed plane Pythagoræ hanc laudem asserit nummus antiquus, quem vidimus, in Cimelio Regio, in quo Pythagoræ ipsius expressa effigies, baculo stellas in globo signantis, cum epigraphe, ΠΥΘΑΓΟΡΗC. CAMIΩN.

[u] *Olympiade*] Anno nempe altero hujus Olympiadis, qui plane incidit in annum Urbis CXLII. Sed vide Notas et Emend. num. 11.

[v] *Ut unius hujus*] Nec tamen toto cursu suo, sed cum minimum distat a terra, Venus umbram efficit; quam nos sæpe Lunari ferme parem mirati sumus. Keplerus in Opticis, p. 263. distincta lumina in pariete a se visa testatur, non Veneris modo, sed Jovis, et Spicæ: quod et nos, inquit Ricciolus in Almag. tom. I. lib. VII. sect. 1. c. 7. 503. non semel in Jove et Mercurio vidimus.

[w] *Junonis*] Arist. lib. de Mundo, cap. 2. p. 602. Hygin. in Astron. lib. II. p. 76. et Apuleius lib. de Mundo, pag. 170. Lepide Aug. de Civit. Dei, VII. 15. 'Luciferum enim quidam Veneris, quidam dicunt esse Junonis: sed, ut solet, Venus vincit: nam multo plures eam stellam Veneri tribuunt,' &c.

[x] *Isidis*] Forte quia Isidem nonnulli, eandem esse Junonem putarunt, ut scribit Diod. Sicul. lib. I. Bibl. p. 22. et Cererem, quæ Mater Deum, et Μαῖα a quibusdam appellata est, ob vim generatricem, quæ derivari a Venere putabatur, effluvio quodam virtutis seminalis, de quo diximus cap. 3. Isin Ægyptii Lunam vocabant, inquit Euseb. Præpar. Evang. lib. I. pag. 27.—'Mater Deum apud Romanos Natura rerum vel per se, vel per Veneris stellam, cujus mirifica quædam vis est, magnos excelsosque animos existimata gignere, quales sunt Principes viri ac fœminæ; sed fœminæ inprimis. Quamobrem et eandem alii, ut hoc loco Plinius ait, appellavere Junonem: de qua vide quæ nuper diximus ad Homeri Iliadem. De Matre Deum, quæ et Mater Magna, passim agit Plinius, locis ex Indice repetendis. In nummis antiquis turrito capite pingitur; nam mentem injecit condendi civitates, quibus viri et fœminæ principes imperant. Vel ipsa deinde leoni insidet, vel pictum juxta se unum habet, aut plures: symbo-

cuncta generantur in terris. Namque in alterutro[y] exortu genitali rore[z] conspergens, non terræ modo conceptus implet, verum animantium quoque omnium stimulat:[21] Signiferi autem ambitum peragit trecenis[22][a] et duodequinquagenis diebus, ab Sole nunquam absistens partibus[23] sex atque[b] quadraginta longius, ut Timæo placet.

Simili ratione, sed nequaquam magnitudine aut vi, proximum illi Mercurii sidus, a quibusdam appellatum Apollinis:[c] inferiore circulo fertur novem diebus[d] ocyore ambitu: modo ante Solis exortum, modo post occasum splen-

omnium naturam stimulat.—22 Ita ex codd. Regg. 1. 2. restituit Brotier. *trecentis* exhibent ceteri codd. cum edd. omnibus.—23 Vet. Dalec. *abscedens*

NOTÆ

lum generositatis magnorum, quos regit, animorum. Tympanum gerit, quoniam celebres magnis dotibus Principes facit: sceptrum, quia Principes: denique eadem est Salutaris, et Conservatrix Deum, dum valetudinem eorundem Principum tuetur integram. Hinc crebro in nummis antiquis legas: MATRI DEVM: MATRI MAGNÆ: MATRI DEVM SALVTARI: MATRI DEVM CONSERVAT. 'Conservatrici.' MATRI DEVM CONSERV. AVG. 'Conservatrici Augusti,' Commodi nimirum, qui Princeps tenui valetudine fuit.' *Ed. sec.*

[y] *In alterutro*] Sive exortu matutino, cum Luciferum agit: sive Vesperum, vespertino.

[z] *Genitali rore*] Quemadmodum a Luna Tullius de Nat. Deor. lib. II. p. 71. aliique aiunt, 'multa manare et fluere, quibus et animantes alantur, augescantque et pubescant, maturitatemque assequantur quæ oriuntur a terra.' De vi prolifica Veneris multa poëtæ fabulantur. Vide Lucretium initio libri primi. Porphyrius apud Euseb. de Præpar. lib. II. p. 114. *τὸν Ἀφροδίτης ἀστέρα γενεσιουργὸν καὶ γονῆς αἴτιον* eodem sensu appellat.

[a] *Trecenis, &c.*] Astronomi omnes veteres in annuum spatium fere conspirant. Recentiores, multo accuratius explorata re, Veneris cursum ducentis fere ac viginti quinque diebus, seu mensibus septem ac dimidio, confici, omnibus prope sententiis affirmant.

[b] *Sex atque*] Immo si hodiernis Astronomis fides, gradibus XLVII. cum semisse a Sole interdum removetur, quantum fere Luna quatriduana: id quod ante eos Ptolemæus vidit, in Almag. X. 1. p. 234. et lib. XII. p. 298.

[c] *Apollinis*] Sic vocatur ab Apuleio, lib. de Mundo, p. 169.

[d] *Novem diebus*] Igitur diebus CCCXXXIX. anno prope vertente Balbus dixit, apud Tull. de Nat. Deor. lib. II. p. 72. a Mercurio signiferum lustrari orbem. Nostri, in scientia siderali diligentiores, post dies octo et LXXX. fere aiunt, ad unum ex iis punctis reverti, unde digressus est: ac tardo quidem motu ea puncta versus ortum deferri, adeo ut annis XL.

dens, nunquam ab eo viginti tribus [24] [e] partibus remotior, ut hic idem et Sosigenes [25] docent. Ideo et peculiaris horum siderum ratio est,[26] neque communis cum supra dictis. Namque ea [f] et quarta parte cœli a Sole abesse, et tertia: et adversa Soli sæpe cernuntur: majoresque alios habent cuncta plenæ conversionis ambitus, in magni anni [g] ratione dicendos.

(IX.) Sed omnium admirationem vincit novissimum sidus, terrisque familiarissimum,[27] et in tenebrarum remedium ab natura repertum, Lunæ. Multiformi hæc ambage torsit ingenia contemplantium,[28] et proximum ignorari [29] maxime sidus indignantium: crescens semper, aut senescens. Et modo curvata in cornua facies, modo æqua [30] portione divisa,[31] modo sinuata in orbem: maculosa,[h] eademque subito prænitens: immensa orbe pleno, ac repente

partibus.—24 Cod. Dalec. Vet. ejusdem, Regg. Brot. 1. 2. 4. 5. Ed. pr. et Venett. *viginti duabus.*—25 Cod. Dalec. et vet. exempl. Erasmi: *ut Ctesias et Sosigenes.*—26 In iisdem codd. *statio est.*—27 Chiffl. *terris familiarissimum.*—28 Idem codex, *contemplantibus.*—29 In eodem, *et proximum ignorare.*—30 Cod. Dalec. *in cornua facie modo æqua*; Lugd. Dalec. et Gronov. omittunt *facie.* Receptam ex codd. lectionem Harduino debemus.—31 Vet. Dalec.

NOTÆ

gradu uno promoveantur.

[e] *Viginti tribus*] Ita rursum cap. 14. etsi varient exemplaria in his numeris exprimendis. Astronomi hodie ad XXVIII. gradus a Sole aiunt abscedere longissime. Ptolemæus in Almag. IX. 7. p. 226. ad XXVI. cum semisse.

[f] *Namque ea*] Tria superiora sidera, quæ vocantur errantia.

[g] *In magni anni*] Tractari, inquit, hæc debent ab iis, qui de anni magni ratione atque mensura instituunt quæstionem. Cave enim putes denotari a Plinio partem aliam Historiæ suæ, quæ in hoc argumento versetur: cum in reliquo opere, de magno anno, nec vola, ut aiunt, nec vestigium appareat: nisi obiter x. 2. ubi de phœnicis ævo. 'Magnus annus efficitur,' inquit Cicero, de Nat. Deor. lib. II. p. 72. 'cum Solis et Lunæ, et quinque errantium ad eandem inter se comparationem, confectis omnium spatiis, est facta conversio. Quæ quam longa sit, magna quæstio est: esse vero certam et definitam, necesse est.' Magnum annum varie definiere veteres, quorum opiniones recitat Ricciolus, tomo I. Almag. III. 13. p. 130. et Censorinus ante eum, cap. 18. p. 131.

[h] *Maculosa*] 'Maculosam appellat, quæ orbe non pleno, sed seminani, extremo ambitu ob maculas obscuriore est, futura orbe mox rotundato prænitens.' *Ed. sec.*

nulla: alias pernox, alias sera, et parte diei Solis lucem adjuvans: deficiens, et in defectu tamen conspicua: quæ mensis[32] exitu latet, cum laborare[i] non creditur.[33] Jam vero humilis, et excelsa,[34] et ne id quidem uno modo, sed alias admota cœlo, alias contigua montibus, nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros dejecta: quæ singula in ea deprehendit hominum primus Endymion:[j] et ob id amore ejus captus fama traditur.[35] Non sumus[k] profecto grati erga eos, qui labore curaque lucem nobis aperuere in hac luce: miraque humani[36] ingenii peste, sanguinem, et cædes condere[37] annalibus juvat, ut scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris.

Proxima ergo cardini,[l] ideoque minimo ambitu, vicenis diebus septenisque, et tertia diei parte, peragit spatia ea-

portione dividua.—32 Cod. Dalec. *conspicua: ac mensis;* alii ap. eund. Dalec. et vet. exempl. Erasmi, *quin mensis.*—33 Vet. exempl. Erasmi, *jam creditur.*—34 Vetusta lectio ap. Dalec. *humilia, excelsa.*—35 Cod. Dalec. *traditus.* Tollius ad Auson. Cupid. Cruc. p. 332. legit, *capta luna traditur.* Mox vet. exempl. Erasmi, *Ne simus profectu ingrati, &c.*—36 Dalec. *luce. Mira humani.*

NOTÆ

[i] *Cum laborare*] Si cum deficit, conspicua est, inquit, et tamen laborare existimatur, cur eadem in exitu mensis abdita, haud laborare tum creditur? Laborare Lunam veteres putabant, cum deficeret: qua de re dicemus cap. 9.

[j] *Endymion*] Ita ex Platone Anonymus lib. de Incredib. cap. 12. p. 104. Ὅτι πρῶτος Ἐνδυμίων, κ. τ. λ. Princeps omnium Endymion siderum contemplationi operam dedit: quamobrem noctu vigilabat, plurimum dormiebat interdiu: atque idcirco ejus amore Luna capta esse dicebatur. Ita etiam Apollod. de Diis, lib. I. pag. 29. Tzetzes, Chiliad. 2. vs. 877. Fulgent. lib. II. Mythol. cap. ult. de Proserp. et Endym. fol. 141. Hesychius, pag. 825. Carem fuisse Endymionem scribit, et in Cariæ monte Latmo sepultum.

[k] *Non sumus*] Frustra hunc locum solicitat Pintianus, dum legit, *Ne simus profectu ingrati, &c.* Ac paulo infra, *ut scelera numinum.* Nihil est hac Pliniana oratione planius, nihil apertius. Gravem continet reprehensionem eorum, qui inutilia studia consectantur, neglectis præstantissimis disciplinis, ac cœlestium præsertim corporum contemplatione; alius enim scribit amatoria, alius tragica, alius historica: unde noscantur scelera hominum: mundi ipsius eximia pulchritudine neglecta interim, et crassis inscientiæ tenebris occultata.

[l] *Cardini*] Hoc est, terræ, ut ait ipse cap. 64. Certe ex implicatis orbibus ii sunt breviores, qui centro sunt axique omni ex parte propiores.

dem, quæ Saturni sidus altissimum triginta (ut dictum est) [m] annis. Deinde morata [38] in coitu Solis biduo, cum tardissime tricesima luce rursus ad easdem vices exit: haud scio an omnium, quæ in cœlo pernosci [39] potuerunt, magistra: in duodecim mensium spatia oportere [40] dividi annum, quando ipsa [41] toties Solem redeuntem ad principia consequitur: [h] Solis fulgore reliqua siderum regi, [42] siquidem in toto mutuata ab eo luce fulgere, qualem in repercussu aquæ [43] volitare conspicimus: ideo molliore, et imperfecta vi solvere tantum humorem, [i n] atque etiam augere, quem Solis radii absumant: ideo et inæquali lumine aspici: [44] quia ex adverso demum plena, reliquis diebus tantum ex se terris ostendat, quantum ex Sole [o] ipsa concipiat: [45] in coitu quidem non cerni, quoniam haustum omnem lucis adversa illo regerat, unde acceperit: sidera vero [p] haud

[h] *Ad ea puncta unde cursum incepit, quæ non attingit nisi anno vertente, Luna cum jam duodecies consecuta.* [i] *Aquas marinas.*

—37 Cod. Dalec. *et c. scribere.*—38 Cod. Dalec. *Dein commorata*; vet. exempl. Erasmi, *Dein remorata.* Mox Chiffl. *a tricesima luce.* Milichius: *Deinde assecuta solem, biduo remorata in coitu, et cum tardissime a tricesima luce, &c.*—39 Chiffl. *in cœlo pronosci.*—40 Dalec. *spatia cognitum oportere.*—41 Cod. Dalec. *quando ipsum.*—42 Cod. Dalec. *fulgore ut reliqua siderum regi.* Vet. exempl. Erasmi et Turnebus etiam, *regi.* Basil. Ald. Junt. Lugd. 1548. 1606. Elz. et Gronov. *fulgore eam ut reliqua sidera tegi.* Nostram lectionem ex codd. protulit Harduinus.—43 Cod. Dalec. *qualem in repercussa aqua.*—44 *Ideo autem inæquali lumine absumi* in eodem codice.—45 Chiffl. *ipsa conspiciat.*

NOTÆ

[m] *Ut dictum est*] Paulo antea hoc ipso cap.

[n] *Solvere tantum humorem*] Aquas marinas tantum solvere, non etiam attollere et auferre, ut dicetur cap. 104.

[o] *Quantum ex Sole*] Hoc est, pars illa quæ terris obvertitur (faciem antea appellavit) tantum fundit ex sese lumen, quantum in eam a Sole derivatur: alioqui dimidio semper illuminatur orbe, ut physici Astrologique norunt.

[p] *Sidera vero*] Stoicissat hoc loco Plinius, ut et Seneca ὁ Στωϊκώτατος, Quæst. Natur. II. 5. qui de terra agens, hinc proferri ait quo sustineantur tot sidera, tam exercitata, tam avida, per diem noctemque, ut in opere, ita et in pastu. Anacreon lepide in eam sententiam: Πίνει θάλασσα δ' αὔρας, Ὁ δ' ἥλιος θάλασσαν, κ. τ. λ. Scio hac etiamnum ætate Astronomos haud obscuri nominis huic sententiæ patrocinari; sed dudum est quod ridiculam Aristoteles appellavit, Meteor. II. 2. p. 551. Διὸ καὶ γελοῖοι πάντες ὅσοι τῶν πρότερον

dubie humore terreno pasci,[46] quia orbe [q] dimidio nonnunquam [47] maculosa [r] cernatur, scilicet nondum suppetente ad hauriendum ultra justa vi ; [48] maculas enim [s] non aliud esse quam terræ raptas cum humore sordes :

(X.) Defectus autem suos,[49] [t] et Solis, rem in tota contemplatione naturæ maxime miram, et ostento similem, eorum magnitudinum, umbræque indices existere.

VII. Quippe manifestum est, Solem interventu Lunæ

—46 *Humore vero terreno, ut sidera, haud dubie pasci* Dalec.—47 Exempl. vet. Erasmi, *nunquam non ;* Dalec. *nunquam.*—48 Chiffl. *ultra lucis vi.*—49 Cod. Dalec. *Defectus a. ejus:* totam vero periodum ita legit Dalecampius : *Defectus autem sui, et Solis, quæ res in tot cont. nat. max. mira, et ost. similis, eor. magnitudinem umbrasque ind. existere.*

NOTÆ

ὑπέλαβον τὸν ἥλιον τρέφεσθαι τῷ ὑγρῷ.

[q] *Quia orbe*] Ex Lunæ nutrimento effici ait similem esse aliorum siderum pastum: Lunæ autem cibum ejusdem maculis declarari putat.

[r] *Maculosa*] Hoc est, æqua portione divisa: altera parte lucis plena, altera tetris obducta tenebris, et fæculenta. Neque enim de iis maculis, quas nos hodie eo nomine appellamus, neque in Luna modo, sed et in Sole ipso deprehendimus, accipiendus est: uti hactenus ab eruditis existimatum: alioqui non orbe dimidio, sed orbe ferme toto maculosam dici oportuit. Sic hujus initio capitis, ‘ Modo,’ inquit, ‘ æqua portione divisa, modo sinuata in orbem, maculosa, eademque subito prænitens.’ Maculosa illi est, cum æqua portione dividitur: eademque prænitens, cum sinuata est in orbem, et immensa orbe pleno. Aut quærendum sane videtur, ecquando primum maculosa sit, mox nitenti facie: cum eæ maculæ tum maxime conspicuæ sint, cum orbe pleno nitet. Verum cum has maculas, de quibus agit, tum putat oriri, cum nondum vires suppetunt ad humorem hauriendum, tam certe abituras declarat, cum vires illæ affuerint, hoc est, orbe pleno, et jam prænitente, ac pæne terso: ad oculorum magis judicium, quam ad Astronomicam ἀκρίβειαν oratione accommodata. Vide Notas et Emendum. 12.

[s] *Maculas enim*] Ridet hoc merito recens Astronomia : quæ quod maculosa Luna cernatur, hoc est, orbe inchoato tantum, vel dimidio, id ex oppositu cum Sole duntaxat oriri recte admonet.

[t] *Defectus autem suos*] Lunæ scilicet, ac deinde Solis, ex quibus Luna ipsa docuit utriusque sideris et amborum umbræ magnitudinem posse intelligi. Hæc enim ad illa superioris capitis referuntur, unde male divulsa sunt hactenus ab iis qui Plinianum opus in capita digesserunt : ‘ Haud scio an omnium quæ in cœlo pernosci potuerunt, magistra.’ Quare perperam Hermolaus, quem Latius in editione sua est secutus, sues inducit, ut *ejus* reponat, repugnantibus Mss. et libris editis.

occultari, Lunamque terræ objectu : ac vices reddi, eosdem Solis radios Luna interpositu suo auferente terræ, terraque Lunæ. Hac subeunte [1] repentinas obduci tenebras, rursumque illius umbra sidus hebetari. Neque aliud esse noctem, quam terræ umbram. Figuram autem umbræ similem metæ, ac turbini inverso : [2] quando mucrone [a] tantum ingruat, neque Lunæ [3] excedat altitudinem :[4] [b] quoniam nullum aliud sidus eodem modo [c] obscuretur, et talis figura semper mucrone [5] deficiat. Spatio quidem consumi [6] umbras, indicio sunt volucrum [d] prælti volatus. Ergo confinium illis est aëris terminus,[e] initiumque ætheris.[a] Supra Lunam pura omnia ac diuturnæ lucis [7] plena. A nobis autem per noctem cernuntur sidera, ut reliqua lumina e tenebris.[8] Et propter has [f] causas nocturno tempore deficit

[a] *Ergo ubi umbra terræ desinit, Sole sub terras existente, ibi aëris terminus est, initiumque ætheris.*

CAP. VII. 1 *Hac vero subeunte* cod. Dalec.—2 Chiffl. *ac orbi universo.*—3 *Lunæ* non legitur in cod. Dalec. neque in Chiffl.—4 Vet. exempl. Erasmi, et cod. Dalec. *latitudinem.*—5 Cod. Dalec. Basil. Ald. Junt. Lugd. 1548. 1606. Elz. et Gronov. *in mucronem.* Chiffl. cum codd. Harduini, edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *mucrone.*—6 Chiffl. *Spatio eodem consumi.*—7 Vet. exempl. Erasmi, *ac diurnæ lucis.*—8 Cod. Dalec. *in tenebris.* Paulo

NOTÆ

[a] *Quando mucrone*] Cum mucronem audis, cave sciem extremam intelligas illius umbræ, quæ est metæ similis ; sed partem illam totam, quæ in mucronem mox est desitura.

[b] *Altitudinem*] *Latitudinem* magis probat Hermolaus, quod latitudinem disci Lunaris umbra terræ tegi compertum est. Sed *altitudinem* scripsisse Plinium, et Mss. codicum consensus suadet, et illud inprimis quod proxime sequitur: 'Quoniam nullum aliud supra Lunam sidus obscuretur.'

[c] *Eodem modo*] Hoc est, intercedente terra. Soli enim ex adverso esse Mercurius Venusque non possunt, nec ab eo tam longo, ut dictum est, dissident intervallo. Obscurari tamen alio modo, Lunæ scilicet interjectu, qui neget? Mars ipse etiam delibari fortassis umbra tetræ potest, ut Keplero visum.

[d] *Volucrum*] Quarum ante absumuntur umbræ, quam terram ea pertingant.

[e] *Aëris terminus*] Igitur in aëre volvi Lunam putat, reliqua in æthere. Aëri isti, ætherique, communem esse sanxit *spiritus* appellationem, cap. 4. cum in eodem spiritu pendere septem sidera dixit, quæ vocantur errantia.

[f] *Et propter has*] Cum Luna, inquit, inferior sit ea regione, in qua pura omnia sunt, ac diuturnæ lucis plena,

Luna. Stati autem atque menstrui non sunt utrique defectus, propter obliquitatem Signiferi, Lunæque multivagos,[g] ut dictum est,[9] flexus, non semper in scrupulis[h] partium congruente siderum motu.[b]

VIII. (XII.) Hæc ratio mortales[1] animos subducit in cœlum, ac velut inde contemplantibus, trium maximarum[a]

[b] *Non semper in iisdem gradibus partibusque graduum occurrente utriusque sideris motu.*

post cod. ap. Laet, *Stati a. a. non menstrui.*—9 Hæc verba, *ut dictum est*, uncinis inclusa sunt in edd. vett. ante Harduin.

CAP. VIII. 1 *Hæc ratio mortalium* vet. Dalecampii.—2 Jac. Milich. sic le-

NOTÆ

in qua, etiam per noctem, conspicua sunt sidera, quia ad ea nox ipsa, sive umbra, minime perveniat, idcirco patitur Luna defectum: quia umbra, quæ causa defectionis est, ad confinium usque aëris et ætheris, in quo Luna est, pertinet.

[g] *Multivagos*] Nunc in Aquilonem elata, nunc in Austros dejecta, ut dictum est superiore cap.

[h] *In scrupulis*] Non semper movente se utroque sidere sub iisdem Ecliptice partibus, sive punctis, unde Solis defectus oritur: aut in oppositis ex diametro, unde Lunæ deliquium. Scrupuli, nodi sunt, in quibus circuli, quos in suo cursu Sol et Luna efficiunt, se mutuo secant. Hos caput caudamque Draconis Astronomi vocant.

[a] *Trium maximarum*] Terræ, Lunæ, Solis. Maximas rerum naturæ partes vocat eas tantum, quæ sunt oculorum judicio maximæ. Alioqui stellæ sunt plurimæ, quarum magnitudine Luna terraque multis partibus superantur.—'Aliquod his tribus corporibus majus aliud fuisse aliquando existimatum in rerum natura, negat aperte Plinius: negat inter veteres quenquam aliter sensisse: quod si fecisset aliquis, de more ipse, ut de mundis innumerabilibus, aliisque nonnullorum quamvis stultis opinionibus jam superius dixit, verbo saltem id indicaret. Ex eo autem fit ut veteres Astronomos arbitremur in ea fuisse sententia, quæ sola nobis visa semper est congruere etiam cum Sacris Libris; præsertim ubi de aquis supra cœlum siderum ad diluvium inprimis reservatis scriptum est præter alia, 'Qui tegis aquis superiora ejus:' conditum a Deo in usum hominum globum terraqueum, maximum omnium corporum esse, quæ sunt globosa, uno Sole excepto. Et hanc sententiam cum voluptate vidimus Astronomice et Optice demonstratam libro Italice scripto, quo ostendit D. Joannes Baptista Hodierna, Ragusanus, Archipresbyter in Sicilia, anno 1644. terram esse majorem non modo singulis, sed simul omnibus sideribus ac stellis, uno excepto Sole: quem soliditatem globi terraquei continere ait tantis CLXXV. cum triginta et una sexagesimis partibus: cum soliditas terræ contineat Lunæ soliditatem sexagies cum quadrante. Inter sidera autem errantia, maximum censet esse post Lunam Saturni sidus, tum Jovis, deinde Veneris, post Mercurii, Martis vero minimum. At se-

rerum naturæ partium magnitudinem detegit. Non posset quippe totus Sol adimi terris intercedente Luna, si terra [b] major esset quam Luna.[2] Tertia [c] ex utroque [3] vastitas Solis aperitur, ut non sit [d] necesse amplitudinem ejus oculorum argumentis, atque conjectura animi scrutari: immensum esse, quia [4] arborum in limitibus porrectarum in quotlibet passuum millia umbras paribus jaciat intervallis,

---

git: *Nam posset totus sol adimi terris, intercedente Luna, si terra minor esset.* Dalec. *si Luna major esset quam terra.*—3 *Tertia ex utraque* cod. Tolet. apud Pintian. *Tertia ex utroque* cod. Dalec. et Chiffl. et sic codd. Harduini, qui id in textum revocavit. *Certior ex utraque* Basil. Ald. Junt. Lugd. 1548. 1606. Elz. et Gronov.—4 Rhodig. *immensum esse constat, quia.* Basil. Lugd.

NOTÆ

cus sentit Plinius inferius cap. 39. ubi nullum e sideribus quæ vocantur errantia minus Luna esse pronuntiat: quamvis majus ea esse nllum non ausit affirmare. Nam quod cap. 6. ait, 'extra cuncta alia sidera esse magnitudine' Veneris sidus; ut Solem ibi, sic et Lunam excipit. Augustinus autem in Ep. CXV. n. 3. credit astra a Sole magnitudine tantum differre, quantum sensibus clarum atque manifestum est. At Astronomi hodierni Solem aiunt magnitudine terram superare saltem tantis decies centenis millibus, Lunam vero se habere ad terram ut fere 1. ad 45.' *Ed. sec.*

[b] *Si terra*] Si tractus ille terrarum, qui tum obscuratur, major esset quam Luna. Non sunt hæc ad leges exigenda accuratioris Astronomiæ, quæ sunt omnino ad popularem captum vulgique intelligentiam accommodata. En, inquit, quantum illud est terrarum spatium, cui Sol totus adimitur? Adimi utique vel sic non posset, nisi Luna spatio eo toto, quantum quantum illud est, major esset. Ut vel ex eo argumento, etiam crassiores intelligant Lunæ vastitatem, quæ tanto terrarum tractui par sit, atque adeo multis partibus eo major. Ad stadiorum certe millia quatuor, Solem adimi totum terris posse, scripsit Cleomedes, II. 3. Vide Notas et Emend. num. 13.

[c] *Tertia*] Tertiæ, inquit, e maximis partibus rerum naturæ, hoc est, Solis vastitas, ex utraque altera liquido declaratur. Sic XIII. 2. 'Tertius inter hæc est color,' &c. Plinii stylum non sapiunt ii, ut cetera nunc argumenta mittam, qui pro *tertia* hoc loco *certior* reponunt.

[d] *Ut non sit*] Ludit operam, inquit, qui Solis amplitudinem iis argumentis scrutatur, quæ vulgus jactitat, cujusmodi ista sunt: Immensum esse Solem oportere, quia, &c. Præsertim ubi alia certiora magisque idonea suppetunt, qualia sunt Lunæ Solisque defectus, de quibus nunc est instituta oratio.—'In Pico Tenerifæ, (mons hic est altissimus maximæ Canariarum insularum, ac totius verius orbis, cum sit passuum 47812. altitudinis,) in summo, inquam, montis cacumine Solem aiunt videri non nisi maximæ stellæ magnitudine. Vide librum inscriptum, *Mélanges d'Histoire et de Littérature*, T. I. p. 48. 49.

tanquam toto spatio medius:[a 5] et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, simul fiat a vertice:[b] item quia circa[c] solstitialem[6] circulum habitantium meridie ad Septemtrionem umbræ cadant, ortu vero ad occasum. Quæ fieri nullo modo possent nisi multo, quam terra, major esset: nec quod[f] montem Idam[7 g] exoriens latitudine exsuperet,[8] dextra lævaque large amplectens, præsertim tanto discretus intervallo.

Defectus Lunæ magnitudinem ejus[h] haud dubia ratione declarat, sicut terræ parvitatem ipsa deficiens.[9 i] Namque

[a] *Sic videlicet ratiocinando, immensum esse Solem oportere, quia umbras arborum quæ sunt in viarum et agrorum limitibus longo ordine porrectæ multis passuum millibus, ipse projicit, pari longitudine, tanquam toti illi spatio par unus esset.*

[b] *Simul omnium vertici immineat hora meridiana, nullasque jaciat umbras.*

Dalec. Elz. et Gronov. *immensum esse qui.*—5 Cod. Dalec. et Laet, *toto spatio medias.*—6 Vet. exempl. Erasmi, et cod. Dalec. *citra solstitialem.*—7 *Nec non quod montes idem* cod. ap. Dalec. *Et quod montem Idam* Basil. Ald. Junt. Lugd. Dalec. Elz. et Gronov. *Nec quod m. Idam* codd. Harduini edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—8 Cod. Dalec. *exsuperat.*—9 Idem codex, *ipsa deficiens;* quod revocavit Brotier: *ipse deficiens* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Basil. Junt. Lugd. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. Miller.

NOTÆ

50. Id accidere aiunt ex defectu vaporum, qui nulli sunt in illo montis vertice, quibus fieri solet ut majora esse sidera errantia oculis videantur. *Ed. sec.*

[c] *Item quia circa*] Eodem ipso tempore, inquit, quo habitantibus in meridiana plaga Sol incumbit a vertice, iis qui circa vel citra solstitialem circulum incolunt meridie umbras ad septemtrionem jacit.

[f] *Nec quod*] Nec multo felicius, inquit, vastitas Solis eo argumento comprobatur, quod vel rusticis ipsis familiare est, et ex oculorum etiam experimento accersitur: quo montem Idam, qui mons sese alte e terra in metæ propemodum formam attollit, animadvertimus dextra lævaque mane collustrari, luce sua large complente Sole utrumque montis, quantus quantus est, latus.

[g] *Montem Idam*] Sive Cretæ montem intelligat, sive Troadis, perinde est. Narrat quiddam de Ida, Troadis monte, Pomponius Mela I. 18. p. 20. quod Cretensi Idæ Solinus imprudens adscribit, cap. 11. p. 29. Sed aliud longe est quam quod hic Plinius refert: quanquam Salmasius p. 172. in Solin. et Voss. in Melam p. 97. hoc ipsum esse arbitrati sunt. Secutus mihi Plinius Diodorum videtur, lib. XVII. Bibl. pag. 492.

[h] *Magnitudinem ejus*] Solis.

[i] *Ipsa* [*ipse*] *deficiens*] Terræ parvitatem, inquit, si cum Sole conferas, declarat Sol ipse deficiens: tum enim major lux est quam materia quæ jactat umbram, cum ea jacitur metæ effigie in cacuminis finem desinente. Talis autem cernitur umbra terræ de-

cum sint tres umbrarum figuræ; constetque, si par lumini sit materia, quæ jactat umbram,[10] columnæ effigie jaci, nec habere finem: si vero major materia, quam lumen, turbinis recti, ut sit imum ejus angustissimum, et simili modo infinita longitudo: si minor materia, quam lux, metæ existere effigiem in cacuminis finem desinentem: talemque cerni umbram deficiente Luna: palam fit, ut nulla amplius relinquatur dubitatio, superari[j] magnitudine terram:[11] id quidem[12] et tacitis ipsius naturæ indiciis. Cur enim partitis vicibus anni brumalis abscedit?[13] ut noctium opacitate[14 k] terras reficiat, exusturus haud dubie, et sic quoque exurens quadam in parte: tanta magnitudo est.[15]

IX. (XII.) Et rationem quidem defectus utriusque primus Romani generis in vulgus extulit Sulpicius[a] Gallus, qui consul cum Marcello fuit: sed tum tribunus militum, solicitudine exercitu liberato, pridie quam Perseus rex

---

Bipont. et Franz.—10 Chiffl. *jactans umbram.*—11 Cod. ap. Laet, *magnitudine terræ.*—12 Cod. Dalec. *hic quidem.*—13 Cod. Dalec. *bruma is abscedit.*—14 Ita vet. Dalec. Chiffl. aliique codd. cum edd. Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *capacitate* Dalec. Elz. et Gronov.—15 Dalecampius, *magnitudo ejus.*

NOTÆ

ficiente Luna, Sole sub terris abdito. Superatur a Sole igitur magnitudine terra. Zieglerus et alii, qui *ipsa deficiens* legunt, ad Lunamque referunt, vetustis Plinii codicibus adversantur, sententiamque labefactant.

j *Superari*] A Sole.

k *Opacitate*] Umbra nimirum, ac frigiditate. Vide Notas et Emend. num. 14.

a *Sulpicius*] Rem accurate Livius narrat lib. XLIV. pag. 569. 'Castris permunitis,' inquit, 'C. Sulpicius Gallus Tribunus militum secundæ legionis, qui Prætor superiore anno fuerat, Consulis permissu ad concionem militibus vocatis pronuntiavit, nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda usque ad quartam horam noctis Lunam defecturam esse . . . nec trahere in prodigium debere. Nocte, quam pridie Nonas Septemb. insecuta est dies, edita hora Luna cum defecisset, Romanis militibus Galli sapientia prope divina videri,' &c. Valerius quoque Max. VIII. 11. 1. p. 398. qui rei gestæ narrationem hoc eleganti concludit elogio: 'Itaque illi,' inquit, 'inclytæ Paulianæ victoriæ liberales artes Galli aditum dederunt: quia nisi ille metum nostrorum militum vicisset, Imperator Romanus vincere hostes non potuisset.' Meminere etiam Frontinus Strategem. 1. 2. Quintilian. 1. 10. p. 92.—' Plutarchus in Æmilio Paulo, p. 260 hunc Lunæ defectum contigisse refert sub exitum æstatis.' *Ed. sec.*

superatus a Paulo est, in concionem ab imperatore productus ad prædicendam eclipsim,[1] mox et composito volumine. Apud Græcos autem investigavit primus omnium [b] Thales Milesius, Olympiadis XLVIII. anno quarto, prædicto solis defectu, qui Alyatte [2 c] rege factus est, urbis conditæ anno CLXX.[3 d] Post eos utriusque sideris cursum in sexcentos annos præcinuit Hipparchus, menses gentium,[e] diesque et horas, ac situs locorum, et visus populorum [4] complexus, ævo teste, haud alio modo, quam consiliorum naturæ particeps. Viri ingentes, supraque mortalia, tantorum [5] numinum lege deprehensa, et misera hominum mente absoluta,[a] in defectibus scelera,[6 f] aut

[a] *Metu soluta.*

CAP. IX. 1 Vet. Dalecampii, *præcinendam eclipsim.*—2 Nonnulli *Halyatte* ex Herodoto. *qui sub Astyage rege* editio Erasmi. Vid. Not. et Emend. n. 15. —3 Ita Venett. Rom. Parm. Brix. Tarvis. Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. Gronov. et Harduin. 1. *CLXXX.* cod. Dalec. Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. *CLX.* Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. improbante Brotier. Vid. Not. et Emend. n. 15. Laet, in Elz. conj. *CLXVI.*—4 Ita cod. Dalec. alii ap. Laet et Pint. edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vicos populorum* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. et Gronov.—5 Ita cod. Dalec. et restituit Brotier: *mortalium naturam tantorum* edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz.—6 Edd. vett. ante Harduin. *in d.*

NOTÆ

[b] *Primus omnium*] Id quoque narrant Herod. Clio, n. 74. p. 30. Laërtius in Thalete, p. 6. ex Eudemo historico, ex quo id pariter hausisse se ait Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 302. Plutarch. de Placitis Philos. II. 24. p. 890. Tzetzes, Chil. II. 869.

[c] *Alyatte*] Ἀλυάττης Gygis pronepos, Sardium tyrannus, Crœsi pater, qui Alyatticus idcirco ab Horatio appellatur. Bellum is tum gerebat cum Cyaxare Medorum rege, Astyagis patre, ut refert Herod. loc. cit. p. 44. et Clemens Alexandrinus.

[d] *Anno CLXX.*] Vide Notas et Emend. num. 15.

[e] *Menses gentium*] Hoc est, ephemerides conscripsit, effecitque ut gentes interlunia possent pleniluniaque prænoscere. Dies item et horas, hoc est, dierum magnitudines annotavit: situs locorum, distantiam ab æquatore, et boreali polo: denique visus populorum, hoc est, quod Astronomi diversitatem aspectus appellant. Hæc ab Hipparcho fuisse digesta ordinatim, auctor est etiam Ptolemæus Geogr. I. 4. p. 7.

[f] *Scelera*] Siderum scelera appellat, bella, grandines, eluviones aquarum, ceterasque calamitates et infortunia, quæ immitti innoxiis hominibus ab iratis in defectu suo sideribus putabantur. Hæc enim portendi defectione Solis, cecinit Pindarus a Plinio mox appellandus, in eo Hymno, cu-

mortem ? [f] aliquam siderum pavente: quod in metu [g] fuisse Stesichori [h] et Pindari vatum sublimia ora palam est deliquio Solis: at in Luna veneficia [9] arguente mortalitate, et ob id crepitu dissono [i] auxiliante. Quo pavore ignarus causæ Nicias [j] Atheniensium imperator, veritus classem

stellarum scelera. Vox *stellarum* deest in cod. Tolet.—7 Cod. Dalec. et Chiffl. *ut mortem.*—8 Cod. Dalec. *qua in mente.*—9 Idem codex: *Solis aut Lunæ,*

NOTÆ

jus partem recitat Dionysius Halicarn. in Opusc. de Demosthenis gravitate in dicendo, p. 167. cujus Hymni initium est: Ἀκτὶς ἀελίου .... πολέμου δ' ἢ σᾶμα φέρεις τινὸς, Ἢ καρποῦ φθίσιν, Ἢ νιφετοῦ σθένος ὑπέρφατον, Ἢ στάσιν οὐλομέναν, κ. τ. λ.

[f] *Aut mortem*] Extinctionem luminis. Hinc laborare Luna in defectu putabatur, ut mox dicemus. Hanc siderum mortem, hæc scelera, complexus est Seneca in Thyeste, Act. IV. in fine, ubi Solis defectionem lamentatur.

[h] *Stesichori*] Himeræus fuit e Sicilia vates: cujus ingenii formam Quintilianus describit X. 1. p. 740. Horatius IV. Od. 9. 'Stesichori graves Camœnas,' quod maxima bella et clarissimos duces cecinerit. Hujus fragmenta collegit Henr. Stephanus, inter Lyricos poëtas. Quod de Stesichoro Pindaroque Plinius refert, etiam apud Plutarchum legitur, lib. de facie in orbe Lunæ, p. 931. Στησίχορον καὶ Πίνδαρον ἐν ταῖς ἐκλείψεσιν ἀλοφυρομένους τὸν φανερώτατον κλεπτόμενον, κ. τ. λ.

[i] *Crepitu dissono*] Æris ac pelvium. Juvenalis agens de clamosa muliere, Sat. VI. 441. 'Verborum tanta cadit vis, Tot pariter pelves et tintinnabula dicas Pulsari: jam nemo tubas atque æra fatiget: Una laboranti poterit succurrere Lunæ.' Lunam deficientem cum antiqui viderent, maximos sonitus et fragores edebant, quod laboranti se succurrere inani ea superstitione crederent: existimabant quippe idcirco deficere, quod magicis sagarum incantationibus cogeretur in terram descendere, ac nescio quo virulento rore in herbas despumare, quo veneficæ uterentur. Lunam vero, ne devocaretur e cœlo, tum laborare ac reluctari: sed vinci tandem carminibus, nisi æris tinnitu et incondito strepitu ad carmina sagarum obsurdesceret, et in ea lucta laboranti Lunæ obstrepera mortalium superstitio succurreret. Pleni sunt Poëtarum libri his nugis. Etiam in Christianorum mores mos ille irrepsisse aliquando videtur, cum in eos Maximus Taurin. invehatur, homilia de defectu Lunæ, quod magnos clamores deficiente Luna summa contentione tollerent: et S. Audoënus, Vitæ S. Eligii II. 15.

[j] *Nicias*] Refert hæc fuse Plutarchus in Nicia, p. 539. Quintilian. I. 10. p. 92. et alii. Profuit autem vice versa non parum Christophoro Columbo notitia eclipsium, ut id obiter corollarii vice subdam. Nam cum anno 1493. ad Jamaicam insulam appulisset, et ibi Hispanus exercitus post seditionem penuria laboraret, nec a Jamaicensibus impetrari alimenta possent, pestem iis Columbus tum minitari, inque hujus signum, eclipsim mox appariturum, Octobris

portu educere, opes eorum afflixit. Macti ingenio [10 k] este cœli interpretes, rerumque naturæ capaces, argumenti repertores, quo Deos hominesque vicistis.[11 l] Quis enim hæc cernens, et statos siderum (quoniam ita placuit appellare) labores,[m] non suæ necessitati mortalis genitus ignoscat? [12] Nunc confessa de iisdem breviter atque capitulatim attingam, ratione admodum necessariis locis strictimque reddita; nam neque instituti operis talis argumentatio est:[13] neque omnium rerum afferri posse [14] causas minus mirum est, quam constare in aliquibus.

veneficia. Alii, *Solis et Lunæ*, &c.—10 *Macte ingenio* cod. Dalec.—11 Vet. Dalecampii *vinxistis.* Cod. ap. Laet, *junxistis*, quod ille probat.—12 Chiffl. *mortales genitos ignoscat.* Dalec. conj. *agnoscat.*—13 Codd. Dalec. et Laet, *aut argumenti ratio est.*—14 Chiffl. *afferri posse.*

NOTÆ

22. Quæ cum dicta die evenisset, certatim commeatus afferre illi, et provolvi ad ejus genua, ut veniam impetrarent.—' Quod autem Imperator Atheniensium Nicias appellatur, et libro sexto Hanno Imperator Pœnorum; admonet inquirendum, quis primus dici cœperit 'Imperator Romanorum.' Nam in nummis certe Augustorum ante sæculum XIII. non occurrit. Cave enim credas sincerum esse sigillum saltem plumbeum, ex diplomate Placentino allatum a Mabillonio, in Itinere Italico, pag. 109. et ita inscriptum Ludovici II. ut aiunt, nomine: HLVDOVVICVS IMP. R. 'Imperator Romanorum.' In aversa parte, CL. AVG. DEC. IMP. ubi, quod Mabillonium fugit, legi sigilli fictor volnit; 'CLementia AVGusti, DECus IMPerii.' Non solent autem similes sententiæ in genuinis scribi sigillis, nec solent esse plumbea Imperatorum sigilla.' *Ed. sec.*

k '*Macti ingenio*] Nihilominus eleganter versibus laudat Astronomos Ovid. Fast. I. 'Felices animos, quibus hæc cognoscere primis, Inque domos superas scandere cura fuit. Credibile est illos pariter vitiisque locisque Altius humanis exernisse caput. Non Venus et Vinum sublimia pectora fregit; Officiumve fori, militiæque labor: Nec levis ambitio, perfusaque gloria fuco, Magnarumve fames solicitavit opum. Admovere oculis distantia sidera nostris, Ætheraque ingenio supposuere suo. Sic petitur cœlum: non ut ferat Ossan Olympus Summaque Peliacus sidera tangat apex.' *Ed. sec.*

l *Vicistis*] Homines quidem vicistis, quibus cœlestium rerum præscientia tanto antecellitis: Deosque ipsos, earundem deprehensione rerum, quas latere tamdiu hominibus voluerunt. Quis enim deinceps Deorum, hoc est siderum, labores intelligens, non ignoscat necessitati, quæ eum mortalem genuit? Legit Pintianus, *vinxistis*, hoc sensu, paris fere sortis conditionisque fecistis; necessitati, perinde ac mortales, obnoxios Deos. Cui emendationi favet sane orationis textura ipsa, favet et Seneca ante laudatus: at consensus omnium exemplarium adversatur.

m *Labores*] Ita poëtæ vocant. Vir-

X. (XIII.) Defectus [a] ducentis viginti tribus mensibus [1 b] redire in suos orbes certum est; Solisque defectum [2] non nisi novissima primave fieri Luna, quod vocant coitum :[c] Lunæ autem non nisi plena, semperque citra [d] quam proxime fuerit.[3] Omnibus autem [e] annis fieri utriusque sideris

CAP. X. 1 'Bene Chiffl. Ed. pr. et Hardninus in altera sua editione, *ducentis v. tribus mensibus.*' Brotier. Ita quoque Hardnin. 3. Bipont. et Franz. Alii, *XXV. &c.* Venett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. Gronov. et Hardnin. 1. *d. v. duobus, &c.*—2 *Solisque defectus* Chiffl.—3 Idem codex,

NOTÆ

gil. Æneid. I. 746. 'Hic canit errantem Lunam, Solisque labores.'

[a] *Defectus*] Plane mensibus lunaribus 222. completis, Luna revolvitur ad eandem cœli partem, et in eodem nodo draconis, ut aiunt, constituitur, ubi prius defectum est passa. Sunt autem menses 222. lunares, anni fere solares octodecim, cum septem mensibus et semisse. Totidemque mensibus ad eandem cœli partem regreditur, unde digressa est, cum Solem interpositu súo terris occultavit. Sic ævo nostro experti sumus Solis defectum die Octobris tertia, anno 1660. ac 222. fere post mensibus, anno 1679. Aprilis decima. Lunæ item 18. Octob. 1660. et 25. Aprilis 1679. Quem in sensum Martianus Capella accipiendus sit, cum in hac parte adversari Plinio videtur, disce ex Ricciolo, tomo I. Almag. lib. v. p. 349.

[b] '*Defectus ducentis viginti tribus mensibus*] Ita plane legendum esse demonstrat ipse siderum, Solis, ac Lunæ cursus: consensusque librorum veterum, ut Chiffletiani codicis, teste Dalecampio, editionis Romanæ, anni 1470. Parmensis, anni 1476. Tarvisinæ, anni 1497. et Venetæ, anni 1488. Nam in his constanter legitur, *CCXXIII. mensibus*: et in Itala versione Christophori Landini, Venetiis, anno 1476. *Certo che gleclypsi in ducento venti tre mesi ritornono a suoi cerchi*: Editio Veneta, anni 1496. prior scripsit, *CCXXII.* quam ceteræ deinceps perperam sunt secutæ. Plinium confer cum Martiano Capella, lib. VIII. cap. de 12. partibus latitudinis Zodiaci; ubi CCXXXV. menses requirit, hoc est annos XIX. Vide et Ricciolum Tom. I. Almag. p. 349. ubi Keplerum ait in Ep. Astron. p. 895. 'affirmare, ob multa principia concurrentia ad eclipses, præsertim Solis, nullum esse revolutionis exactum ordinem nobis notum: loquendo tamen, de lunaribus, quæ simpliciores sunt, insignem esse periodum mensium CCXXIII. seu annorum lunarium XVIII. ita ut ad cyclum decemnovennalem residuus sit unus lunaris annus simplex. Hac enim periodo plerumque redeunt eclipses non multum differentes, denis tamen gradibus Zodiaci antecedentes.' *Ed. sec.*

[c] *Coitum*] Alii interlunium, silentium alii Lunæ appellant. 'Tacita per amica silentia Lunæ.'

[d] *Semperque citra*] Hoc est, non in eadem parte cœli, in qua proxima eclipsis animadversa fuerit: sed in parte magis occidentali.

[e] *Omnibus autem*] Hoc est intra unius anni spatium. Hoc vero demonstrant Tabulæ Eclipsium Astronomicæ, apud Ricciolum, tomo I. Almag. lib. v. p. 389.

defectus statis diebus horisque sub terra. Nec tamen cum superne fiunt,[4] ubique cerni, aliquando propter nubila, sæpius globo[f] terræ obstante convexitatibus[5] mundi.[a] Intra ducentos[g] annos Hipparchi sagacitate compertum est, et Lunæ defectum aliquando quinto mense a priore fieri, Solis vero[h] septimo: eundem[6] bis[i] in triginta diebus supra terras occultari, sed ab aliis[j] atque aliis hoc cerni:[7]

[a] *Cæli convexitati.*

proxime fuerint.—4 Vet. Dalecampii, *fiunt superne.* Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. et Gronov. *fiant superne.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *superne fiunt.*—5 Vet. Dalecampii, *e convexitatibus.*—6 Ita cod. Dalec. et Chiffl. et edd. recentt. post Harduin. *Eandem* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. et Gronov.—7 Cod. Dalec.

NOTÆ

[f] *Sæpius globo*] Impediente globositate terræ, cœlique convexitate, quominus cerni possint 'ab orientis deliquia in occidente facta,' inquit Martianus lib. VI. p. 193. 'et quæ in ortu accidunt, a tota Britannia atque occasus regionibus ignorantur.' Hoc versibus eleganter expressit Manilius Astron. lib. I. p. 8. 'Mediique tumores Eripiunt terræ cœlum, visusque coërcent: Te testem dat, Luna, sui glomerabilis orbis: Quæ cum mersa nigris per noctem deficis umbris, Non omnes pariter confundis sidere gentes. Sed prius Eoæ quærunt tua lumina gentes: Post medio subjecta polo quæcumque coluntur: Ultima ad Hesperios infectis volveris alis. Quod si plana foret tellus, simul icta per omnes Deficeret pariter toti miserabilis orbi. Sed quia per teretem deducta est terra tumorem, His modo, post illis apparet Delia terris,' &c.

[g] *Intra ducentos*] Ducentos, inquit, ante annos vixit Hipparchus, cujus sagacitate compertum est, &c. Tantum enim temporis intercessit inter Hipparchi Pliniique ætatem. Neque vero sensus est, ut existimavit vir alioqui extra ingenii aleam positus, expectandos esse annos ducentos, ut recurrat Lunæ defectus quinto mense: cum vel intra annos decem animadversum fuerit ætate nostra geminam ita recurrere: primo nempe, 14. Junii, et 9. Novemb. anno 1658. ac rursum 18. Nov. 1668. et 15. April. anni 1669. De hoc porro defectionum Lunæ recursu, qui fit quinto mense, subscribit Plinio Ptolemæus Almag. VI. 6. p. 137.

[h] *Solis vero*] Ita Ptolemæus loc. cit. Tale intervallum fuit septem fere mensium inter solarem eclipsim anni 1623. Octob. 23. et anni 1624. Maii 18. Tale et ab eclipsi item solari 16. Januar. 1684. ad aliam 12. Julii.

[i] *Eundem bis*] Vide Notas et Emend. num. 16.

[j] *Sed ab aliis*] Hoc illud est quod Ricciolus ait loc. cit. non posse Solis eclipsim in uno mense bis fieri versus eundem polum, posse versus alterum: hoc est, priorem eclipsim visum iri a Borealibus, ab Australibus alteram, aut vice versa.

quæque sunt in hoc miraculo maxime mira, cum conveniat umbra terræ Lunam hebetari, nunc ab occasus [8] [k] parte hoc ei accidere, nunc ab exortus: et quanam ratione, cum Solis exortu umbra illa hebetatrix sub terra esse debeat, semel jam [l] acciderit, ut in occasu Luna deficeret, utroque super terram conspicuo sidere. Nam ut quindecim [m] diebus [9] utrumque sidus quæreretur, et nostro ævo accidit, imperatoribus [n] Vespasianis,° patre III. filio iterum consulibus.[10]

sed ab hoc atque aliis cerni. Chiffl. *sed ab aliis hoc cerni.*—8 Cod. Tolet. *et nunc ab occasus.*—9 Ita codd. Dalec. Chiffl. Tolet. et vet. exempl. Erasmi, cum edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quindecim diebus* edd. vett.—10 'Ita Ms. Reg. 2. editio princeps aliæque quam plurimæ. Is annus incidit in annum Urbis conditæ DCCCXXIV. Jesu Christi 71. quo imperatores Vespasianus Titusque filius de Judæa triumphavere. Tunc designatus fuit consul secundum Titus, et ob triumphum forte consulatum accepit, quem gessit

NOTÆ

[k] *Nunc ab occasus*] Nunc ab occidente, nunc ab oriente Lunam obscurari. Subtilius arbitror quam quod Plinius intellexit, illud quod Ricciolus excogitat, loc. cit. cap. 18. p. 345. sententiam videlicet hujus loci esse, 'quanquam ordinarie Lunæ eclipsis incipiat ab orientali Lunæ parte, et desinat in occidentali, evenire tamen aliquando, ut incipiat ab occidentali, desinatque in orientali:' quod et Keplerus accidere posse ostendit, in Astron. Optica, cap. 11. probl. 31. p. 411. Id vero sane infrequens, ac permirum debet videri, si vel semel accidit.

[l] *Semel jam*] Horizontales eas eclipses appellant: quas undevigesimo quoque anno accidere, peritiores hujus ævi Astronomi observarunt. Ut autem conspicuum sit utrumque supra terram sidus, præsertim ex edito loco spectantibus, accidere aiunt refractionum opera ac vi: cum vapores Lunam aut Solem, etiam cum sub terra sunt, attollunt aliquantulum, ac repræsentant. Sic aliquando visum Solem ipsum post occasum, oriri rursum ab ea ipsa occidua parte. Id denique ea plane ratione fieri, qua, si nummum argenteum in pelvim injicias, recedasque deinde intervallo tanto, quanto necesse est ut nummum oculis non queas attingere; si quis deinde in pelvim aquam infundat, credas attolli nummum, quem clare perspicies ab eo loco in quem ante discesseras.

[m] *Nam ut quindecim*] Vide Notas et Emend. num. 16. Ut intra dies quindecim sidus utrumque deficeret, haud ita magnam, inquit, admirabilitatem habet; nam et ævo nostro id contigit. Quod porro Plinius accidisse suis temporibus ait, id frequenter nostra quoque vidit ætas: uti anno 1666. 16. Junii, deliquium patiente Luna, Sole 2. Julii. Anno 1681. Luna quarto Martii, Sole, 19. Anno 1683. Sole deficiente 27. Januar. Luna 9. Febr. &c.

[n] *Imperatoribus*] Fuit nimirum post capta Hierosolyma Imperatoris titulus ipsi Tito datus ab exercitu, ut

XI. (XIV.) Lunam semper aversis a Sole cornibus, si crescat, ortus spectare: si minuatur, occasus, haud dubium

---

cum patre IV. anno sequenti. At eo anno utrumve sidus non quæsitum quindecim diebus. Cl. Petit, quem secutus est eruditus Harduinus, emendavit, *patre IV. filio iterum consulibus.* Eo quidem anno Cl. Riccioli ex Tabulis astronomicis notat eclipsim Solis die 8. Februarii, et eclipsim Lunæ die 22. ejusdem mensis. Verum Cl. Pingré in accuratissimis suis Tabulis, *l'Art de Vérifier les Dates*, pag. 52. nullam habet eclipsim Solarem mense Februario. Forte melius Mss. Reg. 1. 5. 6. annum non determinant, et habent tantum, *imperatoribus Vespasianis patre et filio;* vel, *ac filio ejus.* Id enim revera contigit sub imperatoribus Vespasianis, patre et filio, anno Urbis conditæ DCCCXXVI. Jesu Christi 73. quo Sol defecit die 23. Julii, Luna die 6. Augusti.' *Brotier.*

NOTÆ

diximus in Notis et Emend. ad Præf. num. 3. Quamobrem in nummis apud Occon. p. 162. ipso vivo ac spectante patre, Titus Consulatu suo III. et IV. IMP. T. CÆSAR. VESPAS. AUG. inscribitur. At non idcirco idem collega imperii fuit, cum ad id honoris fastigium non publice fuerit ascitus a patre: etsi ipse Titus, publicis sese ultro immiscens negotiis, nec admodum refragante patre, non destitit participem imperii agere, ut a Tranquillo dictum loco cit. animadvertimus. Primus omnium Marcus L. Verum collegam ascivit: unde Spartianus: 'Tantum,' inquit, 'hujus rei et novitas et dignitas valuit,' &c. —'Imperator apud Romanos nonnisi exercitus ducem significat: Galli dicunt, *Général d'Armée.* Unde et ante Cæsares Lucullus a Plinio XXV. 7. 'clarissimus Imperator' appellatur. Is honos Tito delatus a Senatu est, vivo patre, ut summa potestate exercitui uni præesset. At in nummis antiquis, cum nomini proprio præponitur titulus IMP. tunc summum omnium exercituum ducem, natalium jure, significat, *le Généralissime né:* qualis etiam vivo patre Titus in nummis interdum prædicatur. Ut in isto aureo e Cimelio Ducis Parmensis: IMP. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. COS. III. Caput laureatum .)(. IMP. T. CAES. VESP. AVG. F. TRIB. P. II. COS. II. Caput nudum. Et in altero isto similiter aureo, ex Gaza Regia: IMP. CAESAR. VESP. AVG. Caput laureatum. .)(. IMP. T. CAES. VESP. TR. P. III. COS. III. Caput nudum. Nec leviter ii etiam prætereundi sunt, qui sunt inscripti: T. CAES. IMP: VESP. CENS. Caput laureatum. .)(. PAX. AVG. Dea stat, cum caduceo et ramo oleæ. In alio, T. CAESAR IMP. VESP. Caput laureatum: .)(. PONTIF. TR. P. COS. IIII. Victoria coronam gestat et palmam. Uterque est aureus in Cimelio Regio. Interjecta 'Cæsaris et imperatoris' nomina inter prænomen Titi et Vespasiani cognomen, ambo se quoque esse hæreditaria cognomina, æque ac Vespasiani, clamant. 'Titus,' ex patris matre 'Cæsar,' ac propterea simul 'Imperator' natus: 'Vespasianus' ex patre.' *Ed. sec.*

° *Vespasianis*] Annus Christi vulgaris fuit LXXII. quo anno die 8. Februarii Sol defecit in Italia ante meridiem, et die 22. ejusdem mensis Luna defecit sesquihora fere post occasum Solis Romæ, uti ex Tabulis Astronomicis colligit P. Riccioli in Chronol. Reform. lib. IV. p. 161.

est. Lucere dodrantes [a] semuncias [1] horarum ab secunda adjicientem usque ad plenum orbem, detrahentemque in diminutionem.[a 2] Intra quatuordecim autem partes Solis,[b] semper occultam esse. Quo argumento amplior errantium [3] stellarum,[b] quam Lunæ [c] magnitudo colligitur: quando illæ et a septenis [4 d] interdum partibus emergant. Sed altitudo cogit minores videri: sicut affixas cœlo Solis fulgor interdiu [5] non cerni, cum æque ac noctu [6] luceant:

[a] *Lucet Luna a secunda post novilunium die, adjiciens singulis diebus dodrantem horæ et semunciam, tanto enim citius quolibet die oritur usque ad plenilunium: tantumdemque detrahit, ac serius oritur eadem, cum minuitur.*

[b] *Cum distat a Sole gradibus tantum quatuordecim.*

CAP XI. 1 Cod. Dalec. *initio dodrantem et semuncias.* Pro *Lucere* Laet in ed. Elz. conj. *luci.* Vid. Budæum de Asse, lib. I.—2 Chiffl. *in deminutionem.* —3 Salmasius legit *ceterarum;* nam et Luna errantium una.—4 Cod. Dalec. et Chiffl. *illæ etiam septenis.*—5 Chiffl. *fulgor. Interdiu.*—6 Sic cod. Dalec. Tolet. Chiffl. Pint. Lugd. Erasm. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

[a] *Lucere dodrantes*] Dodrans tres quartas, ut vocant, horæ partes complectitur. Semuncia pars est unius horæ quarta et vicesima: sive minuta duo cum semisse. Summa igitur est minutorum 47½. quibus citius in singulos dies Luna, quam pridie, oritur. Ita secunda post Noviluniium die, sive post coitum Solis ac Lunæ, Luna post occasum Solis incet minutis horæ 47½. Die sequenti, hora una et minutis 35. et sic deinceps, donec totum orbem compleat. At post plenilunium tantundem detrahit temporis: hoc est, prima die post plenilunium non oritur Luna post Solis occasum, nisi 47½. horariis minutis: secunda die, nonnisi post horam et minuta 35. &c. Vide Keplerum in Astron. Optica, cap. 6. p. 235. et Ricciolum, tomo I. Almag. IV. 4. p. 192. Fortassis exactius paulo locutus est Plinius XVIII. 75. ubi in eodem argumento habitat: qua de re eo loci dicemus.

[b] *Errantium stellarum*] Ita codices Mss. omnes: quamobrem frustra Salmasius p. 722. corrigit, *errantium ceterarum*, quod Luna etiam una sit errantium. At stellas errantes Plinius appellat eas duntaxat, quæ minores nobis e septem apparent: Solem ac Lunam stellarum nomine nusquam comprehendit: sed vel siderum, vel rerum naturæ partium maximarum: oculorum nempe judicio. Quid quod siderum voce Solem ac Lunam nolit idem interim intelligi? Superius enim cap. 6. de Venere: 'Jam,' inquit, 'magnitudine extra cuncta alia sidera est.' Qua siderum appellatione palam est Solem hic Lunamque minime comprehendi.

[c] *Quam Lunæ*] Ab ipso Mercurio Lunam magnitudine superari, auctor est Blancanus apud Ricciolum, tom. I. Almag. p. 709.

[d] *Et a septenis*] Etiam et Venus, cum quinque partibus sive gradibus a Sole digressa est, oculis ipsis dete-

idque manifestum fiat defectu[7] Solis, et prælatis puteis.

XII. (XV.) Errantium[a] autem tres, quas supra Solem diximus[1] sitas,[b] occultantur, meantes cum eo.[c] Exoriuntur vero matutino, discedentes partibus nusquam amplius undenis.[d] Postea radiorum[e] ejus contactu reguntur,[2] et in triquetro[f] a partibus centum viginti stationes matutinas[g]

Franz. *cum æque diu ac noctu* Dalec. Lugd. 1606. et Gronov.—7 Codex Dalecampii et Chiffl. hanc lectionem firmant; et sic edd. Harduin. 1. 2. 3. Elz. Miller. Bipont. et Franz. *defectibus* exhibent Basil. Lugd. Erasm. Dalec. et Gronov.

CAP. XII. 1 Ita vet. Dalec. Basil. Lugd. Erasm. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *dicimus* Dalec. Lugd. 1606. et Gronov.—2 Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Dalec. Elz. et Gronov. *teguntur*. Cod. Dalec. Chiffl. vet. exempl. Erasmi, et cod. ap. Laët, *reguntur*; quod, monentibus Turneb. et Salmas. in textum recepit Harduinus, eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.—

NOTÆ

gitur: per telescopium vero, etiam in Sole conspectum sidus illud scimus.

[a] *Errantium*] Mars, Jupiter, Saturnus.

[b] *Diximus sitas*] Cap. 6.

[c] *Meantes cum eo*] In conjunctione cum Sole.—'Horum quatuor siderum errantium motum apparentem egregie describit D. Cassini, in Historia Academiæ Regia Scientiarum, anni 1709. p. 247.' *Ed. sec.*

[d] *Amplius undenis*] Cum tot gradibus, inquit, distant a Sole, tum apparent, et oriuntur ortu matutino heliaco, quæ prima est stellæ apparitio sive emersio e radiis Solis, sub quibus antea latebat, ascendente stella supra horizontem ortivum paulo ante exortum Solis. Vide Notas et Emend. num. 17.

[e] *Postea radiorum*] Solis, inquit, radiorum contactu regitur, ac dignoscitur planetarum motus: diverse Solis afficiuntur radiis. Vide Notas et Emend. num. 18.

[f] *Et in triquetro*] Hoc est, in aspectu trino, sive trigono. Hæc Plinius ex Vitruvio IX. 4. Aspectus planetarum trigonus, seu triangularis, vocatur, cum distant inter se duo planetæ tertia cœli parte, hoc est, gradibus 120. seu quatuor signis Zodiaci. Porro Keplerus in Epitome Astron. p. 744. aliique recentiores Astronomi, loca stationum haud paria tribus superioribus planetis assignant: sed Saturno inter quadratum ac trinum Solis aspectum, propius tamen quadrato: Jovi fere in trino: Marti ultra trinum.

[g] *Stationes matutinas*] Stationarius planeta dicitur, quando stare videtur per aliquod tempus in eadem parte Zodiaci, et sequenti die appareat in eodem loco, quo fuit præcedenti. Matutina statio vocatur et prima, in tribus superioribus planetis, de quibus nunc quæstio instituitur, ea quæ exortum planetæ matutinum sequitur.

[h] *Mox in averso*] In oppositione

faciunt, quæ et primæ vocantur: mox in averso [3 b] a partibus centum octoginta, exortus vespertinos. Iterumque [4] in centum viginti ab alio latere [i] appropinquantes,[5] stationes vespertinas, quas et secundas [6] vocant, donec assecutus in partibus duodenis occultet illas, qui vespertini occasus appellantur. Martis stella ut propior, etiam ex quadrato [j]

3 Ald. Junt. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *adverso;* Chiffl. *adverso;* quod recepit Brotier.—4 Sic quoque cod. Dalec. Tolet. Chiffl. alii codd. ap. Harduin. et vet. exempl. Erasmi, cum edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Itemque* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. et Gronov.—5 Ita vet. Dalec. cum edd. Elz. et Harduin. 1. 2. *appropinquante* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Gronov. Bipont. et Franz.—6 Harduin. 1. 2. Bipont. et Franz. *quas secundas*, omisso *et*.—7 Cod. Dalec.

NOTÆ

Solis, ut loquuntur Astronomi: cum a Sole absunt longissime, hoc est, media parte cœli, sive gradibus 180. Oriri tum dicuntur ortu vespertino, sive acronycho, qui fit, cum ascendit stella supra horizontem ortivum, Sole occidente. Codices tamen omnes Mss. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. *Mox in averso* legunt: ut idem fortassis aversum sit quod lævum, seu orientalis pars cœli, in qua tum stella oritur, Soli adversa. At Martianus lib. VIII. p. 300. 'Moxque in contrario in 180. partibus exortus faciunt vespertinos.'

[i] *Ab alio latere*] Hæc totidem fere verbis Martianus loc. cit. Peracta est statio matutina, seu prima, orientali mundi plaga, stellis ab orientali latere Soli vicinis: nunc vicissim in oppositis, hoc est, in occiduis mundi partibus eædem positæ, alio latere a Sole 120. partibus pariter disjunctæ, consistere rursum videntur, ac stationem facere, quam vespertinam, et secundam vocant: quia vespertinum planetæ occasum, et conjunctionem cum Sole antecedit. Donec Sol, qui multo est in suo motu velocior, eas assecutus, ita ut duodecim gradum intervallo, non amplius, ab eis dissideat, occultet illas: atque hæc occultatio, occasus planetarum vespertinus heliacus appellatur; tunc enim stella descendit ab horizonte post Solis occasum: cumque diebus superioribus post Solis occubitum cernerentur in horizonte occidentali, jam desinunt ibi apparere; occultantur enim radiis Solis, qui eas utpote tardiores, assequitur: latentque ipsius fulgore obscuratæ, usque ad emersionem matutinam, de qua dictum est proxime.

[j] *Ex quadrato*] Planetæ ceteri tertia cœli parte distant a Sole, cum stationarii fiunt, et vocantur, hoc est 120. partibus. Mars vero, cum quarta tantum cœli parte disjungitur, hoc est gradibus XC. tum radiis Solis quasi retrahitur ac revocatur, et stationem facit. Unde hic motus nomen accepit; nam cum ab exortu matutino apparet, nonagenarius primus: cum ab vespertino, secundus nuncupatur: hoc est, primus, cum in statione prima, seu matutina, moratur: cum in secunda, seu vespertina, secundus. In Mss. R. 1. 2. Chiffl. &c. legitur: *ab LXXX. partibus*, haud satis recte, ut opinor. Nam receptam lectionem vidit et se-

sentit radios, ab nonaginta [7] partibus: unde et nomen accepit is motus, primus et secundus nonagenarius dictus ab utroque exortu. Eadem stationalis [k] senis mensibus commoratur in signis, alioqui bimestris, cum ceteræ utraque statione quaternos menses non impleant.

Inferiores [l] autem duæ occultantur in coitu vespertino, simili modo: relictoque Sole,[8] totidem in partibus faciunt exortus matutinos: atque a longissimis [m] distantiæ suæ metis Solem insequuntur, adeptæque occasu matutino conduntur ac prætereunt. Mox eodem intervallo [n] vespere [9]

---

radios, et ab octoginta; Chiffl. *radios LXXX.* Mox Chiffl. et cod. Dalec. *partibus, unde et nomen accepit. Motus primus et, &c.*—8 Ita Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *relictæque a Sole* cod. Dalec. Chiffl. alter ap. Laet, vet. exempl. Erasmi, et Elz. Mox Chiffl. *atque longissimis*, omissa præpositione.—9 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. ceteri

NOTÆ

cutus est Martianus lib. VIII. p. 299.

[k] *Eadem stationalis*] Stella Martis, inquit, suo proprio cursu bimestris est, hoc est, duobus mensibus signum unum pervagatur, binis ferme annis duodena, ut dictum est cap. 6. Eadem ab una statione ad alteram, menses senos insumit: ceteræ, Jovis et Saturni, vix quaternos.

[l] *Inferiores*] Venus et Mercurius simili modo, ac superiores planetæ, radiis Solis teguntur, in coitu seu conjunctione cum Sole, latentque sic usque ad emersionem matutinam, sive ortum matutinum heliacum, qui fit similiter in duodenis partibus a Sole, ascendente stella supra horizontem, paulo ante Solis exortum, quem pone se reliquere.

[m] *Atque a long.*] Inde longissime recedunt a Sole, Venus scilicet gradibus XLVIII. Mercurius, XXVIII. ut diximus cap. 6. Ubi ad cursus sui metas longissimas pervenerunt, concitato cursu regrediuntur ad Solem ortivum, et horizontem: quem ubi sunt assecutæ, occidere dicuntur occasu heliaco matutino; conduntur enim radiis Solis, desinuntque conspici, usque ad emersionem vespertinam, ad quam deinde cursum accelerant.

[n] *Mox eodem intervallo*] Partium sive graduum duodecim intervallo a Sole dissitæ velocitate sua emergentes, oriuntur ortu heliaco vespertino, quia post Solis occasum luminis sui libertate clarescunt; inquit Martianus, lib. VIII. p. 298. hoc est, apparere tum primum incipiunt in horizonte occidentali: ibique deinceps videntur in dies singulos vesperi altiores, usque ad quos diximus terminos, hoc est, usque ad maximam digressionem a Sole: post quam illæ rursum regrediuntur ad Solem, a quo demum occultantur. Atque hæc occultatio vespertinus occasus heliacus appellatur: descendunt enim ab horizonte paulo post Solis occasum, ac deinceps sub ejus radiis delitescunt. At discrepat a Plinio Pto-

exoriuntur, usque ad quos diximus terminos. Ab his [10] retrogradiuntur ad Solem, et occasu vespertino delitescunt. Veneris stella et stationes [11] duas, matutinam vespertinamque, ab utroque exortu facit, a longissimis [12] distantiæ suæ finibus:[a] Mercurii stationes breviore momento,[c] quam ut deprehendi possint.[13]

XIII. Hæc est luminum occultationumque ratio, perplexior motu,[d] [1] multisque involuta miraculis. Siquidem magnitudines suas et colores [2] mutant, et eædem [2] ad Septemtrionem accedunt, abeuntque ad Austrum, terrisque propiores aut cœlo repente cernuntur: in quibus aliter multa quam priores, tradituri, fatemur ea quoque illorum esse muneris, qui primi quærendi vias demonstraverint:[3] modo ne quis desperet sæcula proficere semper. Pluribus de causis hæc omnia accidunt.

Prima circulorum, quos Græci ἀψῖδας in stellis vocant: etenim Græcis utendum erit vocabulis. Sunt autem hi sui cuique earum, aliique quam mundo:[b] quoniam terra a verticibus duobus, quos appellaverunt Polos, centrum cœli est,

[a] *Ubi longissime discessit a Sole, post utrumque exortum, matutinum ac vespertinum, matutinam vespertinamque stationem facit, ubi tum facta tardior, et retrograda.*

[c] *Difficilioris explicatus quam ratio motuum.* [b] *Quam cœlo.*

---

vero codd. et edd. *vesperi.*—10 *Ab hisce* Chiffl.—11 *Veneris stella stationes*, omisso *et*, cod. Dalec. Chiffl. et edd. antiq.—12 Præpositionem ante *longissimis* deleri vult Dalecampius.—13 Sic cod. Dalec. etChiffl. cum edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *possit* Ald.Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. et Gronov.

CAP. XIII. 1 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *perplexiore motu* edd. vett. ante Harduin.—2 Chiffl. *et eadem.*—3 Ita Chiffl. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *demonstrave-*

NOTÆ

lemæus, qui Almag. XIII. 7. p. 321. vespertinum Veneris exortum statuit fere in gradu sexto a Sole: Mercurii, in undecimo cum semisse.

[c] *Breviore momento*] Biduo triduove, vel forte quatriduo, ut dicetur cap. 14.

[d] *Siquidem et colores*] Apparent enim maxima, et luminosa magis, cum propius ad terras accedunt, vel ut loquuntur Astronomi, quando sunt in opposito augium excentrici.

necnon Signiferi,[4 b] oblique inter eos siti. Omnia autem hæc constant ratione circini semper indubitata. Ergo ab alio cuique centro absides suæ exsurgunt, ideoque diversos habent orbes, motusque dissimiles, quoniam interiores[c] absidas necesse est breviores esse.

(XVI.) Igitur a terræ[c] centro absides altissimæ sunt, Saturno in Scorpione,[d] Jovi in Virgine, Marti in Leone, Soli in Geminis, Veneri in Sagittario, Mercurio in Capricorno, mediis omnium partibus. Et e contrario, ad terræ centrum humillimæ atque proximæ. Sic fit, ut tardius moveri videantur, cum altissimo ambitu feruntur: non

[c] *Centro propiores.*

runt Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—4 Vet. ap. Dalec. *cœli est, non sig-*

NOTÆ

[b] *Necnon Signiferi*] Qui legunt, *non signiferi*, perperam hunc locum emendatione sua corrumpunt, contra omnium exemplarium fidem, atque adeo contra Plinii mentem, qui solos stellarum errantium circulos diversum a cœlo, stellisque quæ cœlo ac signifero affixæ sunt, centrum habere docet.

[c] *Igitur a terræ*] Ita fere Martianus ex Plinio, lib. VIII. p. 299. Ἄψις altissima, est summus apex circuli excentrici, in quo planeta maxime a centro terræ distat: quod punctum Græci ἀπόγειον vocant. Humillima contra, sive infima, est punctum ejusdem circuli, in quo planeta quam minime distat a terra. Περίγειον iidem Græci appellant. Si planeta habeat in Ariete apsidem altissimam, infimam obtinebit in Libra, et sic de reliquis.

[d] *Saturno in Scorpione*] Quoniam stellæ fixæ a prisco illo veterum Astronomorum ævo progressæ sunt versus ortum gradibus fere 30. Zodiacus verus, seu visibilis, signis pæne integris dissidet a signis Zodiaci invisibilis, quem immobilem, et in duodecim partes æquales sectum, prima parte statuta in intersectione æquatoris et obliquæ Solis orbitæ, retinent hodieque Astronomi: adeo ut Arietis astrum visibile sub Tauro sit Zodiaci invisibilis, Taurus sub Geminis, hoc est, sub tertia parte dodecatemorii; nam Arietem semper vocant primam e Zodiaci duodenis partibus, etsi nunc illa subest, ut dixi, Tauri constellationi. Inde minime mirandum est, absidas planetarum nunc temporis esse mutatas. Sunt enim absides altissimæ planetarum hoc ævo, ut refert Ricciolus tomo I. Almag. Saturni quidem, in Sagittarii gradu 28. Jovis, in Libræ gradu 9. Martis, in Leonis 30. Solis in Cancri gradu 7. cum semisse: Veneris in Libra, Mercurii in Capricorno. E contrario minimæ, Saturni in Geminis, Jovis in Ariete, Martis in Aquario, &c. in partibus totidem.

quia accelerent,[5] tardentve naturales motus, qui certi ac singuli sunt illis, sed quia deductas ab summa abside lineas coarctari ad centrum necesse est, sicut in rotis radios:[e] idemque motus[6] alias major, alias minor, centri propinquitate sentitur.

Altera sublimitatum[f] causa, quoniam a suo centro absidas altissimas habent in aliis signis. Saturnus in Libræ parte vicesima, Jupiter Cancri quintadecima, Mars Capricorni vicesima octava, Sol Arietis nonadecima,[7][g] Venus Piscium vicesima septima, Mercurius Virginis quintadecima, Luna Tauri tertia.

Tertia altitudinum[h] ratio, cœli mensura, non circuli,[i]

---

niferi.—5 Ita cod. Dalec. Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *non quod accelerent* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox, *singulis* vet. ap. Dalec.—6 Cod. Dalec. *sicut in rotæ radiis, idem motus.*—7 Chiffl. *vicesima nona*, quod recepit Harduin. eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz. *vicesima nona* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. et Gronov. Mox Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *de-*

NOTÆ

[e] *In rotis radios*] Radii rotæ quo propiores sunt axi, sive centro, hoc magis inter se coarctantur: quo ab eodem axe longius abscedunt, hoc inter se spatii plus relinquunt. Hinc fit ut illud cœli spatium quod planeta lustrat, et ex quo ad oculum nostrum angulus ducitur, alias decurri tardius videatur, cum planeta absidem summam obtinet, quia id spatium longe majus apparet: alias celerius, cum terræ propinquat: quia tunc angulus, qui ab utroque spatii limite ducitur, quo magis ad centrum accedit, eo angustior breviorque est, atque adeo celerius confici sentitur.

[f] *Altera sublimitatum*] Cur sublimes, inquit, stellæ spectentur, altera ex eo causa petitur, quod a suo centro, hoc est, a circumferentia extima circuli sui excentrici, alias absidas, sive circulos altissimos habent, quos epicyclos vocant. Tunc enim non ἀπόγειον modo sidus appellatur, sed et ἀπογειότατον, cum in absidum, ut aiunt, linea, atque in eo epicyclo circulo, longissime discedit a centro terræ: quod in aliis signis contingit, quam quæ superius appellata sunt. Vide Notas et Emend. num. 19.

[g] *Arietis nonadecima* [*decima nona*] Prius legebatur: *Arietis vicesima nona, Piscium decima sexta, Tauri quarta.* Nos indubitatis argumentis emendationes nostras stabiliemus in Notis et Emend. num. 19.

[h] *Tertia altitudinum*] Hoc est, stellæ dicuntur altiores, vel depressiores, propter mundi convexitatem; ascendunt enim stellæ ab ortu per profundum aëris, usque ad cœli medium, ubi consistunt aliquandiu: postea vero rursum descendunt. Igitur cum medium cœli subeunt, tum dicuntur

in telligitu: subire eas, aut descendere per profundum aëris, oculis existimantibus.

Huic connexa[j] latitudinum Signiferi, obliquitatisque, causa est. Per hunc stellæ, quas diximus,[8 k] feruntur: nec aliud[l] habitatur in terris, quam quod illi subjacet: reliqua a Polis squalent. Veneris tantum stella excedit eum binis partibus:[m] quæ causa[n] intelligitur efficere, ut quædam animalia et in desertis mundi nascantur. Luna quoque per totam latitudinem ejus vagatur, sed omnino[o]

cima sexta, *Mercurius*, &c. et paulo post, *Tauri quarta*.—8 Edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *diximus errantes*. τὸ *errantes* non agnoscunt Chiffl. et codd. Harduini; id hic ideo delevit,

NOTÆ

esse altissimæ; sed hoc ex communi hominum judicio et sensu, oculis existimantibus. Eodem modo locutus Ovid. Met. II. 63. 'Ardua prima via est, et qua vix mane recentes Enitentur equi: media est altissima cœlo: Ultima prona via est.'

[i] *Non circuli*] Prima stellarum altitudinis causa refundebatur in circulos, sive absidas deferentes. Hæc non in istos, sed in ipsum cœlum, hoc est, in illud omne spatium quod emetitur planeta ab horizonte ascendens in meridiem.

[j] *Huic connexa*] Latitudinum ratio, inquit, habet aliquam connexionem, et vicinitatem, cum explicatione altitudinum. Est porro latitudo, stellæ distantia ab ecliptica, versus alterutrum polum.

[k] *Quas diximus*] Errantes videlicet, de quibus hoc retulit cap. 6.

[l] *Nec aliud*] Ita sane creditum antiquis, quibus non erant septemtrionales plagæ lustratæ, ut nuper fuere. Desertos putarunt eos terrarum tractus, unde Zodiacus integer cerni non posset: de quibus Maro cecinit, Æn. VI. 795. 'Jacet extra sidera tellus, Extra anni, Solisque vias.'

[m] *Veneris .... binis partibus*] Binis gradibus versus singulos mundi polos extra signiferum Venus evagatur. Igitur ab ecliptica Venerem putat hinc inde discedere gradibus octonis. Sunt enim Zodiaco utrimque ab ecliptica, ut mox dicetur, seni latitudinum gradus. Keplerus tamen, in Epitome Astron. Copern. lib. II. p. 150. maximam Veneris evagationem ait esse graduum decem in Boream. Ex machinarum cœlestium contemplatione, quas mirabili opere et arte summa confici Rex Christianissimus nuper jussit, quas et spectare nobis plures menses licuit, Venerem discedere ab ecliptica longissime sensimus, gradibus novem, minutis duobus ac viginti: quod et Schottus animadvertit, Astron. lib. VIII. p. 275.

[n] *Quæ causa*] De hac vi prolifica Veneris, sed fabulosa illa quidem, dictum est cap. 6.

[o] *Sed omnino*] Immo etiam, nec pererrans totum, si recentioribus credimus; nam ab Ecliptica discedere ea non existimatur, nisi gradibus quinque, et minutis octodecim: cum sex gradus integros latitudinis signifer habeat ab utroque eclipticæ latere.

non excedens eum. Ab his Mercurii stella laxissime, ut tamen e duodenis partibus(tot enim sunt latitudinis [d]) non amplius octonas pererret, neque has æqualiter, sed duas medio [p] ejus, et supra quatuor, infra duas.[9] Sol deinde [q] medio fertur inter duas partes flexuoso Draconum meatu inæqualis: Martis stella [r] quatuor medias, Jovis [s] mediam et super eam duas: Saturni duabus,[10] [t] ut Sol. Hæc erit latitudinum ratio ad Austrum descendentium, aut ad Aquilonem subeuntium. Hac constare [u] et tertiam illam a

[d] *In duodecim gradus Zodiaci sive signiferi latitudo dividitur, quam secat mediam Ecliptica.*

---

eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—9 Vet. Dalecampii, *intra duas*.—10 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *duas* exhibent Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606.

NOTÆ

[p] *Sed duas medio*] Duas Zodiaci partes seu gradus pererrat, cum ipse per medium incedit signiferum: supra, cum deflectit ad Aquilonem, per quatuor alias ejusdem partes vagatur: infra, cum descendit ad Austrum, discedit duabus. Sic latitudo Mercurii maxima, seu discessus ab ecliptica fuerit graduum omnino quinque. Nunc amplius senos recentiores statuunt: nempe gr. 6. min. 54. Vide Schottum, loc. cit. et Ricciolum, tom. I. p. 628.

[q] *Sol deinde*] Solem ait per medium moveri Zodiacum, sub ea linea quæ Zodiacum in partes duas æquales secat: sic autem moveri inæqualiter, mox subeundo in Aquilonem, mox in Austrum descendendo, ut flexuosos draconum meatus imitari quodammodo videatur.

[r] *Martis stella*] Igitur ab ecliptica discedit utrimque binis partibus. Ab ea sententia haud multum abludit recentiorum observatio, qui discessionem eam gradu uno, min. 51. 4″. circumscribunt. Riccioli, loc. cit. cum

[s] *Jovis*] Jovis stella mediam Zodiaci partem pererrat: et super eam partes duas. Sic et nunc quoque Jovis discessum ab ecliptica hoc ævo Astronomi uno tantum gradu utrimque dimidioque finiunt.

[t] *Saturni duabus*] Ita Mss. Reg. 2. et Chiffl. non, ut alii, *duas*. Ut Sol, inquit, medio fertur Zodiaco inæqualis, flexuoso draconum meatui similis, sic Saturni stella duabus incedit partibus, tum ad Austrum, tum ad Aquilonem. Auctores proxime appellati Saturnum aiunt desciscere ab Ecliptica gradibus binis cum semisse.

[u] *Hac constare*] Tertiam altitudinis stellarum causam, de qua dictum est paulo superius, e cœli mensura petitam, hoc est, ex elevatione planetæ supra horizontem, quidam putarunt eandem esse cum latitudinum ratione, rati quoties stella est elevata illa tertia altitudine, tunc quoque latitudinem esse maximam. Triplici illi coarguuntur ratione.

terra subeuntium in cœlum, et pariter scandi eam quoque [11] existimavere plerique falso; qui ut coarguantur, aperienda est subtilitas immensa, et omnes eas complexa causas.

Convenit [v] stellas in occasu vespertino proximas esse terræ et latitudine [w] et altitudine; exortusque matutinos in initio cujusque [x] fieri; stationes [12] in mediis [y] latitudinum articulis, quæ vocant ecliptica. Perinde [z] confessum est, motum augeri, quamdiu in vicino sint terræ; cum abscedant in altitudinem, minui.[e] Quæ ratio [a] Lunæ maxime sublimitatibus approbatur. Æque non est [b] dubium, in exortibus matutinis etiamnum [13] augeri; atque a stationibus [c] primis tres superiores diminui [d] usque ad stationes secundas. Quæ cum ita sint, manifestum erit ab exortu matutino latitudines scandi;[e] quoniam in eo primum habitu [f]

[e] *Motum stellarum videri concitatiorem, quando sunt in perigeo: cum altissime a terra absunt, in apogeo, tardiorem.*

Elz. et Gronov.—11 Vet. Dalec. *subeuntium in cælum et descendentium quoque;* unde ille legi jubet: *subeuntium in cælum, et per aëra quoque descendentium,* &c. —12 Tolet. *fieri stationis.*—13 Ita cod. Dalec. Chiffl. alii codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *etiam numerum* Basil.

NOTÆ

[v] *Convenit*] Prima ratio.

[w] *Et latitudine*] Latitudine quidem, quia tum descendunt in Austrum, quæ pars cœli humilior existimata vulgo; sunt enim tum in latitudine meridionali: altitudine vero, quia sunt in perigeo: adeoque viciniores terræ sunt eæ et latitudine simul, et altitudine.

[x] *In initio cujusque*] Latitudinis, altitudinisque: latitudinis quidem, quia tunc latitudinem borealem habent: altitudinis, quia tum scandunt apogeum.

[y] *In mediis*] In media latitudinum via, quam eclipticam vocant: quoniam contingere ibi eclipses soleant.

[z] *Perinde*] Altera ratio.

[a] *Quæ ratio*] In apogeo enim, cum magis recedit a nobis, et est sublimior, moveri ea tardius videtur: celerius cum depressior est, et in perigeo.

[b] *Æque non est*] Tertia ratio.

[c] *Atque a stationibus*] Stationes primæ sunt, quæ et matutinæ: secundæ, quæ et vespertinæ nuncupantur, uti dictum est cap. 12.

[d] *Diminui*] Non ita distingui oculorum judicio varietatem situs in singulos dies, quoniam lentius tum moventur.

[e] *Latitudines scandi*] Planetam incipere tum temporis ab Ecliptica discedere in Aquilonem per latitudinem borealem: quoniam tum primum incipit lentius progredi motus.

[f] *Habitu*] Ita Mss. omnes, Reg.

incipiant[14] parcius adjici motus; in stationibus vero primis altitudinem[15] subire,[g] quoniam tum primum incipiat detrahi numerus,[16] stellæque retroire. Cujus rei ratio privatim reddenda est. Percussæ[h] in qua diximus parte,[i] et triangulo Solis radio inhibentur rectum agere cursum, et ignea vi levantur in sublime. Hoc non protinus[17] intelligi potest visu nostro, ideoque existimantur stare, unde et nomen accepit statio. Progreditur deinde ejusdem radii violentia, et retroire cogit vapor repercussus.[j] Multo id magis in vespertino earum exortu, toto Sole averso,[18][k] cum in summas absidas expelluntur, minimeque cernuntur, quoniam altissime absunt, et minimo feruntur motu, tanto minore,[19] cum hoc in altissimis[l] absidum evenit signis. Ab exortu[m] vespertino latitudo descenditur, parcius jam se minuente motu; non tamen ante stationes secundas augente,[20] cum et altitudo descenditur, superveniente ab

---

Lugd. Erasm. Elz. Dalec. et Gronov. *motum* al. vett.—14 Cod. Dalec. et Chiffl. *habitu incipiat*; Gronov. aliæque vett. *abitu incipiant*.—15 Ita cod. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *primis et altitudine* Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. et Gronov. *primis et altitudinem* Elz.—16 Ita cod. ap. Laet, et edd. post Harduinum. Cod. Dalec. et Chiffl. *incipiat detrahi numeris*; Ed. Elz. *incipiant detrahi numeris*.—17 Ita ex codd. legi jussit Gelenius; ita quoque Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. et recentt. *Hoc uno protinus* quædam edd. antiq.—18 Ita codd. Harduini et Chiffl. *adverso* edd. vett. ante Harduinum.—19 Aliæ vett. *minores*.—20 Ita codd. Dalec. alius ap. Laet, et Chiffl. cum edd. recentt. Dalecampius conj. *augescente*.—

NOTÆ

Colb. Chiffl. non, ut editi, *abitu*.

[g] *Altitudinem subire*] Apogeum scandere, cum minui motus incipit: hoc est, cum moveri tardissime, immo et retrogredi stellæ videntur.

[h] *Percussæ*] De hac opinione veterum, dicemus in Notis et Emend. num. 18.

[i] *In qua diximus parte*] Cum stella distat a Sole 120. partibus: est enim id in cœlo triquetrum.

[j] *Vapor repercussus*] Hoc est calor Solis. Rectius forte *repercussus*, ut ad stellas vox illa pertineat.

[k] *Toto Sole averso*] Sive *adverso*, hoc est, in horizonte fere exortivo posito.

[l] *Cum hoc in altissimis*] Altissimas a centro suo absidas unicuique planetæ, epicyclum circulum hodie nuncupant: singulis deinde absidibus sua signa adscripsit paulo superius, in explicanda altera sublimitatum causa.

[m] *Ab exortu*] Sicut e contrario paulo ante dixit, 'ab exortu matutino latitudines scandi, quoniam in eo primum habitu incipiant parcius adjici motus.'

alio latere radio, eademque vi rursus ad terras deprimente, quæ sustulerit in cœlum ex priore triquetro. Tantum interest, subeant radii, an superveniant.[21] Multoque eadem magis in vespertino occasu accidunt. Hæc est superiorum stellarum ratio; difficilior reliquarum, et a nullo ante nos reddita.

XIV. (XVII.) Primum igitur[a] dicatur, cur Veneris[1 b] stella nunquam longius XLVI. partibus,[2] Mercurius viginti tribus a Sole abscedant, sæpe citra eas ad Solem reciprocent.[c] Conversas[3 d] habent utræque absidas, ut infra Solem sitæ: tantumque circulis earum sub terra est,[4] quan-

21 Vet. ap. Dalec. *an desuper veniant.*

CAP. XIV. 1 *Primum i. d. cum sint diversæ stellæ, cur Veneris* Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Tarvis. Ald. Basil. 1525. 1535. 1539. 1545. Par. 1543. Junt. Lugd. 1548. 1563. 1587. 1606. Leyd. 1582. 1635. 1669. Frank. Dalec. Elz. et Gronov. *cum sint universæ* exhibet cod. Dalec. Clausulam vero: *cum sint diversæ stellæ*, non agnoscunt Chiffl. aliique codd. Hanc clausulam, Salmasio auctore, omittunt etiam edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Chiffl. et cod. ap. Laet, *longius XXXVI. partibus.* Mox idem codex, alius ap. Laet, et cod. Dalec. *XX. a Sole;* et paulo post exhibent, *citra eas ab Sole reciprocæ sint.*—3 *Sic conversas* Chiffl.—4 Vet. Dalecampii, *circuli earum subter est;* Edd. vett. ante Harduin. etiam, *subter est;* Chiffl. vero, *sub terra;* quod recepit Harduin. eumque secuti Miller.

NOTÆ

[a] *Primum igitur*] Hujus sectionis lemma, quod est in libris editis hoc loco præpostere collocatum, ejusmodi est, *Catholica siderum errantium.* Quintilianus II. 13. p. 146. *καθολικὰ* interpretatur *universalia*, seu *perpetualia præcepta.* Diomedes lib. III. pag. 490. pro lemmate, seu titulo, scripsit: 'Catholica de extremitate nominum ad metricam compositionem necessaria.' Vide Notas et Emend. num. 20.

[b] *Cur Veneris*] Vide quæ diximus cap. 8. Consentit his Cicero de Nat. Deor. lib. II. p. 72. de Mercurio: 'Neque a Sole longius unquam unius signi intervallo discedit, tum antevertens, tum subsequens.' Item de Venere, p. 73. 'Neque unquam ab Sole duorum signorum intervallo longius discedit, tum antecedens, tum subsequens.'

[c] *Reciprocent*] 'Retrogradatione sui, viciniæ Solis admotæ,' inquit Martianus lib. VIII. cap. de Stella Merc. pag. 297.

[d] *Conversas*] Veneris et Mercurii orbes ambire terras existimat, excentricos tamen toti mundo, atque conversos, hoc est, positione inversos: superiore horum orbium parte angustiore; altera, quæ sub terra esse cogitatur, crassiore multo et ampliore: contrario plane modo atque accidit in superioribus. Aliter tamen accipienda putat hæc Pliniana verba Ricciolus tomo I. Almag. lib. VII. p. 567. quem tu consule.

tum superne prædictarum: et ideo non possunt abesse amplius, quoniam curvatura absidum [e] ibi non habet longitudinem majorem. Ergo utrique simili ratione modum statuunt [5 f] absidum suarum margines, ac spatia longitudinis latitudinum evagatione [6] pensant. At enim cur non semper ad quadraginta sex, et ad partes viginti tres perveniunt? [6] Immo vero. [h] Sed ratio canonica [7 i] fallit. Nam-

Bipont. et Franz.—5 *Ergo utræque s. ratione modum statuunt* Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *Ergo utrique s. ratione ad modum statuunt* cod. Dalec. et Chiffl.—6 Cod. et vet. Dalec. *ad partes viginti perveniunt.*—7 *Sed ratio canonicos* cod. ap. Laet, vet. exempl. Erasmi, et Chiffl.

NOTÆ

[e] *Curvatura absidum*] Orbium excentricorum Veneris et Mercurii partem superiorem, quæ et vertici nostro imminet, curvaturam vocat, quam et ovatam fingit: curvaturæ in orbe Veneris assignat gradus 46. longitudinis: Mercurii, 23. Quantum ab hac hypothesi Astronomica discrepent observationes recentiorum, norunt omnino qui sideralem scientiam vel a limine salutarunt: neque ad eas referendas satis otii est.

[f] *Modum statuunt*] Ne ulterius abscedant.

[g] *Latitudinum evagatione*] Quoniam laxissime Mercurius, ut dictum est sup. cap. octonas partes signiferi in latitudine pererrat: sedecim Venus, quod nulli alteri planetæ accidit. Sic spatia longitudinis, quæ sunt arctissima, cum tam prope abscedant a Sole, latitudinum evagatione pensant.

[h] *Immo vero*] Perveniunt vero, inquit, ad eos limites: sed quiddam est in canonica ratione hujusce motus, haud sane satis diligenter animadversum. Orbes enim earum stellarum sive absides moveri vel ex eo apparet, quod Solem non transeant. Itaque cum in partem Solis modo assignatam, hoc est, distantiam a Sole vel 46. vel 23. grad. margines istorum circulorum pervenerint, sive ab exortiva parte, sive ab occidua, tum stellæ a Sole digressæ longissime: cum citra sunt, tum eædem regredi intelliguntur. Intricatius nihil dici potest hac methodo, ut agnovit Riccioius tom. I. Almag. VII. 3. p. 648. et ante eum Milichius, Zieglerus, aliique. A Ptolemaica etiam hypothesi vehementer discrepare postea agnovimus: adeo ut quam ante se a nullo inventam gloriatur Plinius extremo cap. sup. inferiorum planetarum motus explicandi rationem, ab omnibus post illum derelictam neglectamque esse intelligamus. Hæc interim certa sunt: A Sole Mercurium non plusquam 27. aut 28. gradus removeri, quantum fere Luna distat, altero a novilunio die: at sæpe ad Solem reverti, postquam 18. tantum gradus ab eo recesserit. In his regionibus vix Mercurium sub oculos venire, quod Soli vicinior ex ejus radiis vix emergit. In Sole visum haud semel, ac nuperrime a D. Cassino, 7. Novemb. an. 1667. Idem de Venere proportione dicendum: ut cum longissime a Sole 47. gradibus

que apparet, absidas quoque earum moveri, quod nunquam transeant Solem. Itaque cum in partem ipsam ejus incidere margines alterutro latere, tum et stellæ ad longissima sua intervalla pervenire intelliguntur: cum citra fuere margines totidem partibus, et ipse ocyus redire creduntur,[8 j] cum sit illa semper utrique extremitas summa.[k] Hinc et ratio motuum conversa intelligitur.[a] Superiores enim celerrime feruntur in occasu vespertino, hæ tardissime: illæ a terra altissime absunt,[b] cum tardissime moventur: hæ, cum ocyssime. Quia sicut in illis propinquitas centri accelerat, ita in his [9] extremitas circuli.[l] Illæ ab exortu matutino minuere celeritatem incipiunt, hæ vero augere: illæ retro cursum agunt a statione matutina usque ad vespertinam. Veneris, a vespertina usque ad matutinam. Incipit autem ab exortu matutino latitudinem scandere,[m] altitudinem vero [n] ac Solem insequi a statione matutina, ocyssima in occasu matutino, et altissima. Degredi [10] autem [o] latitudine, motumque minuere ab

[a] *Diversa intelligitur a superiorum planetarum motu.* [b] *In apogeo.*

---

quod recepit Laet in ed. Elz.—8 Cod. Dalec. *coguntur*; ita etiam cod. ap. Laet, vet. exempl. Erasmi, et Elz.—9 Quædam edd. vett. et Gronov. *ita in iis.*—10 *Degredi* Reg. Brot. 1. ut ex conjectura edidit Laet in ed. Elz.

NOTÆ

cum semisse discedere: interdum 45. grad. cum semisse a Sole digressam ad eum reverti.

[i] *Canonica*] Canonum Astronomicorum, seu regularum. Achilles Tatius, p. 136. Aratum citat *ἐν τῷ κανόνι*. In Mss. quibusdam, *Canonicos*, hoc est, canonum peritos. Sic Basil. ad Amphiloch. can. 1. Magnum Dionysium vocat *τὸν κανονικὸν ὄντα*.

[j] *Redire creduntur*] Ut paulo ante, 'pervenire intelliguntur.' Quanquam in codd. nonnullis, quos Salmasius secutus est, legitur, *redire coguntur*.

[k] *Extremitas summa*] Meta digressionis ultima.

[l] *Extremitas circuli*] Margo circuli qui recessit a Sole longissime.

[m] *Latitudinem scandere*] Ab ecliptica digredi Aquilonem versus, in latitudinem Zodiaci borealem.

[n] *Altitudinem vero*] Apogeum. Velocissimos Venerem et Mercurium ad conjunctionem apogeam matutinamque, quam Plinius hoc loco intelligit, agnoscit pariter Ricciolus, tomo 1. lib. VII. p. 500.

[o] *Degredi* [*digredi*] Discedere a parte boreali Zodiaci, regrediqne versus Austrum, in latitudinem Zodiaci australem.

exortu vespertino :[11] retro quidem ire, simulque altitudine degredi a statione vespertina. Mercurii rursus stella utroque modo[p] scandere ab exortu matutino, degredi vero latitudine a vespertino; consecutoque Sole ad quindecim partium intervallum, consistit quatriduo[q] prope immobilis.[12] Mox ab altitudine descendit, retroque graditur ab occasu vespertino usque ad exortum matutinum. Tantumque hæc, et Luna, totidem diebus,[r] quot subiere, descendunt. Veneris quindecies pluribus [13][s] subit. Rursus Saturni et Jovis duplicato[t] degrediuntur; Martis etiam quadruplicato.[u] Tanta est naturæ varietas. Sed ratio evidens: nam quæ in vaporem Solis[c] nituntur, etiam descendunt ægre.

[c] *In Solis calorem.*

et ita paulo post. *Digredi* ceteri codd. et edd. ante Brotier.—11 Ita codd. Dalec. Chiffl. Pint. et Laet, aliique codd. ap. Harduin. qui post Elzevir. in textum revocavit. Edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. et Gronov. *ab exortu matutino.*—12 Chiffl. *pene immobilis.*—13 Ita cod. Dalec. et Chiffl. alii codd. ap. Harduin. qui in textum revocavit. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. *Veneris quindecim et pluribus* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. aliæ Lugdd. Dalec. Elz. et Gronov.

NOTÆ

[p] *Utroque modo*] Latitudine et altitudine.

[q] *Quatriduo*] Moræ stationum sunt inæquales, etiam in iisdem planetis: sunt enim alias breviores, alias prolixiores. In Mercurio tamen, medio tempore electo, haud prætergredi bidui fere spatium recentiores Astronomi asseverant.

[r] *Totidem diebus*] Septem fere diebus a novilunio Luna subit in quadraturam, atque adeo in mediam cœli partem, et in apogeum.

[s] *Quindecies pluribus*] Hoc est, diebus fere centum et quinque. Nam si septem dies per quindecim multiplicentur, ea summa colligitur. Recentiores Astronomi centum fere et 30. dies maximæ digressioni a Sole assignant.

[t] *Duplicato*] Hoc est, ducentis fere diebus tendunt ad oppositionem cum Sole. Hæc autem accipienda sunt πλατικῶς et large: nam si rem exactius velis expendere, Saturnus eo digreditur diebus centum octoginta sex: Jupiter, ducentis. Vide Riccioluni loc. cit.

[u] *Quadruplicato*] Longissime a Sole digreditur diebus fere quadringentis. Cum enim revolutio planetæ ad Solem, vel potius Solis, qui velocior est, ad planetam, fiat in Marte, ut ait Riccioius loc. cit. diebus 780. inde efficitur progredi Martem ad oppositionem cum Sole dimidiato hoc dierum numero, hoc est, 390. sive rotundo, ut aiunt, absolutoque numero, fere quadringentis.

XV. Multa promi amplius circa hæc possunt secreta naturæ, legesque, quibus ipsa serviat. Exempli gratia: in Martis sidere, cujus est maxime inobservabilis[a] cursus, nunquam id stationem facere[1] Jovis sidere[b] triquetro; raro admodum sexaginta partibus[c] discreto, qui numerus sexangulas mundi efficit formas; nec exortus,[d] nisi in duobus signis tantum, Cancri et Leonis, simul edere. Mercurii vero sidus in Piscibus exortus vespertinos[2] raros facere, creberrimos in Virgine; in Libra matutinos. Item matutinos in Aquario, rarissimos in Leone. Retrogradum in Tauro et Geminis non fieri; in Cancro vero non citra vicesimam quintam partem. Lunam bis coitum cum Sole et in nullo alio signo facere quam Geminis,[e] non coire aliquando in Sagittario[f] tantum. Novissimam vero primamque eadem die vel nocte, nullo alio in signo quam Ariete,[g] conspici; id quoque paucis mortalium contingit. Et inde

CAP. XV. 1 Vet. Dalecampii: *id, nisi quadrato, stat. facere.*—2 Cod. Da-

NOTÆ

[a] *Inobservabilis*] Quod spiris inextricabilibus Astronomorum hactenus frustra torsit ingenia. Vide Ricciolum tom. I. VII. 6. p. 497.

[b] *Jovis sidere*] Cum est in trino aspectu cum Sole Jupiter, sive cum distat ab eo partibus centum et sexaginta.

[c] *Sexaginta partibus*] Aspectum hexagonum, et sextilem vocant, cum abest a Sole planeta gradibus LX. Quod spatium sexies multiplicatum, in tympano seu tabula lignea, ope circini, orbis sive mundi formam sexangulam facit.

[d] *Nec exortus*] Simul cum Jove.

[e] *Quam Geminis*] Ob tarditatem nimirum Solis, cujus apogeum ea ætate erat in Geminis: nunc est in Cancri gradu fere octavo.

[f] *In Sagittario*] Ob celeritatem Solis, cujus perigeum tunc erat in Sagittario: nunc est in Capricorni gradu ferme octavo. Idcirco assequi Solem Luna non potest: ut cum eo sub hoc signo coëat.

[g] *Quam Ariete*] Visam esse Hispali Lunam, anno 1553. Martii 13. Sole in gradu tertio Arietis, Luna in gradu 23. Piscium, atque adeo in distantia a Sole, graduum circiter decem, scribit Keplerus in Epitome Astronomiæ, lib. VI. p. 839. Americus Vespuccius apud Ramusium, tomo I. Navigat. p. 132. visam a se Lunam testatur ipso cum Sole coitus die. Sic et a suis conspectam e montium jugo, scribit Joan. de Barros, ibidem, p. 392.

fama cernendi Lynceo.[h] Non comparere[i] in cœlo Saturni sidus, et Martis cum plurimum diebus centum septuaginta;[3] Jovis triginta sex, aut cum minimum, denis detractis diebus; Veneris sexaginta novem, aut cum minimum, quinquaginta duobus; Mercurii tredecim, aut cum plurimum, octodecim.[4]

XVI. (XVIII.) Colores ratio altitudinum temperat:[a] siquidem earum similitudinem trahunt, in quarum aëra[1 a] venere subeundo, tingitque appropinquantes utralibet alieni meatus circulus.[b] Frigidior in pallorem,[c] ardentior in ruborem, ventosus in horrorem, Sol atque[2 b] commissuræ absidum, extremæque orbitæ atram in obscuritatem. Suus quidem[c] cuique color est, Saturno candidus, Jovi clarus,

[a] *Colorum varietatem efficit altitudo distantiaque stellarum a terra.*

[b] *Tingit colore suo stellas appropinquantes sive supra, sive infra, circulus per quem vicinus planeta meat.*

[c] *Frigidior planeta vicinum tingit in pallorem, &c.*

lec. *vespertinos in piscibus.*—3 Vet. Dalec. *centum sexaginta.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffl. ita etiam Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *septemdecim* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

CAP. XVI. 1 Vet. Dalecampii, *in quarum oram.*—2 *Solæque* Longolius.—

NOTÆ

[h] *Lynceo*] De quo multa fabulati poëtæ. Flaccus Argon. lib. I. 'Cumque æthera Jupiter umbra Perdiderit, solus transibit nubila Lynceus.' De Lynceo Tzetzes Chiliad. Hist. I. 48. 711. aliique.

[i] *Non comparere*] Hunc Plinii locum refert ac defendit P. Ricciolus, summus Astronomicæ disciplinæ artifex, tomo I. Almag. lib. VII. p. 503. contra Milichium.

[a] *In quarum aëra*] Proximitate, inquit, aliarum stellarum ad quas accedunt, colorem trahunt: tingitque sidera alieni orbis aërisque in quo volvitur alius planeta, color: sive ad eum ascendendo vicinitas ea fiat, sive descendendo.

[b] *Sol atque*] Sol, inquit, vicinitate sua ceteras obscurat stellas. Commissuræ etiam circulorum, quas Nodos vocant, dum Solis orbitam sideris alterius meatus intersecat, ut cum Lunæ defectiones fiunt, atram obscuritatem sideribus obducunt: uti et extremæ orbitæ, hoc est, absis suprema, sive apogeum planetarum: quia quo longius ab oculo corpora discedunt, hoc illa obscuriora apparent. Frustra hic Longolii conjectura, emendantis; *solæque commissuræ.*

[c] *Suus quidem*] P. Ricciolus tomo I. Almag. lib. VII. p. 496. existimat planetas non esse opacos, sicuti est tellus, quod Keplerus censuit: sed esse opacitate metallis simili, aut potius gemmis colore aliquo imbutis, et

Marti igneus, Lucifero candens, Vesperi refulgens,[3] Mercurio radians, Lunæ blandus, Soli, cum oritur, ardens; postea radians. His causis[d] connexo visu et earum quæ cœlo continentur.[d] Namque modo multitudo conferta inest circa dimidios orbes Lunæ, placida nocte leniter illustrante eas;[4] modo raritas, ut fugisse miremur, plenilunio abscondente; aut cum Solis, suprave dictarum radii, visus perstrinxere nostros. Et ipsa autem Luna ingruentium Solis radiorum haud dubie differentias sentit,[5] hebetante cetero inflexos mundi convexitate eos, præterquam[e] ubi recti angulorum competunt ictus.[e] Itaque in quadrato Solis dividua est, in triquetro seminani[f] ambitur orbe,[6] im-

[d] *Huic tractationi connexa contemplatio est etiam earum stellarum quæ cœlo affixæ sunt.*

[e] *Infringit alioqui immissos in Lunam Solis radios cœli convexitas, præterquam ubi recto illi ingruunt angulo.*

3 *Vespero refulgens* Chiffl.—4 Vet. Dalec. *illustrantis eas.*—5 *Et ipsi autem Lunæ ingruentium Solis radiorum haud dubia differentia sentitur* cod. Dalec. Mox *hebetante cetera* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Lectionem nostram ex codd. restituit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita Basil. Lugd. Erasm. Elz. et Harduin. 1. *in t. s. ambitu orbe* Dalec. Lugd. 1606. Gronov. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *in t. semi* (ita) *ambitur orbe* margo ed. Gronov.

NOTÆ

valde densis: Saturnum onychi, Jovem sapphiro, Martem pyropo aut amethysto, Venerem chrysopraso, Mercurium beryllo sive achatæ, Lunam margaritis et unionibus, mediamque ei naturam esse inter specula, et mere opaca: omnes denique indolis ad combibendum lumen aptissimæ, et ad illud idem vividius huc vibrandum.

[d] *His causis*] Admonent vestigia veterum codd. legi posse, *His causis connexus visus ceterarum, &c.* Hac forma loquendi usus ipse cap. 13. 'Huic connexa,' inquit, 'latitudinum signiferi, obliquitatisque causa est.' Multa hic de connexo dispersoque visu Milichius congerit, quem Plinii interpretes alii sunt secuti: sed prorsus ea *ἄτοπα*.

[e] *Præterquam*] Solis radii, inquit, qui in Lunam superne incidunt, quod fit in primis noviluuii diebus, hebetiores sunt ac minus acres, neque conspicuam nobis Lunam reddunt, propter convexitatem cœli: præterquam ubi anguli duci possunt a Solis radiis ad Lunam, triquetri, quadrati, aut aspectus quem vocant oppositionis.

[f] *Seminani*] Orbe non perfecto et absoluto Græcis *ἀμφίκυρτος* dicitur, hoc est, ut ait Martianus, lib. VIII. p. 292. 'Major dimidia, minor plena.'

pletur autem in adverso; rursusque minuens easdem effigies paribus edit intervallis, simili ratione,[g] qua supra Solem tria sidera.

XVII. (XIX.) Sol autem ipse quatuor differentias habet, bis æquata nocte diei, vere et autumno, et in centrum [a] incidens terræ, octavis in partibus [b] Arietis ac Libræ; bis permutatis spatiis, in auctum diei,[a] bruma octava in parte Capricorni; noctis vero, solstitio totidem in partibus Cancri. Inæqualitatis causa obliquitas est [1] Signiferi, cum pars æqua mundi super subterque terras omnibus fiat momentis. Sed quæ recta [c] in exortu suo consurgunt signa, longiore tractu tenent lucem; quæ vero obliqua, ocyore transeunt spatio.

XVIII. (XX.) Latet plerosque, magna cœli assectatione [b] compertum a principibus doctrinæ [d] viris, superiorum trium siderum ignes esse, qui decidui ad terras fulminum nomen habeant; sed maxime ex iis medio loco siti.[e] [1] Fortassis

[a] *Ad incrementa lucis, cum dies crescere incipiunt.*
[b] *Cœli observatione.*
[c] *Medium obtinentis e tribus locum, nempe Jovis.*

CAP. XVII. 1 Ita Venett. Rom. Parm. Tarvis. Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. et recentt. *est* non legitur in cod. Dalec. neque in Chiffl.

CAP. XVIII. 1 Alii codd. ap. Dalec. *sitis*. Ed. Gronovii exhibet: *siti for-*

NOTÆ

[g] *Simili ratione*] Id est, mox in triquetro, mox in quadrato, mox in adversis a Sole partibus posita, uti quæ supra Solem sunt sidera tria errantia.

[a] *In centrum*] Ad vulgi sese captum judiciumque accommodat: dum Solem æquinoctii tempore, orbem lustrando, in eam terræ partem ait incumbere, unde ad centrum recta proceditur, non ut aliunde, obliqne, dum ab æquatore versus polos deflectit.

[b] *Octavis in partibus*] Vide quæ dicenda sunt de solstitii, brumæ, æquinoctiorumque momentis, XVIII. 59.

[c] *Sed quæ recta*] In sphæra obliqua seu inclinata, sex signa recte ascendunt, totidem oblique. Recte seu tarde ascendunt apud boreales Cancer cum reliquis quinque sequentibus; sed eadem oblique descendunt. Reliqua vero sex signa illis ascendunt oblique, recte descendunt. Illa longiore mora tenent lucem, hæc breviore.

[d] *Principibus doctrinæ*] Etruscæ disciplinæ, de qua cap. 53.

quoniam contagium nimii humoris [2] ex superiore circulo,[b] atque ardoris, ex subjecto, per hunc modum egerat. Ideoque dictum Jovem fulmina jaculari. Ergo ut e flagrante ligno carbo cum crepitu, sic a sidere cœlestis ignis exspuitur, præscita secum afferens, ne abdicata quidem sui parte in divinis cessante operibus.[c] Idque maxime turbato fit aëre; quia collectus humor abundantiam stimulat,[d] aut quia turbatur quodam ceu [3] gravidi sideris partu.[e]

XIX. (XXI.) Intervalla quoque siderum a terra multi indagare tentaverunt: [1] et Solem abesse a Luna undeviginti partes,[c] quantum Lunam ipsam a terra, prodiderunt. Pythagoras vero vir sagacis animi, a terra ad Lunam, centum viginti sex [d] millia stadiorum [2] esse collegit. Ab ea usque ad Solem, duplum. Inde ad duodecim signa, triplicatum; in qua sententia et Gallus Sulpicius noster fuit.

[c] *Etiam illa sui parte, quam cœlestis hic Jovis ignis veluti a se abdicat et exspuit, in rebus divinis non cessante, sed occupata, in præsignificandis videlicet futuris eventibus.*

[d] *Quia collectæ circum nubes humidæ ignem abundantiorem provocant, ut emicet et exsiliat.*

[e] *Aut quia turbatur aër quasi ex gravidi Jovis partu.*

---

tassas; quoniam, &c.—2 Nonnulli codd. ap. Dalec. et Laet, *algoris* pro *humoris;* nam Saturnus non est humidus, sed siccus.—3 Gronovii ed. *seu.*

CAP. XIX. 1 Cod. Dalec. *tentarunt.*—2 Idem codex cum cod. ap. Laet, et Chiffl. *CXXVI. stadiorum.* Vide Dalec. in Var. Not. ad cap. 21.

NOTÆ

[b] *Superiore circulo*] Humorem nimium esse in superiore circulo Saturni dicit, ardorem nimium in subjecto, hoc est, in inferiore Martis: has contrarias qualitates coire in Jove qui medius est: atque ut e flagrante ligno, &c.

[c] *Undeviginti partes*] Decies illi et novies aiebant majus esse illud spatium, quod est a Luna ad Solem, quam illud quod est a terra Lunam. Veteres Mathematici apud Plut. de Placitis Philos. II. 31. p. 892. Lunæ a Sole distantiam esse aiunt octodecuplam ejus quæ Lunæ a terra est. Unde suspicor legi hic oportere, *duodeviginti.*

[d] *Centum viginti sex*] Hoc ipsum de Pythagora refert Censorinus, cap. 13. pag. 82. Hæc millia passuum efficiebant 18000.

[e] *Ad Solem, duplum*] A Luna scilicet. Hæc fuit Empedoclis sententia teste Plutarcho loc. cit. et Platonicorum, apud Macrob. in Somn. Scip. II. 2. p. 129.

XX. (XXII.) Sed Pythagoras [a] interdum ex musica [a 1] ratione appellat tonum, quantum absit [b] a terra Luna.[1] Ab ea ad [c] Mercurium, spatii ejus dimidium; et ab eo ad Venerem fere tantundem. A qua ad [2] Solem sescuplum; a Sole ad Martem, tonum, id est, quantum ad Lunam a terra.[3] Ab eo usque Jovem, dimidium; et ab eo ad Saturnum dimidium, et inde sescuplum ad Signiferum.[4] Ita septem [d] tonos [5] effici, quam diapason harmoniam [e] vocant, hoc est, universitatem concentus. In ea Saturnum Dorio moveri [e]

[a] *Quæsitis ab arte Musica nominibus.*
[b] *Totum illud spatium quod Lunam inter et terram interjacet.*
[c] *Διὰ πασῶν, omnibus tonis contextum harmoniam.*

CAP. XX. 1 Chiffl. *et musica.*—2 Cod. Dalec. et Chiffl. *spatii dimidium: et ab eo ad Veneris. A quo ad, &c.*—3 Gronov. *ad Lunam terra*, omissa præpositione.—4 Iidem codd. *ad Saturni, dimidium et inde sesquiplum ad Signiferum.* Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. etiam, *sesquipium.* Reg. Brot. 1. *sescuplum.*

NOTÆ

[a] *Sed Pythagoras*] Hæc Censorinus totidem fere verbis, cap. 13. p. 82.

[b] *Quantum abeit*] Hoc est, intervallum, ut diximus 126000. millium stad. sive milliarium 18000. id appellabat Tonum.

[c] *Ab ea ad*] Censorinus loc. cit. 'A Luna,' inquit, 'usque ad Mercurii stellam, dimidium ejus spatii, velut ἡμιτόνιον. Hinc ad Φωσφόρον, quæ est Veneris stella, fere tantundem, hoc est aliud ἡμιτόνιον. Inde porro ad Solem ter tantum, quasi tonum et dimidium. Itaque Solis astrum abesse a terra tonos tres, et dimidium, quod vocant, διὰ τέσσαρα. A Luna autem duos et dimidium, quod est διὰ τεσσάρων. A Sole vero ad stellam Martis tantundem intervalli esse, quantum a terra ad Lunam, idque facere τόνον. Hinc ad Jovis stellam, dimidium ejus, quod faciat ἡμιτόνιον. Tantundem a Jove ad Saturni stellam, id est aliud ἡμιτόνιον. Inde ad summum cœlum, ubi signa sunt, perinde ἡμιτόνιον. Itaque a cœlo summo ... ad terræ summitatem tonos esse sex, in quibus ait διὰ πασῶν symphonia.'

[d] *Ita septem*] Censorinus, loco allato, sex tantum tonos a terra ad summum cœlum esse ait: D. Anselmus de Imag. Mundi, I. 23. ut Plinius, septem.

[e] *Dorio moveri*] Veteres tria inprimis vocum discrimina tenuerunt: de quibus rursum dicemus VII. 57. Gravem vocaverunt Dorium, quia Dorienses hoc genere soni delectabantur. Medium appellavere Lydium: acutum vero Phrygium. Quia vero Saturni motus est tardissimus, gravissimo quoque sono in hoc concentu astrorum moveri dixerunt, &c. Vide Notas et Emend. num. 21. Habet his nugis similia Achilles Tatius, in Phænom. p. 136.

phthongo,[6] Jovem Phrygio, et in reliquis similia, jucunda magis, quam necessaria subtilitate.

XXI. (XXIII.) Stadium [a] centum viginti quinque nostros efficit passus, hoc est, pedes [b] sexcentos viginti quinque. Posidonius non minus quadraginta [1] stadiorum [c] a terra altitudinem esse, in qua nubila, ac venti, nubesque proveniant.[2] Inde purum liquidumque, et imperturbatæ lucis aërem.[3] Sed a turbido [a] ad Lunam vicies centum [d] millia stadiorum. Inde ad Solem quinquies millies.[e] Eo spatio fieri ut tam immensa ejus magnitudo non exurat terras. Plures autem nongentis stadiis [f] in altitudinem nubes subire prodiderunt. Incomperta hæc et inextricabilia; sed tam prodenda, quam sunt prodita: in quis tamen una[4] ratio

[a] *A turbinum ventorumque regione.*

—5 *Ita s. tonis* Chiffl.—6 *Dorio moveri, Mercurium phthongo* Venett. Parm. Rom. Brix. Tarvis. Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. '*Mercurium* non est in veteri exemplari, neque inter superiores planetas, Saturnum ac Jovem, Mercurium auctor collocasse videtur.' *Erasm.* *Mercurium* non agnoscunt etiam Tolet. Chiffl. alii ap. Laet et Harduin.

CAP. XXI. 1 Thad. Hagg. ap. Dalec. *CCCC.*—2 Cod. Dalec. *in quam nubila ac venti nubesque perveniant;* alius codex ap. Laet: *in quam nubila, venti, nubes perveniant.*—3 Chiffl. *et i. l. aëra.*—4 Tolet. *sed tamen prodenda, quia sunt prodita: quamvis una;* vet. exempl. Erasmi: *sed prodenda, quia sunt, &c.*—

NOTÆ

[a] *Stadium*] Ita etiam Martianus Capella lib. VI. cap. de Circuitu Terræ, p. 198. Uberius Censorinus, cap. 13. p. 82. 'Stadium,' inquit, 'in hac mundi mensura id potissimum intelligendum est, quod Italicum vocant: pedum DCXXV. Nam sunt præterea et alia longitudine discrepantia, ut Olympicum quod est pedum DC. item Pythicum, pedum CIↃ.' Tamen inter Italicum, Olympicumque stadium nihil interesse acute vidit Lucas Pætus lib. I. de Mensur. et Pond. p. 3.

[b] *Hoc est, pedes*] Passus igitur quilibet Italicus pedibus quinis æquatur: stadiis octo, milliare unum: uti ex Strabone constat, lib. VII. p. 322.

[c] *Quadraginta stadiorum*] Vide Notas et Emend. num. 22.

[d] *Vicies centum*] Quæ millia passuum efficiunt ducenta et quinquagena. Itaque a terra ad Lunam colligit Posidonius intervallum CCLV. mill. pass.

[e] *Quinquies millies*] Hoc est, quinquies et millies centena millia stadiorum: sive, quod eodem recidit, centies et vicies centena millia passuum: præterque, DL. millia pass.

[f] *Nongentis stadiis*] Centum ac duodecim millibus passuum, et quingentis.

geometricæ collectionis nunquam fallacis possit non repudiari, si cui libeat altius ista persequi. Nec ut mensura, (id enim velle pæne dementis otii est,) sed ut tantum æstimatio conjectanti constet animo. Nam cum trecentis sexaginta et fere sex partibus orbis Solis, ex circuitu ejus, patere appareat circulum, per quem meat; semperque [5] dimetiens tertiam partem ambitus, et tertiæ paulo minus septimam colligat,[b] apparet, demta ejus [g] dimidia (quoniam terra centralis interveniat) sextam fere partem hujus immensi spatii, quod circa terram circuli solaris animo comprehenditur, inesse altitudinis spatio: Lunæ vero duodecimam; quoniam tanto breviore, quam Sol, ambitu currit; ita ferri eam [6 h] in medio Solis ac terræ. Mirum [7] quo procedat improbitas cordis humani, parvulo aliquo invitata successu, sicut in supra dictis occasionem impudentiæ ratio largitur; ausique divinare Solis ad terram spatia, eadem ad cœlum [i] agunt, quoniam sit medius Sol: ut protinus mundi quoque ipsius mensura veniat ad digitos. Quantas enim [j]

[b] *Semperque diameter tertiam partem circuli obtinet, et paulo minus quam septimam tertiæ partis portionem.*

---

5 Vet. lect. ap. Dalec. *partibus patere circulum, per quem meat orbis solis ex circuitu ejus appareat, semperque*; et sic vet. exempl. Erasmi. Alii quidam codd. ap. Dalec. *circuli* exhibent pro *circulum*.—6 Chiffl. et cod. Dalec. *ita fieri*

NOTÆ

[g] *Demta ejus*] Ejus diametri partem dimidiam demi præcipit, ob terræ interpositæ crassitiem, quæ videtur tantundem spatii obtinere: sequitur ergo dimidiam diametri parte, sive quod idem est, sexta totius circuli parte, hoc est, 60. gradibus a terra Solem abesse: Lunam vero, quæ media interjacet, duodecima utrimque, a Sole videlicet, terraque, parte distare, hoc est 30. gradibus.

[h] *Ita ferri eam*] Mss. Reg. 1. 2. Chiffl. *ita fieri eam*, multo elegantius.

[i] *Eadem ad cælum*] Si enim Sol fertur in medio mundi, tanto a cœlo intervallo, quanto a terra distat, hoc est, 60. gradibus.

[j] *Quantas enim*] Habet se circumferentia, inquit, ad diametrum, sicut 22. ad 7. Crasse et πλατικῶς loquitur, fractione omissa quæ addenda fuit. Ita Macrob. in Somn. Scip. I. 20. p. 101. Sed multo subtilius ac plane verissime Griembergerus apud Ricciolum, tom. I. Almag. l. 3. p. 5. diametri circulum invenit ad circumferentiam ita se habere, ut 100000000000000000000 ad 314159265358979323846½.

dimetiens habet septimas, tantas habere circulum duo et vicesimas,[c] tanquam plane a perpendiculo mensura cœli constet.

Ægyptia ratio, quam Petosiris et Necepsos ostendere, singulas partes in lunari circulo[d] (ut dictum est[k]) minimo triginta tribus[l] stadiis paulo amplius patere colligit: in Saturni amplissimo duplum:[m] in Solis, quem medium esse diximus, utriusque mensuræ dimidium.[n] Quæ computatio plurimum habet pudoris:[8] quoniam ad Saturni circulum addito Signiferi ipsius intervallo, innumerabilis multiplicatio efficitur.[o]

XXII. (XXIV.) Restant pauca de mundo: namque et in ipso cœlo[a] stellæ repente nascuntur. Plura earum genera.

[c] *Quales diameter circuli habet partes septem, tales circulus habet partes duas et viginti.*

[d] *Singulos gradus lunaris circuli.*

[o] *Qui computandi modus plurimum habet verecundiæ ac modestiæ, cum ibi sistit, nec ulterius progreditur: quoniam si ad distantiam circuli quem Saturnus meat, addas intervallum quo distat Saturnus a signifero, innumerabilis existet stadiorum numerus.*

---

cum.—7 *Miror* cod. Dalec.—8 Codd. ap. Laet, aliique Dalecampii *habet ponderis.*

NOTÆ

[k] *Ut dictum est*] Dictum est cap. 6. Lunam esse novissimum sidus, terrisque proximum: cap. vero 12. extrema, interiores circulos esse oportere breviores, ut vel ipso sensu apparet.

[l] *Triginta tribus*] Igitur 360. partes colligunt ambitu suo stadiorum undecim millia, cum octingentis et LXXX.

[m] *Duplum*] Stadiorum videlicet viginti tria millia, cum septingentis et LX.

[n] *Mensuræ dimidium*] Hoc est, stadia 17820. Sed pueriliter nimis arctant orbium cœlestium mensuram Petosiris et Necepsos, ut probe Ricciolus intellexit, tomo I. Almag. lib. IV. p. 226. cum distantiam Lunæ a terra revocant ad 1780. circiter stadia, hoc est, ad ducenta fere XLVIII. millia passuum. Quantum revera ad Lunam intervallum esse existimandum sit, difficile est admodum in infinita propemodum systematum opinionumque varietate statuere. Ricciolus loco cit. distantiam Lunæ mediam a centro terræ censet esse semidiametrorum terræ novem et quinquaginta. Quanta vero sit terræ diametros, quantus ejus ambitus, dicturi sumus, sect. 112. A Ricciolo haud multum abiudit Tycho.

[o] *In ipso cœlo*] Ea situm cometis adjudicat sedemque communem cum errantibus stellis: id quod ultro Astronomia recens amplectitur.

(XXV.) Cometas Græci [b] vocant, nostri crinitas, horrentes crine sanguineo, et comarum modo in vertice hispidas. Iidem Pogonias,[c] quibus, inferiore ex parte, in speciem barbæ longæ, promittitur juba.[1] Acontiæ [d] jaculi modo vibrantur, ocyssimo [2 e] significatu. Hæc fuit de qua quinto consulatu suo Titus [3] Imperator [f] Cæsar præclaro carmine

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *promitur juba.*—2 Idem codex *ocyssime.*—3 Nomen in lacuna est in codice ap. Laet. ‘ Malim *Tiberius*, uti antea legebatur; cum præsertim supra, in Catalogo auctorum, etiam Tiberium Cæsarem re-

NOTÆ

[b] *Cometas Græci*] Hæc sunt ex Aristotele ferme ad verbum expressa, e Meteorol. I. 7. pag. 536. Crinitum cometam vocant, qui circumquaque crines emittit, rosæ instar, unde illi et Rosæ nomen. Diversi generis cometarum icones exhibet accurate Corn. Gemma, Cosmocrit. I. 8. pag. 196.

[c] *Pogonias*] Πωγωνίας, barbatus cometes idem, et caudatus appellatus. Discrimen enim respectus ad Solem facit: propterea quod barba, seu cauda, projicitur semper in partem contrariam et adversam Soli: quem si mane præveniat, cometa barbatus apparet, villis in anteriora versus occidentem procurrentibus, cujusmodi fuit cometa anni 1618. Si vesperi superstes erit, Sole jam occaso, caudatus videtur, et prælongo syrmate versus ortum insignis; qualis cometa is extitit, qui novissime omnibus terris visus anno 1681. Crinitum, et pogoniam gemino versu Manilius comprehendit lib. I. p. 26. ‘ Nunc prior hæc species dispersis crinibus exit, Et globus ardentis sequitur sub imagine barbæ.’

[d] *Acontiæ*] Ἀκοντίας, a Græca voce jaculum significante, ab appendice radiorum longa in modum jaculi, nomen habet. Hujusmodi fuit is qui anno 1533. Julio mense visus est, teste Milichio, in Plinii lib. II. fol. 65. Manilius loc. cit. ‘ Et tenues longis jaculantur crinibus ignes.’

[e] *Ocyssimo*] In cod. R. 2. *Ocyssime significantes*: hoc est, celeritatem futuri eventus monstrantes.

[f] *Titus Imperator*] Vide Notas et Emend. num. 23. Titi Consulatus quintus cum Vespasiani patris septimo Consulatu jungitur in Fastis, anno Christi seu æræ vulgaris, 76. ‘ Aurei nummi duo in Thesauro Regio sic leguntur inscripti, ut jam diximus: T. CÆSAR IMP. VESPASIAN. ‘ Titus Cæsar Imperator Vespasianus:’ ubi situs tituli IMP. post T. CÆS. ante Vespasiani cognomen, tam illud Imp. hæreditarium fuisse in posteris ex Augusti filia Julia Augusta, quam cognomen CÆS. sive Cæsaris, palam facit. Ad idem jus declarandum, quod Carino competebat, scriptum in ipsius nummis Latinis legitur, IMP. C. M. AVR. CARINVS. NOB. C. et in Græcis similiter, A. K. M. A. KAPINOΣ K. hoc est Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Καρῖνος Καῖσαρ, scilicet, ‘ Imperator’ jure natalium, *Generalissime né ou hereditaire*: ‘ Cæsar,’ hoc est, quia ‘ Cæsar,’ quia ex sanguine Cæsarum: et idem tamen iterum ‘ Cæsar,’ hoc est solummodo ‘ Cæsar,’ nulla adhuc fungens potestate sive Imperatoria sive Augustali. Et idem etiam no-

præscripsit, ad hunc diem novissime visa. Easdem breviores et in mucronem fastigatas,[4] Xiphias[g] vocavere, quæ sunt omnium pallidissimæ, et quodam gladii nitore, ac sine ullis radiis;[h] quos Disceus,[i] suo nomini similis,[5] colore autem electro, raros e margine emittit. Pitheus[6 j] doliorum cernitur figura, in concavo fumidæ lucis. Ceratias[k] cornus speciem habet, qualis fuit cum Græcia[l] apud Salamina[7] depugnavit. Lampadias[m] ardentes imitatur[8]

censeat.' *Dalec.*—4 Ita restituit Harduinus ex codd. eumque secuti sunt Bipont. Miller. et Franz. *fastigiatas* Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—5 Vet. ap. Dalec. *similes;* unde ille conj. *quos disco similes, colore autem electro, raro e margine emittunt.*—6 Sic ex codd. suis et Dalecampii restituit Harduinus, eadem forma qua 'Hippeus' et 'Disceus.' *Pithias* Senec. *Pithetes* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *pithe* codex ap. Laet, unde conjectabat, *piteceus.*—7 *Salaminam* cod. Dalec. vet. ejusdem et Chiffl.—8 *Lampades ardentes imitantur* edd. vett. ante

NOTÆ

bilissimus Cæsar, hoc est, nobilitatis avitæ, Cæsarea ipsa prioris seu vetustioris. Est hic nummus Carini, apud D. de Sarbek. Similis est Numeriani apud D. Baudelot: IMPERATOR C. NVMERIANVS NOB. CÆS. Nobilior Carinus, quam Cæsares, quia 'Pius Felix:' quamobrem et in nummis rarioribus scribitur, antequam 'Augustus' salutatur, M. AVR. CARINVS. P. F. NOB. CAES. 'Pius Felix Nobilissimus Cæsar.'.)(. VICTORIA AVGVSTORVM. Aureus est, in Thesauro regio.' *Ed. sec.*

[g] *Xiphias*] Ξιφίας, Ensis est, vel ensiformis: cujusmodi visus est imminere urbi Hierosolymitanæ paulo ante ejus excidium, ac toto fere anno fulgere, ut refert Josephus Belli Jud. lib. VII. p. 960.

[h] *Sine ullis radiis*] Videlicet discriminatis. Fuisse ejusmodi dicitur is, qui visus est anno 1532. mense Septembri, ut refert Milichius loc. cit.

[i] *Disceus*] Δισκεὺς, a lata disci rotunditate nomen accepit.

[j] *Pitheus*] Ita Reg. 1. et 2. qua forma Discens et Hippeus efferuntur. Græcis Πιθεὺς, Πιθίτης, et Πιθίας, quæ vox dolium sonat. Describitur a Manilio lib. I. p. 26. inter cometarum genera: 'Quin etiam tumidis exæquat dolia flammis Procero distenta utero.' Et Seneca Natur. Quæst. I. 14. p. 838. 'Sunt pithiæ,' inquit, 'cum magnitudo vasti rotundique ignis, dolio similis, vel fertur, vel in uno loco flagrat.'

[k] *Ceratias*] Κερατίας sive κερατοειδὴς, id est, *cornutus*, cujus flamma in modum cornu, sive litui, vel acinacis Persici, curvata torquetur. Forma hæc postremi cometæ fuit ex iis qui fulsere anno 1618.

[l] *Cum Græcia*] Xerxe navali pugna devicto a Græcis, duce Themistocle, anno primo Olympiadis LXXV. ante Christum 480.

[m] *Lampadias*] Manilio pariter sic appellatus, loco cit. 'Lampadias fissus ramosos fundit in ignes.' Lampas Senecæ, et Lucano I. 532. 'Nunc jaculum longo, nunc sparso lumine lampas Emicuit cœlo.'

faces; Hippeus[n] equinas jubas, celerrimi motus, atque in orbem circa se euntes. Fit et candidus cometes, argenteo crine,[o] ita refulgens, ut vix contueri liceat, specieque humana[p] Dei effigiem in se ostendens. Fiunt et hirti[9 q] villorum specie, et nube aliqua[10] circumdati. Semel adhuc jubæ effigies mutata in hastam[r] est, Olympiade centesima nona, Urbis annó trecentesimo nonagesimo[s] octavo.[11] Brevissimum, quo cernerentur, spatium septem dierum[t] annotatum est; longissimum, centum octoginta.[12 u]

Gelen. qui nostram lectionem ex codd. restitnit.—9 Cod. Dalec. Chiffl. alius ap. Laet, et edd. vett. ante Gelen. *Fiunt et hirci.*—10 Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *juba aliqua;* codex ap. Laet, *jubæ.* Lectionem nostram ex codd. restituit Harduinus; consentiunt Chiffl. et Long. sequuntur Miller. Bipont. et Franz.—11 'Ita Ms. Reg. 1. et Harduinus in altera sua editione. In editione principe ut et in plerisque Mss. *Olympiade CVIII. Urbis CCCXCVIII.* At sibi non constant numeri. Olympias centesima nona incidit in annum Urbis conditæ *CCCCX.* Olympias centesima octava in annum Urbis *CCCCVI.*' Brotier. *Olympiade centesima octava, U. a. quadringentisimo octavo* Harduin. 1. *O. c. octava, U. a. trecentesimo nonagesimo octavo* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—12 '*Centum* abest a Mss. et antiquis editionibus. Non male tamen in recentioribus additum. Visos enim esse cometas centum octoginta diebus,

NOTÆ

[n] *Hippeus*] Ἱππεὺς, quasi stella equina, ob celeritatem motus. Hanc quidam volunt a recentioribus Rosam vocari.

[o] *Argenteo crine*] Unde ei nomen, ἀργυροκομήτης.

[p] *Specieque humana*] Totam hanc clausulam suppositititiam esse Pintianus existimat. Reclamant omnia exemplaria. Fromondus Meteorol. III. 4. p. 129. spectare hæc verba putat ad stellam Magorum, fortassis ob famam quæ ferebatur Augusti principatu, cometam in oriente et Judæa visum, in quo pueruli imago expressa Deum hominem factum indicaret. Pie magis, quam vere.

[q] *Fiunt et hirti*] E duodecim cometarum generibus, hæc duo sunt postrema. Cave *hirci* legas, cum Milichio, ceterisque.

[r] *Mutata in hastam*] Λογχίτην hunc cometam Græci appellarunt ab hastæ forma. Porro cum hastæ, jubæ, barbæque, sive quo alio nomine lubet appellare, radii solares sint per cometæ caput transmeantes; fit aliquando ut ii radii pertundere caput non possint, sed circumquaque dispergantur, et caput coronent: nec raro accidit, ut qui initio densiorem capitis materiam perrumpere non valerent, eadem se postea sponte laxante, viam exitumque reperiant. Inde jubæ in hastam mutatio. Vide Fromondum loc. cit. p. 130.

[s] *Trecentesimo nonagesimo*] [*Quadringentesimo*] Vide Notas et Emend. num. 24.

[t] *Septem dierum*] Narrant Conimbricenses, Tract. Meteor. III. 3. visum a se cometam, qui cum sese pau-

XXIII. Moventur autem alii errantium modo, alii immobiles hærent.[a] Omnes ferme[b] sub ipso septemtrione, aliqua ejus parte non certa, sed maxime in candida,[c] quæ lactei circuli nomen accepit. Aristoteles tradit et simul plures[d]

---

seu senis mensibus, constat tum ex Seneca, Natural. Quæst. VII. 21. tum ex nostræ ætatis observatione, qua a die 31. Julii, anno 1729. ad diem 21. Januarii 1730. visus est cometes.' *Brotier.* *centum octoginta* legit etiam Pintian. ex Senec. l. l. et ibi monente Mureto. *centum* non agnoscunt Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

lum supra horizontem extulisset, subito dissipatus ex oculis evanuerit: alterum item Kechermannus system. Physici lib. VI. p. 680. qui post quinque horæ quadrantes videri desierit.

[a] *Centum octoginta*] Ita restituimus, refragantibus licet Mss. sed astipulante post Pintianum Mureto in notis ad Senecam, ubi librariorum vitio excidisse in libris centenarii notam admonet: nam *LXXX.* tantum illi exhibent pro *CLXXX.* qui dierum numerus sex menses efficit: quo temporis intervallo Neronianum cometen, a Plinio sane visum et observatum, uti mox patebit, durasse auctor est Seneca Natur. Quæst. VII. 21. p. 924. Alios præter istum senis mensibus fulsisse referunt historici: alterum anno Christi 603. sub Mahometis ortum: alterum anno 1240. irrumpente tum fere in Asiam Tamberlane. Vide Ricciolum tomo II. Almag. lib. VIII. p. 24. Qui deinde trimestri spatio visi sint, plures ibidem recensentur.

[a] *Immobiles hærent*] Narrat Dio lib. LIV. p. 542. anno qui Agrippæ mortem antecessit, visum cometam qui per dies multos Urbi immineret. Anno ipso integro, uti paulo ante diximus ex Josepho, Hierosolymis Xiphias incubuit. Motune omni prorsus illi carerent, haud est sane satis exploratum. Accepit hoc porro Plinius ab Epigene, ut ex Seneca discimus, Natur. Quæst. VII. 6.

[b] *Omnes ferme*] Causam hujusce rei affert Seneca Natur. Quæst. VII. 21. p. 924. Hac cautione adhibita *ferme*, non plane discedit Plinius ab Aristotele, qui Meteorol. I. 6. p. 535. negat sub septemtrione solum gigni cometas, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀληθὲς, ὅτι ἐν τῷ πρὸς ἄρκτον τόπῳ γίνεται ὁ κομήτης μόνον. · Septemtrionem appellat hoc loco quicquid spatii ab æstivo Tropico ad polum usque protenditur, opponiturque austrino polo, de quo postea.

[c] *In candida*] Aristotelis istud placitum est, qui libri ante laudati cap. septimo extremo, p. 537. vix generari cometas pro confesso ponit, nisi extra Tropicum circulum; frequenter sub ea, quam lacteam viam appellant: sub qua magnam esse vim exhalationum credidit, ex qua cometæ gignerentur.—'Sunt hodie, qui ex materia, quam Sol exhalet, cum accensa fuerit, gigni cometas putent. Vide de eo argumento disputationem viri in Mathematicis eruditi, tomo I. p. 222. libri inscripti, *Mélanges d'Histoire et de Littérature.*' Ed. sec.

[d] *Et simul plures*] Arist. cap. 6. p. 535. καὶ πλείους ἐνὸς ἅμα γεγένηται

cerni; nemini compertum alteri, quod equidem sciam. Ventos autem[e] ab iis graves æstusque significari. Fiunt et hybernis[f] mensibus, et in austrino[g] polo, sed ibi citra ullum jubar. Diraque comperta Æthiopum et Ægypti populis, cui nomen ævi ejus rex dedit Typhon,[h] ignea specie, ac spiræ[i] modo intorta, visu quoque torvo, nec stella verius, quam quidam igneus nodus. Sparguntur[i] aliquando et errantibus stellis, ceterisque crines. Sed cometes nunquam in occasura[j] parte cœli est; terrificum magna ex parte sidus, ac non leviter[a] piatum, ut civili motu Octavio consule,[k] iterumque Pompeii[l] et Cæsaris

Cap. XXIII. 1 Edd. quædam vett. ante Gelenium exhibent *ac spinæ*.—2

NOTÆ

πολλάκις. Beda refert in Chronico, an. 729. binos cometas per dies quindecim mense Januario conspectos esse, alterum mane, vespere alterum. Alios prætermitto, quos refert Ricciolus, tomo II. Almag. p. 23.

[e] *Ventos autem*] Nempe, si plures sint cometæ. At Seneca Natur. Quæst. VII. 28. p. 926. 'Aristoteles ait cometas significare tempestatem, et ventorum intemperantiam, atque imbrium... Non statim cometes ortus ventos et pluvias minatur, ut Aristoteles ait: sed annum totum suspectum facit.' Locus Aristotelis hic est, Meteorol. I. 7. pag. 537. *Σημαίνουσι γιγνόμενοι οἱ πλείους πνεύματα καὶ αὐχμούς*. Ac paulo post: *Ὅταν μὲν οὖν πυκνοὶ καὶ πλείους φαίνονται, καθάπερ λέγομεν, ξηροὶ καὶ πνευματώδεις γίγνονται οἱ ἐνιαυτοὶ ἐπιδήλως*. Concinit Aratus, Latine redditus ab Avieno Festo, p. 73. 'At si contigerit plures ardere cometas, Invalidas segetes torrebit siccior aër.'

[f] *Fiunt et hybernis*] Ex cometarum synopsi, quam Ricciolus collegit, apparet æstate plures, quam hyeme, cometas oriri: atque inter æstivos menses Augustum vincere: Januarium, inter hybernos. Arist. loc. cit. *ἐφάνη μὲν χειμῶνος ἐν πάγοις, rigente gelu*.

[g] *In austrino*] Arist. loc. cit. *Καὶ πρὸς νότον ἤδη πολλοὶ γεγόνασιν*.

[h] *Typhon*] Cometæ genus, solis Ægypti atque Æthiopum populis cognitum, et quidem semel, Typhone rege, a quo ei nomen. De Typhone Diodorus Siculus Bibl. lib. I. p. 79.

[i] *Sparguntur*] Id Ægyptios scriptis prodidisse, id se vidisse oculis testatur Arist. Meteor. I. 6. p. 535. in femore Canis stellam quæ comam haberet, sed obscuram.

[j] *In occasura*] Nunquam cometes, inquit, occasum habet qualem planetæ, legitimum, ratum, ac diuturnum: nam supra horizontem apparere desinit, et evanescit. Hanc esse Plinianæ orationis sententiam declarat Aristotelis oratio paulo dilucidior, quam Plinius est secutus: *Ἅπαντες οἱ καθ' ἡμᾶς*, inquit ille loc. cit. *ὠμμένοι ἄνευ δύσεως ἠφανίσθησαν ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ ὁρίζοντος τόπῳ*.

[k] *Octavio Consule*] Anno post Julii Cæsaris necem, urbis conditæ DCCXI.

bello. In nostro vero ævo circa veneficium, quo Claudius[m] Cæsar imperium reliquit Domitio Neroni, ac deinde[n] principatu[3] ejus, assiduum prope ac sævum. Referre[o] arbitrantur, in quas partes sese jaculetur, aut cujus stellæ vires[4 p] accipiat, quasque similitudines reddat, et quibus in locis emicet. Tibiarum[q] specie, musicæ arti portende-

---

Cod. Dalec. *ac non leniter*.—3 In eodem codice, *principatum*.—4 Codd. ap.

NOTÆ

quo Hirtio ac Pansæ Consulibus Octavius adjunctus est, cum proconsulari potestate. Sequenti anno decertavit acie cum Bruto in Thessalia prope Philippos.—' Anno U. C. 678. quo anno civile bellum fuisse cum Sertorio, Consulibus Octavio et Scribonio, historici referunt.' *Ed. sec.*

[l] *Pompeii*] De iis cometis qui, Cæsare Rubiconem transgresso, bello civili præfulserunt, Lucanus I. 526. ' Ignota obscuræ viderunt sidera noctes, Ardentemque polum flammis, cœloque volantes Obliquas per inane faces, crinemque timendi Sideris, et terris mutantem regna cometem.' De his pariter, et de eo qui Philippense prælium antecessit, Virgilius Georg. I. 487. ' Non alias cœlo ceciderunt plura sereno Fulgura, nec diri toties arsere cometæ. Ergo inter sese paribus concurrere telis Romanas acies iterum videre Philippi.' Quod plane ad verbum imitatus Manilius videtur, lib. I. p. 28.

[m] *Quo Claudius*] Meminit Suetonius in Claudio, c. 46. p. 77. Seneca vero Natur. Quæst. VII. 17. p. 923. ' Nec est quod putemus,' inquit, ' eundem cometem visum esse sub Claudio, quem sub Augusto vidimus: nec hunc qui sub Nerone Cæsare apparuit... illi similem fuisse, qui post necem Divi Julii ludis Veneris Genitricis circa undecimam horam diei emersit.' Veneno sublatum Agrippinæ dolo Claudium, vel pueri sciunt. Vide Dionem lib. LX. p. 688.

[n] *Ac deinde*] Deinde, inquit, alterum sidus principatu Neronis: assiduum illud quidem, quia sex ipsis mensibus spectandum se præbuit, uti ex Seneca diximus paulo ante. Contigit id anno Neronis imperii undecimo, Christi, ex æra vulgari, LXIV. Meminit præterea Tacitus Annal. XIV. p. 227. ' Et sidus cometes effulsit,' inquit, ' de quo vulgi opinio est, tanquam mutationem regis portendat. Igitur quasi jam depulso Nerone,' &c.

[o] *Referre*] Astrologorum placita de cometarum præsagiis hoc loco persequi, nec decet, nec vacat. Quæ Ptolemæus aliique super ea re prodiderunt, collegit Riccioius, tom. II. Almag. p. 81.

[p] *Stellæ vires*] *Virus* mavult Pintianus. Ego nihil moveo, quarus Epigenem dixisse, ut auctor est Seneca Natur. Quæst. VII. 4. pag. 920. stellam Saturni plurimum habere virium ad omnes ejusmodi sublimium motus, &c.

[q] *Tibiarum*] Non sunt hæ cometarum aliæ species, ut vir doctus existimat Hermolaus, aliique eum secuti, sed diversæ tantum similitudines, seu figuræ, quæ ex plurium siderum vicinitate finguntur, diversique situs ac

re; obscœnis autem moribus, in verendis partibus signorum; ingeniis et eruditioni, si triquetram figuram quadratamve paribus angulis ad aliquos perennium stellarum situs edant; venena fundere, in capite septemtrionalis, austrinæve Serpentis. Cometes[r] in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum faustus divo Augusto judicatus ab ipso; qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri Genitrici,[s] non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto.[5 t] Namque his verbis id gau-

Pintian. *virus* pro *vires*.—5 Codex Dalecampii, *ab eo constituto*.—6 Codd.

NOTÆ

loci, in quibus, ut Plinius ait, cometæ emicant. Si tibiarum speciem sic positi referrent, credebantur musicis aliquid significare: si partes signorum imaginumque cœlestium verendas occuparent, fore ut libidinis exempla ederentur obscœna: ingeniis et eruditioni detrimentum portendi, si triquetram quadratamve formam ad aliquam hærentium cœlo stellarum redderent, &c.

[r] *Cometes*] Sueton. in Julio, cap. 88. 'Ludis, quos primo consecratos ei hæres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam: creditumque est animam esse Cæsaris in cœlum recepti: et hac de causa simulacro ejus in vertice additur stella.'

[s] '*Ludis quos faciebat Veneri Genitrici* [*Genetrici*] Ita scribunt hoc nomen Nummi veteres, non *Genitrici*. Venus Genetrix, comitas est, humanitas, affabilitasque homini ingenita. Ludi similes instituti leguntur in nummo, quem aliter, sed perperam, multi acceperunt. Parte priore caput est Victoriæ, posteriore loco gradiens: sive spectaculo in theatro, sive ad pugnam exhibitus: hinc A: inde XL. vel XLI. 'Abrogata Quadragesima,' vel quadragesimæ indictio. Gallice: *L'impôt du quarantième denier sur les marchandises de transport, osté, ou cessé*. Infra LVGV: supra literis inversis INNO. Sententia est: 'Ludi Votivi Genetrici Veneri, Decreto Urbis Narbonis Indicti.' Nomen, opinor, civitatis non scriberetur in genitivo casu. At in nummo Corneliæ Saloninæ, æris minimi, in Gaza Regia, inscripto sic: BENERI GENETRICI: in quo Salonina sedens, dextra ramum oleæ tenet, sinistra sceptrum transversum: vide ne Venerem Genetricem intelligas: nullum enim ibi Veneris symbolum est. Sed est hæc ibi sententia: 'Basilicam Edua Novam Erexit Imperatoris GENETRICI;' nempe Cornelii Salonini Valeriani: quem fuisse etiam Imperatorem docet nummus ex argento perrarus, apud D. De Clesves, Parisiis, hac epigraphe: IMP. SALON. VALERIANVS P. F. AVG. capite radiato. .)(. SPES PVBLICA. Dea spes florem tenet. Arguit hic nummus nuper repertus Antiquariorum errorem, cui nos quoque olim subscripsimus; existimantium, nummos inscriptos DIVO CÆSARI VALERIANO, ad Saloninum

dium prodidit : ‘ Iis ipsis ludorum meorum diebus[6] sidus crinitum per septem dies in regione cœli, quæ sub septemtrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa undecimam[u] horam diei, clarumque et omnibus e terris[7] conspicuum fuit. Eo sidere[8] significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam ; quo nomine id insigne simulacro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est.’ Hæc ille in publicum, interiore gaudio sibi illum natum, seque in eo nasci[v] interpretatus est ; et, si verum fatemur,[9] salutare id terris fuit. Sunt qui et hæc[w] sidera perpetua esse credant, suoque

Pintiani, *ludorum eorum diebus*.—7 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *omnibus terris*, omissa præpositione, Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—8 *Eo signo* edd. quædam vett. ante Gelenium.—9 Cod. Dalec. *ut verum fateamur*.—10 Ita Chiffl. editiones

NOTÆ

pertinere, non ad Valerianum Valeriani Aug. ex priore conjuge filium.’ *Ed. sec.*

[t] *Ab eo instituto*] A Julio Cæsare. Is enim paulo ante obitum collegium his ludis faciendis instituerat, confecto Veneris templo. Hos deinde ludos suis sumtibus Augustus ipse edidit, non tam in collegio, ut Plinius ait, quam pro collegio, ut refert Julius Obsequens, cap. 128. pag. 70. M. Antonio, P. Dolabella Coss. Vide etiam Dionem lib. XLV. pag. 272.

[u] *Undecimam*] Hoc est, hora fere integra ante Solis occasum. ‘ Quod deinde addit, creditum vulgo Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam, eo pertinet nummus inscriptus, DIVI IVLI. cujus sententia hæc est : ‘ Divus Junctus Veneri Imperator JULIUS.’ Neque enim nomina Principum in nummis Latini scripsere in gignendi casu : et est IVLI. pro ‘ Julius :’ ut CASSI. pro ‘ Cassius,’ et sexcenta similia.’ *Ed. sec.*

[v] *In eo nasci*] Felicitatem suam in eo, imperiumque portendi.

[w] *Sunt qui et hæc*] Pythagoreorum hæc opinio fuit, teste Galeno, vel quisquis auctor est libri de Hist. Philos. cap. 18. p. 40. tom. II. aliorumque, quorum Seneca meminit Natur. Quæst. VII. 19. p. 924. Quam in sententiam plane concedit ipse cap. 22. et 23. p. 925. Fieri sane potest ut idem cometa recurrat identidem, tametsi nemo id animadvertat : vel quia sub crepuscula revertitur ; vel quia nitente cauda, quæ eum sæpius prodit, et nebulosis radiis destitultur. Sic cometa a P. Fontaney in Collegio nostro Parisiensi deprehensus est in Eridano cauda destitutus, qui aliorum diligentiam elusit. Caudatus etiam visus a nobis tota fere nocte, quæ 26. Augusti diem antecessit, anno 1682. Et Seneca loc. cit. cap. 20. multos cometas non videri ait, quod obscurantur radiis Solis : ‘ quo deficiente,’ inquit, ‘ quendam cometem apparuisse, quem Sol vicinus obtexerat, Posidonius tradit.’ Anno 1477. visum cometem Bzovius refert in Annalibus : anno 1577. ob-

ambitu ire, sed non nisi relicta ab Sole [10] cerni. Alii vero,[x] qui nasci humore fortuito, et ignea vi,[11] ideoque solvi.

XXIV. (XXVI.) Idem Hipparchus nunquam satis laudatus, ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine siderum, animasque nostras partem esse cœli, novam stellam et aliam [a] in ævo suo genitam deprehendit; ejusque motu, qua die fulsit, ad dubitationem est adductus, anne hoc sæpius fieret, moverenturque et eæ, quas putamus affixas. Idemque ausus,[1] rem etiam Deo improbam, annumerare posteris stellas, ac sidera ad nomen expungere,[2 b] organis excogitatis,[a] per quæ singularum loca, atque magnitudines signaret; ut facile discerni posset ex eo, non modo, an obirent, nascerenturve, sed an omnino [3] aliqua transirent, moverenturve; item an crescerent, minuerenturque, cœlo in hæreditate cunctis relicto, si quisquam, qui cretionem [4 c] eam caperet, inventus esset.

[a] *Appellato nomine expungere, instrumentis excogitatis, &c.*

---

vero ante Brotier, *a Sole*.—11 Cod. Dalec. *et igne vi*.

CAP. XXIV. 1 *Ideoque ausus* cod. Dalec.—2 Ita cod. Dalec. et Chiffl. omnesque alii ap. Harduin. qui in textum revocavit: illum secuti sunt Miller. Bipont. et Franz. *ac normam expangere* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—3 Edd. vett. ante Gelenum, *sed omnino*, omissa voce *an*.—4 Ita Chiffl. Pintian. exempl. vet. Erasmi, omnesque codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *rationem* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

NOTÆ

servavere Tycho et alii: anno 1677. P. Fontaney aliique.—' Recurrere eosdem cometas post certum tempus, et eorum posse recursus prædici, Bernoullus Astronomus Basiliensis adeo obfirmate censuit, ut prædixerit cometam anni 1680. visum iri anno 1719. in primo gradu 12. Arietis: ut quidem refertur in Historia Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1705. p. 140. Berolini observatum fuisse cometam hoc anno 1719. circa id tempus nuper audivimus, sed eum minimum, et terræ vicinum.' *Ed. sec.*

[x] *Alii vero*] Ut Epigenes, Peripatetici. Vide Senecam et Galenum locis citatis.

[a] *Novam stellam et aliam*] Hoc est, non cometici, sed diversi generis, cujusmodi sunt cœlo affixa sidera, ut Tycho recte vidit, tomo 1. Progymn. pag. 322.

[b] *Ad nomen expungere*] Appellare suo quæque nomine, designare, distinguere, separare. Vide Notas et Emend. num. 25.

[c] *Qui cretionem*] Ita recte Pintianus ex suo codice, nosque ex nostris

XXV. Emicant et faces,[a] non nisi cum decidunt visæ; qualis Germanico[b] Cæsare gladiatorum spectaculum edente, præter ora populi meridiano transcucurrit.[1] Duo genera earum; Lampades[2] vocant plane faces, alterum Bolidas,[c] quale Mutinensibus malis[d] visum est. Distant quod faces vestigia longa faciunt, priore ardente parte; Bolis vero perpetua ardens longiorem trahit limitem.

XXVI. Emicant et trabes[e] simili modo, quas δόκους[1] vo-

CAP. XXV. 1 Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *transcurrit.*—2 Salmant. ap. Pintian. *Lampadas;* unde ille conj. *Lampadias.*

CAP. XXVI. 1 Cod. Dalec. Chiffl. aliique duo ap. Pintian. *docus.* Edd.

NOTÆ

omnibus, cum libri editi perperam *rationem* præferant. Est autem 'cretio' vox Ciceroni familiaris, Attic. XIII. 45. p. 427. atque alias sæpe, quæ hæreditatis aditionem significat. Tam expeditam certamque rationem tradidit Hipparchus observandorum siderum, ut cœlum veluti hæreditatem aliquam reliquisse posteris videatur, si quis eam adire ac cernere, hoc est, illius artis pernoscere mysteria et ingredi adyta, ausit.

[a] *Emicant et faces*] Impressiones igneas omnes, quas medio in aëre accendi constat, et ex halitu sulfureo nitrosoque oriri, Plinius existimavit in cœlo ipso nasci, aut de cœlo decidere: quemadmodum cap. 6. diximus, cum de stellis discurrentibus ageremus. Id vero etiam legenti initium cap. 88. multo constabit apertius.

[b] *Germanico*] Is Drusi filius, a Tiberio adoptatus, veneno per Pisonem sublatus est. Seneca Natur. Quæst. I. 1. p. 832. 'Vidimus,' inquit, 'non semel flammam ingentis pilæ specie, quæ tamen in ipso cursu suo dissipata est. Vidimus circa divi Augusti excessum simile prodigium: nec Germanici mors sine denuntiatione tali fuit.'

[c] *Bolidas*] Βολὶς Græce *missilem hastam* et *jaculum* sonat.

[d] *Mutinensibus malis*] Obsesso Mutinæ Bruto a M. Antonio, factoque ibi vehementi et cruento prælio, de quo Appianus Civil. lib. III. ibi Prætoriani Cæsaris milites ad unum omnes occubuere: Consules ambo trucidati, &c. 'Pharsalia, Philippi, Perusia, et Mutina, nota publicarum cladium nomina,' inquit Tacitus Histor. I. p. 20. Dio lib. XLV. p. 278. λαμπάδα, *facem*, vocat, quæ circa Mutinensis belli tempus visa est ab occasu in ortum transcurrere.

[e] *Emicant et trabes*] De his Seneca Natur. Quæst. VII. 4. et 5. p. 920. Lucem in aëre, seu quandam albedinem, angustam quidem, sed oblongam, de noctu quandoque visam, sereno cœlo, si parallelo situ sit, trabem vocant: si perpendiculari, columnam: si cum cuspide, bolida, sive jaculum. Sunt hodie qui velint, ut cometas, ita etiam trabes, supra regionem elementarem attolli sublimes, atque ex eadem gigni materia: ex eo fuisse numero trabem eam, quam vo-

cant; qualis cum Lacedæmonii[f] classe victi, imperium Græciæ amisere. Fit et cœli ipsius hiatus, quod[2] vocant chasma.[g]

XXVII. (XXVII.) Fit et sanguinea[a] specie (quo[1] nihil terribilius mortalium timori est) incendium, ad terras cadens inde, sicut Olympiadis centesimæ septimæ anno tertio,[2 b] cum rex Philippus Græciam quateret. Atque hæc ego statis[3] temporibus naturæ, ut cetera, arbitror existere; non, ut plerique, variis de causis, quas ingeniorum acumen excogitat; quippe ingentium malorum fuere prænuntia: sed ea accidisse,[c] non quia hæc facta sunt, arbitror; ve-

vett. *docos*.—2 Cod. Dalec. *quem*.

Cap. XXVII. 1 *Fit et sanguinea species, et (quo, &c.* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Nostram lectionem exhibent cod. Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 Ita omnes codd. et edd. vett. cum Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. Harduinus vero in ed. prima, *anno quarto*.—3 *Atque hæc ego ratis* cod. Dalec. aliique vett. ap. Gelen. et sic etiam ex codice vetusto legit Heinsius Adv. III. 17. p. 541.

NOTÆ

lunt subsecutam esse cometam anni 1618. Negant alii trabem tum ullam visam, sed cometæ caudam fuisse. Fromondus Meteorol. II. 5. p. 79. observatam ait anno 1625. ingentem trabis molem, intempesta nocte ab occasu exortam, Lunæ fulgorem infuscasse, atque eripuisse oculis: non ea igitur supra Lunam fuit: neque vero esse, sententia Aristotelis est, Meteorol. I. 4. p. 533. Quomodo trabs fiat, disce ex Cabeo lib. I. text. 19. p. 120.

[f] *Lacedæmonii*] Classe victi ab Atheniensibus Conone duce, imperio maris spoliati, Olymp. XCVI. anno secundo, ut scribit Diodorus lib. XIV. p. 303. 'Et hoc initium,' inquit Justinus VI. 4. p. 69. 'Atheniensibus resumendæ potentiæ, et Lacedæmoniis habendæ finis fuit. Namque velut cum imperio etiam virtutem perdidissent, contemni a finitimis cœpere.'

[g] *Chasma*] Seneca Natur. Quæst. I. 10. p. 838. 'Sunt chasmata,' inquit, 'cum aliquando cœli spatium discedit, et flammam dehiscens velut in abdito ostentat.' Arist. Meteor. I. 5. p. 534. Τὰ δὲ χάσματα, κ. τ. λ. Quem in locum Cabeus lib. I. text. 24. p. 141. hiatum vocari a Philosopho ait, quoties lumen in aëre accenditur, et obscuro circum colore obducitur: fit enim tum terræ dehiscentis species, unde flamma erumpat. Vel si obscurus vapor circumvestitur lumine, ea obscuritas cavitatem repræsentabit: ut subnigri in tabula colores recessum mentiuntur.

[a] *Fit et sanguinea*] Arist. loc. cit. αἱματώδη χρώματα vocat.

[b] *Anno tertio* [*quarto*] Vide Notas et Emend. num. 26.

[c] *Sed ea accidisse*] Hoc est, ea prodigia, fortuitaque phænomena, non fuere sequentium malorum causa, sed signum. Utor Senecæ verbis Natur. Quæst. I. 1. p. 832.

rum hæc ideo facta, quia incasura erant illa. Raritate autem occultam eorum esse rationem, ideoque, non, sicut exortus supra dictos,[a] defectusque, et multa alia, nosci.

XXVIII. (XXVIII.) Cernuntur et stellæ cum Sole totis diebus, plerumque et circa Solis orbem, ceu spiceæ[1 d] coronæ, et versicolores[e] circuli: qualiter Augusto Cæsare[f]

[a] *Sicut exortus siderum errantium supra dictos.*

CAP. XXVIII. 1 Ita Chiffl. codd. Dalec. et Laet, et vet. exempl. Erasmi, cum omnibus Hardnini; et sic edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *seu specie* Gronov. *ceu specie* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, et Lugd.

NOTÆ

[d] *Ceu spiceæ*] Vide Notas et Emend. num. 27.

[e] *Et versicolores*] Diversum hoc a superiore ostentum. Meminit Dio lib. XLV. p. 272.

[f] *Augusto Cæsare*] Sueton. in Augusto, cap. 95. Sed multo explicatius Seneca Natur. Quæst. I. 2. p. 833. 'Memoriæ proditum est, quo die Divus Augustus Urbem ex Apollonia reversus intravit, circa Solem visum coloris varii circulum, qualis esse in arcu solet: hunc Græci ἅλω vocant, nos dicere Coronam aptissime possumus. Quemadmodum fieri dicatur, exponam. Cum in piscinam lapis missus est, videmus in multos orbes aquam discedere,' &c. Ac paulo post, 'Tales splendores Græci areas vocavere,' &c. Apollonia, unde Romam Octavius est reversus, urbs Epiri est ad Ionium mare, studiorum celebritate eo ævo nobilis, ut testatur Dio lib. XLV. p. 271.—'In prima juventa,' ut ait Plinius, tum fuit Augustus, hoc est, annorum octodecim, A. U. C. DCCVII. Tunc Romam venit post mortem patris sui Octavii, ad nomen ingens Cæsaris avunculi sui, a quo tunc adoptabatur, capessendum: nisi forte, quod alicui forte magis arridebit, *pater* ipse Dictator a Plinio appellatur, cujus Divi F. *filius* in nummis Augusti scribitur. Hanc primam fere Cæsaris Augusti juventam, hoc est, qualis triennio ante fuit, exhibet nummus singularis, ex ære mediocri e Cimelio D. de Surbeck. CÆSAR DICT. TER. 'Dictator tertium.' Caput Victoriæ alatum. .)(. in corona laurea, caput nudum juvenis Octavii, vultu vix annos octodecim referente, et in Orientem converso. Ante ipsummet os, lauri folium est: quo venisse illum in partem victoriæ illius indicatur, quæ eodem Victoriæ symbolo significatur, in alio Cæsaris ejusdem Dictatoris numismate, quod habet Solem appictum, symbolum Orientis ab eo subacti. Intra ipsammet coronam lauream, hinc A, et inde rursum A, 'Asiam' a Cæsare 'acquisitam' significat, A. U. R. DCCV. ex quo Syriæ civitates annos numeravere fœderis cum Romanis percussi, quæ æra Cæsariana est appellata. 'Asia' enim hic intelligenda est ea ipsa, quæ post annos septemdecim in Nummis Octavii Cæsaris ASIA RECEPTA nominatur, hoc est, Syria proprie dicta. Sic in nummo Trajani Imp. ad annum ipsius nonum

in prima juventa Urbem intrante, post obitum patris, ad nomen ingens capessendum.

(XXIX.) Existunt eædem [g] coronæ circa Lunam, et circa nobilia astra, cœlo quoque inhærentia.[2]

XXIX. Circa Solem arcus apparuit, L. Opimio,[h] Q. Fabio consulibus:[1] orbis, C. Porcio,[i] M'. Acilio.

1606.—2 Cod. Dalec. *cæloque inhærentia.*
CAP. XXIX. 1 Vet. Dalec. et Chiffl. *Opimio III. et Q. Fabio II. Consulib.*—

NOTÆ

legimus, ARAB. ADQVIS. hoc est, 'Arabia adquisita:' non tamen capta, sed facta populo Romano fœderata. Militabat scilicet Octavius anno ætatis suæ circiter sextodecimo, sub avunculo suo Cæsare Dictatore, cum repulsam ab eo passus est in Magisterio equitum, ut Plinius refert, VII. 46. Sed cave hic pro Asia Africam cogites: tum quia 'acquisita' provincia non dicitur, quæ sit tota bello capta; nec si bello a Cæsare Dictatore capta Africa foret, 'acquisita' diceretur, sed RECEPTA: quippe quæ jam olim a Scipione capta, et a Sylla Felice, sic enim in nummis legitur, ut dictum est, ASIA hæc ipsa RECEPTA ab Augusto, quæ nunc dicitur ab ejus avunculo 'acquisita:' Parthis nimirum, postquam acquisita fuerat, eam rursus sibi vindicantibus. Nec vero propter civilem victoriam provincia, in qua gestum est civile bellum, 'acquisita' vel 'capta' propterea dicitur, nisi rebellarit: quam ob causam HISPANIA RECEPTA ab Augusto legitur, nimirum quæ Pompeio se dediderat. Denique nec civiles victorias Cæsar voluit omnino commemorari, nedum in nummis consignari: quæ causa est quamobrem nulla ejusmodi victoria prorsus in illis picta appareat. Bellum autem quod in Africa gestum est sub Cæsare, tantum civile fuit: quin immo, ne bellum quidem, Cæsaris comitate ac Venere Victrice motibus cito compositis compressisque. At juventam illam ipsam, quam Plinius hic commemorat, repræsentat affabre nummus aureus e Thesauro Regio, et apud D. de Clesves: cusus A. U. C. DCCXI. quo Dictator occisus est: C. CÆSAR DICT. PERP. PONT. MAX. 'Caius Cæsar Dictator perpetuo, Pontifex Maximus.' Caput Julii laureatum. .)(. C. CÆSAR COS. PONT. AUG. 'Caius Cæsar Consul, Pontifex, Augur.' Caput Octavii Cæsaris nudum, ob reverentiam Dictatoris et Pontificis Maximi. D. Vaillant nummum illum 'rarissimum' vocat.' *Ed. sec.*

[g] *Existunt eædem*] Hæc totidem verbis Arist. Meteor. III. 2. p. 574. Τῆς μὲν οὖν ἅλω φαίνεται πολλάκις κύκλος ἅλος, καὶ γίγνεται περὶ ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ περὶ τὰ λαμπρὰ τῶν ἄστρων, κ. τ. λ. Seneca Natur. Quæst. I. 2. p. 833. 'Hæ coronæ noctibus fere circa Lunam, et alias stellas notantur: interdiu raro: adeo ut quidam ex Græcis negaverint eas omnino fieri, cum illos historiæ coarguant.' Et cap. 10. p. 838. 'Arcus solares, lunaresque omnes sunt: coronæ, omnium siderum.' Corona circa Lunam visa Parisiis, die decima Aprilis, anno 1683. hora nona vespertina.

[h] *L. Opimio*] L. Opimius Nepos, et Q. Fabius Maximus Allobrogicus, gessere Consulatum, anno U. C. DCXXXIII. ut dicetur ad XIV. 16.

(XXX.) Circulus rubri coloris L. Julio,[j] P. Rutilio coss.

XXX. Fiunt prodigiosi, et longiores Solis defectus,[k] qualis occiso dictatore Cæsare, et Antoniano bello, totius pæne anni pallore continuo.

XXXI. (XXXI.) Et rursus[a] plures Soles simul cernuntur: nec supra ipsum, nec infra, sed ex obliquo: nunquam juxta, nec contra terram: nec noctu: sed aut oriente, aut occidente. Semel et meridie[1] conspecti in Bosporo produntur, qui a matutino tempore duraverunt in occasum. Trinos Soles[b] antiqui[2] sæpius videre: sicut Sp. Postu-

2 *L. Portio*, sive *Porcio*, Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

CAP. XXXI. 1 *Semel in meridie* edd. quædam vett. 'Vetus lectio, *Semel et meridie*: exemplaria consentiunt. Mox post singula paria consulum adjecimus conjunctionem, quo evidentius anni ab invicem secernerentur.' *Gelen.*

NOTÆ

[i] *C. Porcio*] C. Porcius Cato, Censorii Catonis nepos, et M' (hoc est, Manius, non Marcus,) Acilius Balbus Consules fuere anno U. C. DCXL. Porcio prænomen Caii restituimus ex Julio Obsequente, et Cassiodoro. In editis Plinii libris hactenus *L. Portio*, mendose.

[j] *L. Julio*] Anno U. C. DCLXIV. ex Fastis et ex Julio Obsequente, fuere Consules L. Julius Cæsar, P. Rutilius Lupus.

[k] *Solis defectus*] Citra eclipsim hic defectus fuit, ut monet Petavius de Doctr. Temp. x. 63. p. 269. Nebularum globus, toto anno sub Sole visus, Solis corpus pallidum ac sine fulgore propemodum ullo reddebat, inquit Plutarchus in Cæsare, p. 741. Ὅλον γὰρ ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ὠχρὸς μὲν ὁ κύκλος καὶ μαρμαρυγὰς οὐκ ἔχων ἀνέτελλεν, κ. τ. λ. Vide etiam Dionem lib. XXV. p. 278. Describitur hic Solis defectus, vel quocumque alio nomine appellari lubet, a Virgilio, Georg. I. 466. 'Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam: Cum caput obscura nitidum ferrugine texit, Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.'

[a] *Et rursus*] Quæ de parheliorum situ ac tempore placita nunc Plinius refert, ea plane ad verbum ex Aristotele transtulit, Meteorol. III. 2. p. 575. Singulorum hujus doctrinæ capitum causas investigat idem Philosophus, cap. 6. p. 582. et 583. De iis Seneca Natur. Quæst. I. 11. p. 838. 'Quid eas vocem? Imagines Solis? Historici Soles vocant, et binos ternosque apparuisse memoriæ tradunt: Græci παρήλια appellant, quia in propinquo fere a Sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem Solis.' Anno 1671. die 26. Maii, hora 5. matutina, Carnuti in Gallia corona circa Solem visa est, in qua duo parhelia, cœlo sereno, sine ulla nube.

[b] *Trinos Soles*] Familiare est, ut cum duos vel tres Soles apparuisse dicimus, Solem quoque verum, et non παρηλίους, spuriosve duntaxat, eo nu-

mio,[c] Q. Mucio, et Q. Marcio,[d] M. Porcio, et M. Antonio,[e] P. Dolabella, et M. Lepido,[f] L. Planco coss. Et nostra ætas vidit Divo Claudio principe, consulatu ejus,[g] Cornelio Orfito collega. Plures simul,[h] quam tres,[3] visi, ad hoc ævi nunquam produntur.

XXXII. (XXXII.) Lunæ quoque[i] trinæ, ut Cn. Domitio, C. Fannio[1] consulibus, apparuere: quos plerique[2] appellaverunt Soles nocturnos.

XXXIII. (XXXIII.) Lumen[j] de cœlo noctu visum est,

—2 Cod. Dalec. *et antiqui.*—3 Chiffl. *quam tres simul.*

CAP. XXXII. 1 *Lucio Annio* edd. quædam vett.—2 Cod. Dalec. et Chiffl. *quem plerique.*

NOTÆ

mero comprehendamus. Exempla, præter Pliniana, suppeditant Julius Obsequens, cap. 92. p. 50. aliique.

[c] *Sp. Postumio*] Sp. Postumio Albino Paulo, Q. Mucio Scævola Coss. anno U. C. DLXXX. quo anno tres simul Soles effulsisse Livius pariter est auctor, lib. XLI. p. 528.

[d] *Et Q. Marcio*] Q. Marcius Rex, et M. Porcius Cato, Consules fuere, anno U. C. DCXXXVI.

[e] *Et M. Antonio*] Quo anno interfectus est Cæsar. Hoc quoque refert Julius Obsequens, laudandus a nobis in Notis et Emend. num. 27. et Hieronym. in Chron.

[f] *Et M. Lepido*] Julius Obsequens, cap. 130. p. 72. 'M. Lepido, Munatio Planco Coss. Soles tres circiter hora tertia diei visi, mox in unum orbem contracti.' Id contigit altero post Cæsaris necem anno.

[g] *Consulatu ejus*] Cum quintum Consul esset, Ser. Corn. Scipione Orfito collega, anno imperii Claudii undecimo, Christi, ex æra vulgari, quinquagesimo primo.

[h] *Plures simul*] Gassendus in lib. X. Laërtii, cap. de Parheliis, p. 1131. visos sex esse in Polonia scribit, anno 1625. Scheinerum vero observasse Romæ quinque, die 20. Martii 1629. Septem etiam, anno sequente 1630. die 24. Januarii. Addit autem p. 1134. nihil obesse quin apparere simul parhelii saltem undecim possint.

[i] *Lunæ quoque*] Παρασελήνας seu spurias Lunas appellant, de quibus eadem quæ de parheliis, servata proportione, dicenda videntur. Julius Obsequens, cap. 92. p. 50. 'Cn. Domitio, C. Fannio Coss. in Gallia tres Soles, et tres Lunæ visæ.' Fuit is annus U. C. DCXXXII. Aliud exemplum refert Plutarchus in Marcello, p. 299.

[j] *Lumen*] Milichius hoc nihil aliud esse putat quam chasma superius explicatum, cap. 26. Rectius Gassendus in Epicuri Philos. p. 1137. fulgorem esse opinatur, qui aliquando nocte intempesta, et silente etiam Luna, totum septemtrionalem tractum ita occupat, ut claram auroram mentiatur: unde et 'Aurora Borea' ab aliquibus dicitur. Possunt esse vivaciores quidam fulgores, qui aliquando sive in ortum progrediuntur, sive in occasum.

C. Cæcilio,[1 k] Cn. Papirio consulibus, et sæpe alias,[1] ut diei species noctu luceret.[2]

XXXIV. (XXXIV.) Clypeus[m] ardens ab occasu ad ortum scintillans transcucurrit, Solis occasu, L. Valerio, C. Mario consulibus.

XXXV. (XXXV.) Scintillam e stella cadere, et augeri terræ appropinquantem, ac postquam Lunæ magnitudine[1] facta sit, illuxisse, ceu nubilo die:[2] dein cum in cœlum se reciperet, lampadem[n] factam, semel unquam proditur, Cn. Octavio,[o] C. Scribonio coss. Vidit hoc Silanus proconsul[3 p] cum comitatu suo.[q]

[a] *Tantum illuxisse noctu, quantum, cum nubilus est dies, solet lucere.*

CAP. XXXIII. 1 *C. Cælio* Gronov.—2 Cod. Dalec. et Chiffl. *nocte luceret.*

CAP. XXXV. 1 Ita duo Gelenii exemplaria, et plurimæ edd. *in lunæ magnitudinem* cod. Dalec. et quædam edd. antiq.—2 Sic ex codd. edidit Harduin. et sic omnes deinceps edd. *seu nubilo die* cod. Dalec. et Chiffl. *ceu nubilo diei* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Lugd. 1606. Dalec. et Elz. *seu nubilo diei* Gronov.—3 Ita cod. Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vide Not. et Emend. n. 28. *Vidit id Syllanus* alii codd. *Vidit hoc Licinius Syllanus proconsul* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

NOTÆ

[k] *C. Cæcilio*] Anno U. C. DCXLI. Consulatum iniere C. Cæcilius Metellus et Cn. Papirius Carbo. Refert hoc ipsum Julius Obseq. cap. 98. p. 52.

[1] *Et sæpe alias*] Vide Jul. Obseq. cap. 73. p. 40. et cap. 86. p. 46. et cap. 131. p. 73. Livium quoque lib. XXVIII. p. 323. et lib. XXIX. p. 343.

[m] *Clypeus*] Julius Obseq. cap. 105. pag. 56. 'C. Mario, L. Valerio Coss. sub occasu Solis, orbis, clypei similis, ab occidente ad orientem visus præferri.' Fuit hic sextus Marii consulatus, anno U. C. DCLIV. Clypeorum in aëre apparentium meminit Seneca Natur. Quæst. I. 1. p. 833. et VII. 20. p. 924.

[n] *Lampadem*] Hic est, ut quidem reor, cometes lampadias, de quo cap. 22.

[o] *Cn. Octavio*] Anno U. C. DCLXXVIII. Cn. Octavio, C. Scribonio Curione Coss.

[p] *Silanus Proconsul*] Fuit hic Decimus Junius Silanus, qui consulatum gessit aliquanto post cum Licinio Muræna, anno U. C. DCXCII. Vide Notas et Emend. num. 28.

[q] '*Cum comitatu suo*] Comitatus dicitur clientela sequens dominum, *la suite:* et pro Curia Principum in Jure subinde accipitur, *la Cour.* Cave tamen in nummo perpulchro aureo, e Cimelio Serenissimæ Ducissæ Aurelianensis, de alterutro comitatu intelligas titulum inscriptum his literis: COMITATVS AVGG. Priore nummi parte legitur, CONSTANTIVS N. C. 'Nobilissimus Cæsar:' caput laureatum. Posteriore sunt Augusti duo paludati, in equis, dextris elatis, si-

XXXVI. (XXXVI.) Fieri videntur et discursus[q] stellarum, nunquam temere, ut non ex ea parte truces venti[r] cooriantur.

XXXVII. (XXXVII.) Existunt stellæ et in mari terrisque.[1] Vidi, nocturnis militum vigiliis, inhærere pilis[s] pro vallo fulgorem effigie ea.[b] Et antennis[2] navigantium, aliisque navium partibus, ceu vocali[3] quodam sono insistunt, ut

---

CAP. XXXVII. 1 *Ex his tunc procellæ et in, &c.* cod. Dalec. Reg. Brot. 5. Ed. pr. et Rezzon. *Existunt stellæ, &c.* Reg. Brot. 2. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et recentt.—2 Vet. Dalec. codex ejusdem et Laet, *fulgurum effigies. Ex, &c.* 'Sed potest retineri *fulgorem;* nam cum hæc conjuncta fuerint cum præcedentibus, dicit Plin. se vidisse fulgorem effigie ea.' *Laet.*—3 Gronov. *seu vocali.*

NOTÆ

nistris tenent baculos imperatorios, *leurs bâtons de commandement.* Infra, P. T. 'Prima Treverensis.' Sed ubi vox una esse COMITATVS falso creditur; totidem ibi fere voces, quot literæ sunt: integra autem hæc sententia: 'Constantio Obeunte Magistratum I (primæ) Trevirensis,' hæc pars prior inscriptionis est: altera, 'Augusta Treverorum Victores susccpit AVGGustos,' Diocletianum nimirum et Maximianum. Quoniam honori Constantii Cæsaris hic nummus cudebatur, idcirco etiam in aversa superficie, quæ pictos exhibet Augustos, ipse statim appellatur, litera ejus nominis prima a reliquis sejuncta, honoris causa. Fuit ille Constantius Cæsar e gente Julia, quem Chlorum cognominavere. Nihilominus etiamnum Diocletiani honori percussus est nummus alter isti simillimus, ex auro, cum ipsius nomine: DIOCLETIANVS AVGVSTVS. In aversa pagina, COMITATVS AVGG. cum effigie eorundem Augustorum, Diocletiani et Maximiani, in equis. Infra, P. R. 'Populi Rogatu:' qui ipsius quoque Diocletiani honori voluit nummum peculiariter dicari. Est ille perrarus, in Cimelio P. Chamillart.' *Ed. sec.*

q *Discursus*] Non quasi stellæ discurrant ipsæ: sed cum exhalationes, sulfureique spiritus in aëre positi accendantur, concipiuntque flammam, tum sensibus nostris illuditur, ac stellas discurrere facile credunt oculi. Sic tormentarium pulverem si sumas, eoque solum conspergeris, longo quidem sed gracili ductu, admoto ad caput seu ductus hujusce initium igne, subsilire quodammodo flammam putes, cum pulvis subinde arripit, unaque alteram continentem accendit, et suscitat. Vide quæ diximus in notis ad cap. 6. et, quæ Cabeus habet in Meteorol. I. text. 20. p. 123.

r *Truces venti*] Vide quæ dicturi sumus ad XVIII. 80.

s *Inhærere pilis*] Seneca Natur. Quæst. I. p. 832. 'Gylippo,' inquit, 'Syracusas petenti, visa est stella super ipsam lanceam constitisse. In Romanorum castris visa sunt ardere pila, ignibus scilicet in illa delapsis.'

b *Effigie ea*] Nempe stellarum effigie.

volucres sedem ex sede mutantes: graves, cum solitariæ venere, mergentesque navigia: et si in carinæ ima deciderint, exurentes: geminæ autem salutares, et prosperi cursus prænuntiæ: quarum adventu fugari diram illam ac minacem, appellatamque Helenam, ferunt. Et ob id Polluci et Castori [c] id numen assignant: eosque in mari Deos invocant. Hominum quoque capita vespertinis horis magno præsagio circumfulgent. Omnia incerta [d] ratione, et in naturæ majestate abdita.

XXXVIII. (XXXVIII.) Hactenus de mundo ipso,[1] sideribusque. Nunc reliqua cœli memorabilia. Namque et hoc cœlum [a] appellavere majores, quod alio nomine aëra: omne quod, inani simile,[b] vitalem hunc spiritum fundit. Infra Lunam hæc sedes, multoque inferior, (ut animadverto propemodum constare,) infinitum ex superiore natura aëris, infinitum [2] et terreni halitus miscens, utraque sorte confunditur. Hinc nubila, tonitrua, et alia fulmina.[3] Hinc grandines, pruinæ, imbres, procellæ, turbines. Hinc plurima mortalium mala, et rerum naturæ pugna secum.[c] Terrena in cœlum tendentia deprimit siderum vis: eademque quæ sponte non subeunt, ad se trahit.[4] Decidunt imbres, nebulæ subeunt, siccantur amnes, ruunt grandines,

---

CAP. XXXVIII. 1 Ita codd. Dalec. et Chiffl. et sic ex codd. suis restituit Harduinus, cum antea legeretur, *de ipso mundo*.—2 Hæc dictio, *infinitum*, non legitur in vetustis exempl. ap. Dalec.—3 Var. lect. ap. Dalec. et Gronov. *illa fulmina*, emphaticôs: et sic conj. Pintian.—4 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *trahunt* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd.

NOTÆ

[c] *Polluci et Castori*] Hæc Seneca paulo uberius loc. cit. Galli et Hispani circa mediterraneum mare S. Hermi, aut S. Telmi ignes appellant: Itali, SS. Petri et Nicolai. De his ignibus mira Furnerius narrat, in Hydrogr. XV. 20. p. 539.

[d] *Omnia incerta*] Libet hic exclamare cum Seneca loc. cit. 'Ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes Deos mortium hæc signa præmittere,' &c.

[a] *Et hoc cœlum*] Ita Pacuvius a nobis laudatus in Notis ad cap. 4.

[b] *Inani simile*] Id quidem esse hujusmodi plebi videtur, ob raritatem ac tenuitatem.

[c] *Pugna secum*] Ex congressu contrariarum qualitatum, frigiditatis et caloris. Hic locus videtur expressus ab Arist. de Mundo, cap. 2. pag. 602.

torrent radii, et terram in medium undique impellunt. Iidem infracti resiliunt: et, quæ potuere,[5] auferunt secum. Vapor[a] ex alto cadit, rursumque in altum redit. Venti ingruunt inanes, iidemque cum rapina remeant. Tot animalium haustus spiritum e sublimi trahit. At ille contra nititur, tellusque ut inani cœlo[d] spiritum infundit. Sic ultro citroque commeante natura, ut tormento aliquo, mundi celeritate[b] discordia accenditur. Nec stare pugnæ licet,[c] sed assidue rapta convolvitur, et circa terram immenso rerum causas,[e] globo ostendit:[d 6] subinde per nubes cœlum aliud obtexens.[e] Ventorum hoc regnum. Itaque præcipua eorum natura ibi, et ferme reliquas complexa[7] causas: quoniam et tonitruum, et fulminum jactus, horum violentiæ plerique assignant. Quin et ideo lapidibus pluere interim, quod vento[f] sint rapti, et multa similiter. Quam ob rem plura simul dicenda sunt.

[a] *Calor.*
[b] *Cæli assidue rotata vertigine.*
[c] *Nec quies aut mora in ea pugna ulla est.*
[d] *Rerum omnium effectrices causas immenso globo ostendit, nempe sidera.*
[e] *Instar alterius cœli nubes habent, quæ nostris oculis obtenduntur, eripiuntque sidereum.*

1606. Elz. et Gronov.—5 'Forsan legendum esset, *potavere.*' Dalec.—6 Ita codd. Dalec. et Chiffl. alii codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *immenso rerum quasi globo tendit* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox Vet. ap. Dalec. *aliud atque aliud obtexens.*—7 Cod. Dalec. *complexa a se.*

NOTÆ

[d] *Ut inani cœlo*] Quasi exhausto cœlo, tot animalibus inde spiritum trahentibus, rependit tellus ac regerit de suo vapores, qui cœli jacturam cum fœnore sarciant.

[e] *Rerum causas*] Sidera tum vaga, tum quæ affixa cœlo sunt, quorum efficientia res inferiores omnes gigni creduntur, et contineri.

[f] *Quod vento*] Turbine seu typhone arrepta saxa grandinante alio. Vide quæ dicturi sumus cap. 49. Legimus esse vallem in India, e qua lapides sic excitati, deinceps deciderint. Lapidum pluviam ad singulos pæne annos, atque ad fastidium, commemorat præ ceteris Livius. Videntur ii porro lapides multo verisimilius grandinei fuisse, sed insignis magnitudinis, et a quibus strages edi posset ingens. Facit ad hoc sacrorum etiam codicum auctoritas: ubi postquam Deus dicitur 'misisse lapides de cœlo magnos,' subjicitur: 'Et interfecti sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos filii Israël interfecerunt gladio.'

XXXIX. (XXXIX.) Tempestatum rerumque quasdam statas esse causas,[1] quasdam vero fortuitas, aut adhuc rationis incompertæ, manifestum est. Quis enim æstates et hyemes, quæque in temporibus annua vice intelliguntur, siderum motu fieri dubitet? Ut Solis ergo[2] natura temperando intelligitur anno, sic reliquorum quoque siderum propria est quibusque vis, et ad suam cuique[3] naturam fertilis. Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda,[a] alia concreti in pruinas, aut coacti in nives, aut glaciati in grandines: alia flatus, alia teporis, alia vaporis,[b] alia roris, alia rigoris. Nec vero hæc tanta debent existimari, quanta cernuntur: cum esse eorum nullum minus Luna tam immensæ altitudinis ratio declaret. Igitur in suo quæque motu naturam suam exercent: quod manifestum, Saturni maxime[4] transitus imbribus faciunt. Nec meantium modo siderum hæc vis est, sed multorum etiam adhærentium cœlo, quoties errantium accessu impulsa, aut

[a] *Alia sunt sidera ad imbres gignendos soluto humore fœcunda.*
[b] *Caloris.*

CAP. XXXIX. 1 Cod. Dalec. *statutas esse causas.*—2 Ita Chiffl. alii codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ergo ut solis* Venett. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov.—3 Gronov. *cuiquam.*—4 Cod. Dalec.

NOTÆ

[a] *Saturni maxime*] Si vel cum Saturno jungatur aliud sidus, vel transeat idem ad alterum quod Saturno opponatur, aiunt Astrologi fieri quas dicunt Apertiones Portarum, seu Valvarum, catarractarumque, hoc est, insignes tempestatum mutationes per vehementes ventos, imbres, tonitrua, grandines, &c. non modo cum planetæ, quorum sunt naturæ oppositæ, sese aspectu etiam opposito quadratove respiciunt, sed maxime etiam, cum Luna relinquens unum planetam, ejusve aspectum, fertur ad planetam, aspectumve ejus qui præcedenti oppositus est. Sic enim dum Luna fertur a Saturno ad Solem, aut contra, fiunt caligines, nubes densæ, vis incursusque pluviarum, &c. Celebrant vero etiam maxime præ ceteris ipsam conjunctionem. Nam si applicetur, inquiunt, v. g. Mercurius ad Saturnum, erit obscurus, pluvius, ac vehemens ventus, &c. Denique prout Saturnus, aliusve planeta stellam perstringit unam ex iis, quæ sunt affixæ cœlo, hujus tum vires credunt augeri: ipsumque etiam Martem prope Pleiadas meantem creare imbrium copiam vehementiorem volunt, multoque magis Saturnum.

conjectu radiorum exstimulata sunt: qualiter in Suculis [b] sentimus accidere, quas Græci ob id [c] pluvio nomine Hyadas appellant. Quin et sua sponte [d] quædam, statisque [4] temporibus, ut [5] Hædorum [e] exortus. Arcturi vero sidus non ferme sine procellosa grandine emergit.

XL. (XL.) Nam Caniculæ [a] exortu accendi Solis vapores [b 1 f] quis ignorat? [g] cujus sideris effectus amplissimi in terra sentiuntur. Fervent [h] maria exoriente eo, fluctuant

[a] *Sirii.* [b] *Calores.*

statutisque.—5 Harduin. 2. 3. particulam *ut*, operarum forte lapsu, omittunt; sequuntur Bipont. et Franz. ut fere semper.

CAP. XL. 1 Vet. ap. Dalec. *calores* pro *vapores*. Vide infra lib. XVIII. cap.

NOTÆ

[b] *Qualiter in Suculis*] Conjunctione Martis aut Saturni, ut plane modo diximus, aliorumve errantium.

[c] *Quas Græci ob id*] 'Ab eo quod est ὗειν,' inquit Tullius Tiro, apud Gellium, XIII. 9. p. 668. Vide quæ dicturi sumus XVIII. 66.

[d] *Sua sponte*] Etsi non aliorum siderum accessu impellantur, exstimulenturve radiis: hoc est, quamvis neque conjuncta sint, neque opposita ulli errantium stellarum.

[e] *Hædorum*] Dicetur de his sideribus multo opportunius XVIII. 74. Respicere mihi hoc loco Plinius videtur ad illud poëtæ, Georg. I. 204. 'Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis, Hædorumque dies servandi, et lucidus Anguis, Quam quibus in patriam ventosa per æquora vectis,' &c.

[f] *Solis vapores*] Ita constanter libri omnes. Vapor hoc loco, et IX. 12. aliasque sæpius, calorem significat. Sic Horatius, Epod. III. 15. 'Nec tantus unquam siderum insedit vapor Siticulosæ Apuliæ.' Loquitur pariter de æstu Caniculæ. Columella, VII. 3. de agnis: 'Namque id pecus frigoris impatientissimum est, nec minus æstivi vaporis.'

[g] *Quis ignorat*] Id vero possit fortassis in dubium revocari, quando certum est Caniculam, ceteraque fixa sidera, ob motum quem versus ortum habent, oriri jam et occidere uno circiter mense tardius, quam illis temporibus: et nihilominus tempestates non uno mense retardari, sed remanere, ut prius, alligatas Soli. Nam qui magni æstus olim erant circiter Julii medium, quo tempore tunc exoriebatur canicula, iidem nunc quoque Julio fiunt, neque transferuntur in medium Augustum, quo nunc canicula exoritur: neque verendum est translatum iri in Januarium post decem annorum millia, quo tempore tunc exorietur canis, si etiam tum orietur. Vide plura in eam rem apud Gassendum, in Laërtii lib. X. pag. 917. Quamobrem ad Gemini Petaviique sententiam, Uranol. II. 10. p. 415. lubens accedo, existimantium hos æstus, aliaque effecta, a Sole, non a stellis oriri.

[h] *Fervent*] Vide XVIII. 68.

in cellis vina, moventur stagna. Orygem[d] appellat Ægyptus feram, quam in exortu ejus contra stare,[e] et contueri tradit, ac velut adorare,[f] cum sternuerit. Canes quidem[g] toto eo spatio maxime in rabiem agi, non est dubium.[2]

XLI. (XLI.) Quin partibus[a] quoque signorum quorundam sua vis inest, ut autumnali[1] æquinoctio, brumaque,[2] cum tempestatibus confici sidus intelligimus. Nec imbribus tantum tempestatibusque, sed multis et corporum et ruris experimentis. Afflantur[b] alii sidere, alii commoventur, statis temporibus, alvo, nervis, capite, mente. Olea,[c] et populus alba, et salices, solstitio folia[3] circumagunt.

69.—2 Cod. Dalec. *nulli dubium est.*

CAP. XLI. 1 Harduin. 2. errore typothetarum, *ut autumnali*, quod recepit Franzius.—2 Cod. Dalec. *brumæque.*—3 Ita Codd. Dalec. et Chiffl. aliique ap. Harduin. et sic edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *folia solstitio* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz.

NOTÆ

[d] *Orygem*] Damascius apud Photium in Bibl. cod. 242. p. 1048. Ὁ ὄρυξ τὸ ζῷον παρνόμενος ἀνατέλλειν διασημαίνει τὸν Σείριν, *Oryx fera caniculam oriri significat, cum sternuit.* Idem habet Ælianus Hist. Anim. VII. 8. Αἰγυπτίων ἀκούω λεγόντων τὸν ὄρυγα συνιέναι τὴν τοῦ Σειρίου ἐπιτολὴν πρῶτον, καὶ μαρτυρεῖσθαι τῷ πταρμῷ αὐτόν.

[e] *Contra stare*] Hunc ritum iisdem verbis describit Horus Apollo p. 47.

[f] *Ac velut adorare*] Nempe demisso, ut fit, vi sternumenti capite. Multum se movet Salmasius p. 474. uti hæc verba explicet: sed nihil se boni habere tandem confitetur, quod dicat. Fuit cum ex supra laudatis auctoribus emendari posse conjicerem, *ac velut annotare.* Sed nunc retexo me ipse, nec quicquam muto.

[g] *Canes quidem*] Vide lib. VIII. cap. 61.

[a] *Quin partibus*] Nec tota solum constellatio præcipuas vires habet, sed et singulares quædam siderum partes, quibus in partibus tempestatum fieri conversio solet: quippe eo tempore ex tempestatibus, imbribus, ventis, sidus esse peractum, hoc est, pervenisse ad metam, et e quatuor anni tempestatibus unam signare intelligimus: sic Fidiculæ sidus, autumno conficitur: bruma, Vergiliarum, uti dicemus ad XVIII. 69. et 74. Hunc locum Milichius, ceterique interpretes, non intellexere. Sidus confectum, pro solstitio peracto dixit pariter Plinius XVI. 36. aliasque sæpius.

[b] *Afflantur*] Siderantur. Sideratio morbi genus est, partem aliquam corporis, ipsumque sæpe totum corpus, percutientis subito: quod quam repentino eveniat impetu, e cœlo vi quadam sideris evenire putatur. Plautus: 'Sideratus est, movere se nequit.'

[c] *Olea, et*] Vide lib. XVIII. cap. 68.

Floret ipso [d] brumali die suspensa in tectis arentis herba pulegii, rumpuntur intentæ spiritu membranæ.[e] Miretur hoc, qui non observet quotidiano experimento, herbam unam, quæ vocatur heliotropium, abeuntem Solem intueri semper, omnibusque horis cum eo verti, vel nubilo obumbrante. Jam quidem lunari potestate ostrearum, conchyliorumque, et concharum omnium corpora augeri, ac rursus minui. Quin et soricum[e] fibras respondere numero Lunæ, exquisivere diligentiores: minimumque animal formicam[f] sentire vires sideris, interlunio semper cessantem. Quo turpior homini inscitia est, fatenti præcipue jumentorum quorundam in oculis morbos[g] cum Luna increscere, ac minui. Patrocinatur vastitas cœli[4] immensa, discreta altitudine[h] in duo atque septuaginta[i] signa. Hæ sunt

[e] *Aëre incluso intenti rumpuntur utres.*

et Gronov.—4 Cod. Dalec. *vastitas rei.* Alius vet. ap. eund. Dalec. sic habet: *vastitas cæli, immensa altitudine, discreta in, &c.* sic etiam vet. exempl. Erasmi. Mox omnes codd. ap. Harduin. et Brotier. omnesque impressi, *duo atque septuaginta.* Vid. Not. Var. et infra Not. Delph. Vetus Erasmi, *atque quadraginta.*

NOTÆ

[d] *Floret ipso*] Expressum hoc ex Tullio de Divin. II. pag. 224. 'Ut enim,' inquit, 'jam sit aliqua in natura rerum cognatio, quam esse concedo; multa enim Stoici colligunt: nam et musculorum jecuscula bruma dicuntur augeri, et pulegium aridum florescere ipso brumali die, et inflatas rumpi vesiculas, et semina malorum, quæ in his mediis inclusa sint, in contrarias partes se vertere: jam nervos in fidibus aliis pulsis resonare alios: ostreisque, et conchyliis omnibus contingere, ut cum Luna crescant pariter, pariterque decrescant,' &c. Vide præterea Gellium II. 8. et Arist. Problem. 21. sect. 20. pag. 774.

[e] *Quin et soricum*] De his rursum Plinius XI. 76. et XXIX. 15. Plutarchus Sympos. Quæst. IV. 5. non de quovis mure hoc affirmat, sed de mygale tantum, hoc est, de araneo mure.

[f] *Formicam*] Vide XI. 36.

[g] *In oculis morbos*] Vide XI. 55.

[h] *Altitudine*] Rectius fortasse *latitudine:* hæc enim est quæ in tot signa discernitur.

[i] *Duo atque septuag.*] Consentiunt in eum numerum omnia exemplaria. Nihilominus qui plurimas numerant constellationes, e veteribus quidem Ptolemæus 48. agnoscit; Keplerus, in tabula Rudolph. stellarum, p. 105. additis novis astris, quæ naucleri observarunt ultra æquatorem transgressi, omnino habet duo et sexagin-

rerum, aut animantium effigies, in quas digessere cœlum periti. In his quidem mille sexcentas annotavere stellas, insignes videlicet[j] effectu, visuve. Exempli gratia, in cauda Tauri septem, quas[k] appellavere Vergilias, in fronte Suculas, Booten,[l] qui sequitur Septemtriones.

XLII. (XLII.) Extra has causas non negaverim existere imbres ventosque: quoniam humidam[1] a terra, alias vero propter vapores fumidam[a] exhalari[2] caliginem[c] certum est. Nubesque[b] liquore[3] egresso in sublime, aut ex aëre coacto in liquorem, gigni. Densitas earum, corpusque, haud dubio conjectatur argumento, cum Solem obumbrent, perspicuum alias etiam urinantibus in quamlibet[c] profundam aquarum altitudinem.

[a] *Propter Solis ardores fumo similem exhalari a terra vaporem.*

CAP. XLII. 1 Vet. ap. Dalec. *quoniam alias humidam.*—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *vaporem fumidam exhalari;* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *vapores fumidam exhalare.* Codd. Harduini et Pintian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ut in textu nostro.—3 Margo ed. Dalec. et Gronov. *vapore*, ex Aristot.

NOTÆ

ta. Forte Plinius particulas astrorum pro integris censet, puta Hædos ab Auriga distinctos, Gorgonis caput a Perseo, a Tauro Pleiadas Hyadasque, Asellos a Cancro, Urnam ab Aquario, &c. quo numerus major excrescat. Si quid invitis Mss. mutari oporteat, legam, *duodequinquaginta:* Tot enim sunt *μορφώσεις* ab Hipparcho, Eudoxo, et aliis designatæ.

[j] *Insignes videlicet*] Quid si igitur addantur ad hunc numerum eæ quæ priscos illos observatores latuerunt, ultra Zonam torridam positæ? Quid si præacutis oculis illa ipsa, quæ novere, cernantur? In Orionis clypeo amplius quadraginta, quatuordecim in Pleiadibus vident, qui sunt visus paulo perspicacioris: telescopii beneficio, quadraginta. Sinenses longe plures habent in numerato, quam nos.

[k] *Septem, quas*] Septem sunt apud Aratum, et Hipparchum: apud Geminum, sex: quia una ex iis nebulosior est: unde illud Ovidii Fast. IV. 169. 'Pleiades incipiunt humeros relevare paternos, Quæ septem dici, sex tamen esse solent.'

[l] *Booten*] Qui etiam Arctophylax vocatur, id est, Ursarum custos, et Bubulcus.

[a] *Fumidam*] 'Terrenum vaporem et siccum, fumo similem, qui ventos, et tonitrua, et fulmina facit,' inquit Seneca Natur. Quæst. II. 12. p. 850.

[b] *Nubesque*] Nubesque fiunt, inquit, partim e vapidis exhalationibus, quæ e terra et aqua subeunt in sublime; partim ex aëre ipso qui concrescit frigore, atque crassescit. Hæc Plinius ex Arist. Meteorol. I. 9. p. 540.

[c] *In quamlibet*] Nimium istud sane, ac præter verum. Nam piscatores

XLIII. (XLIII.) Igitur non eam inficias, posse in has et ignes superne [1] stellarum decidere,[a] quales sereno sæpe cernimus, quorum ictu concuti aëra verum est, quando et tela vibrata stridunt. Cum vero in nubem pervenerint,[2] vaporem dissonum [3] gigni,[a] ut candente ferro [b] in aquam demerso, et fumidum vorticem volvi. Hinc nasci procellas. Et si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina:[c] si longiore [d] tractu nitatur, fulgetra. His findi nubem, illis perrumpi. Et esse tonitrua impactorum ignium plagas:[b e] ideoque protinus coruscare

[a] *Calorem in nube gigni, cum sono incondito.*
[b] *Quas ignes impacti nubibus efficiunt plagas.*

CAP. XLIII. 1 Vet. ap. Dalec. *supernarum.*—2 Cod. Dalec. *perveniunt.*—

NOTÆ

unionum maris Pacifici juxta Panamam, in Orbe novo, referunt non infra quindecim cubita aspici a se Solem. Idem affirmant urinatores Indiæ Orientalis ad Ormuzium, ut narrat Fromondus didicisse se a religioso teste, Meteorol. I. 4. 2. p. 31.

[a] *Stellarum decidere*] Hos ignes ex æthere destillatos, quos nubes inclusos custodiant, causas esse tonitruum, putavit quoque Anaxagoras, teste Seneca Natur. Quæst. II. 12. p. 850.

[b] *Ut candente ferro*] Accepta hæc patet ab Anaximene, et Seneca loc. cit. cap. 17. p. 851. ubi hanc tonitruum causam is affert. 'Quidam,' inquit, 'existimant ipsum spiritum per frigida atque humida enntem, sonum reddere: nam ne ferrum quidem ardens silentio tingitur. Sed quemadmodum, si in aquam fervens massa descendit, cum multo murmure exstinguitur, ita, ut Anaximenes ait, spiritus incidens nubibus tonitrua edit: et dum luctatur, per obstantia et intercisa vadens, ipsa ignem fuga accendit.'

[c] *Ardens, fulmina*] Iterum Senecam sequitur loc. cit. c. 19. 'Anaximandrus ait omnia tonitrua sic fieri, ut ex æthere aliqua vis in inferiora descendit. Ita ignis impactus nubibus frigidis sonat. At cum illas interscindit, fulget: et minor vis ignium fulgurationes facit, major fulmina.' Adde his et quæ dicenda sunt ex Tullio, cap. 49.

[d] *Si longiore*] Planius Seneca loc. cit. cap. 16. 'Quid ergo inter fulgurationem, et fulmen interest? dicam. Fulguratio est late ignis explicitus: fulmen est coactus ignis et impetu jactus.' Quæ ibi sequuntur, similitudinem continent lectu dignissimam.

[e] *Ignium plagas*] Hoc uberius explanat Seneca loc. cit. cap. 12. 'Siccus ille,' inquit, 'terrarum vapor, unde ventis origo est, quia coacervatus est, cum coitu nubium vehementer impactarum a latere eliditur: deinde ubi latius ferit nubes proximas, plaga et cum sono incutitur: qualis in nostris ignibus redditur, cum flamma vitio lignorum virentium

igneas nubium rimas. Posse et repulsu[f] siderum depressum, qui a terra[4] meaverit, spiritum nube cohibitum tonare, natura strangulante sonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, ut in membrana spiritu intenta.[c] Posse et attritu,[g] dum in præceps feratur, illum, quisquis est, spiritum accendi. Posse et conflictu nubium elidi ut duorum lapidum, scintillantibus fulgetris. Sed hæc omnia[5] esse fortuita. Hinc bruta fulmina et vana, ut quæ nulla veniant ratione naturæ. His percuti montes, his maria,[6] omnesque alios irritos jactus. Illa vero[h] fatidica ex alto, statisque de causis, et ex suis venire[i] sideribus.

XLIV. Simili modo[a] ventos, vel potius flatus, posse et ex arido siccoque anhelitu[1] terræ[b] gigni non negaverim:

[c] *Natura cohibente sonum, quamdiu rixatur aër inclusus in nube: edente fragorem, cum erumpit, qualem uter edit plenus aëre et intentus, dum rumpitur.*

3 Vet. exempl. ap. eundem, *altisonum*.—4 Tolet. ap. Pintian. *qui ad terram*. —5 *Et hæc omnia* var. lect. ap. Dalec. et Gronov.—6 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Iis percuti montes, iis maria* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

CAP. XLIV. 1 Chiffl. et cod. Dalec. *et arido siccoque anhelitu*; Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *et ex arido siccoque halitu*; codd. Harduini, edd. item Erasmi, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et ex arido siccoque anheli-*

NOTÆ

crepat... spiritus ille, quem paulo ante exprimi collisis nubibus dixi, impactus aliis, nec rumpi, nec exsilire silentio potest. Dissimilis autem crepitus fit, ob dissimilem impactionem nubium.'

[f] *Posse et repulsu*] Hæc Diogenis Apolloniatæ sententia, quam Seneca explanat uberius loc. cit. cap. 20. p. 852. et cap. 27. ac 28. p. 853.

[g] *Posse et attritu*] Hunc modum exprimit Seneca multo elegantius loc. cit. cap. 22. p. 852. ut et alterum, de conflictu nubium. Et cap. 3. quædam potuisse tonitrua confitetur pumicum concursu, et arenarum attritu fieri, in quas ventus impegerit.

[h] *Illa vero*] De quibus dictum est initio hujus capitis.

[i] *Et ex suis venire*] Præsertim ex tribus superioribus planetis, uti dictum est cap. 18.

[a] *Simili modo*] Hæc totidem verbis Arist. Meteorol. II. 4. p. 558.

[b] *Anhelitu terræ*] Ea voce, quam ex Mss. R. 1. 2. Chiffl. aliisque expressimus, expuncta ea quam editi libri habebant *halitu*, ea inquam, usus est Cicero, cum dixit de Divin. lib. II. p. 228. 'placere Stoicis, eos anhelitus terræ qui frigidi sint, cum fluere cœperunt, ventos esse.'

posse et aquis aëra exspirantibus, qui neque in nebulam [c] densetur, nec crassescat in nubes: posse et Solis impulsu [d] agi: quoniam ventus non aliud intelligatur, quam fluxus aëris:[2 e] pluribusque etiam modis. Namque et e fluminibus, ac sinubus,[3 f] et e mari videmus, et quidem tranquillo,[g] et alios, quos vocant Altanos,[h] e terra consurgere. Qui quidem cum e mari redeunt, Tropæi[i] vocantur: si pergunt, Apogei.

(XLIV.) Montium vero flexus crebrique vertices, et conflexa cubito, aut confracta in humeros juga,[a 4] concavi val-

[a] *Sinuata in cubitum, aut attollentia sese in plures vertices, seu tumulos, quasi quosdam humeros juga.*

---

tu.—2 Cod. Dalec. *flatus aëris*; Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *fluctus aëris*; Harduin. ex codd. restituit *fluxus aëris*, eumque secuti sunt recentiores.—3 Ita emend. Constantinus Robertus, non vero Harduinus, cum in omnibus codd. et edd. ante Harduin. legeretur *ac nivibus*.—4 Cod. Dalec. alinsque vet. ap. eund. *habet et conflexa subito aut fracta nivium erosa juga*. Tolet. ap. Pintian. *et complexu subito*, unde ille: *aut complexi subito anfractu in numerosa juga concavi*, &c. Mox edd. vett. ante Harduin. *scindunt i. inde r. aëra; q. c. e. v. m. in l. r. facit*. CAP. XLV. *Sine fine ventos generant jam quidam*, &c. ‘Suspectum est, *sine fine ventos*; malim

NOTÆ

[c] *Neque in nebulam*] Nam, ut recte Seneca Natur. Quæst. v. 3. p. 895. nullum tempus magis quam nebulosum, caret vento: et minime tum ventus est, cum aër nubilo gravis est.

[d] *Solis impulsu*] Forsan huc pertineat illud Senecæ loc. cit. cap. 6. p. 896. ‘Aliquando per se ipse Sol causa venti est, fundens rigentem aëra, et ex denso coactoque explicans.’ Vide Plut. de Placitis Philos. III. 3. p. 895.

[e] *Fluxus aëris*] Vide Notas et Emend. num. 29.

[f] *Ac sinubus*] Vide Notas et Emend. num. 30. Totum hunc locum expressit ex Arist. de Mundo, cap. 4. p. 605.

[g] *Et quidem tranquillo*] Cum repente intumescit mare, tranquillo aëre, et magno strepitu inclusus spiritus erumpit, ingentis procellæ prænuntius. Prodigii simile est exemplum quod Furnerius refert Hydrogr. XV. 18. p. 537. Haud procul Baiona, ventis minime spirantibus, adeo turgescit mare, ut terram universam obducere velle videatur. Quem tumorem dubio procul efficit ventus in terræ visceribus conceptus, et per aquas evolans. Andr. Baccius, de Thermis, I. 2.

[h] *Altanos*] Servius in illud Æneid. VII. 27. ‘Cum venti posuere:’ ‘Flatus omnis,’ inquit, ‘qui est ripæ aut pelagi, ‘altanus’ vocatur.’ Iidem Ἀνώγειοι a Græcis appellati, quoniam a terra consurgunt.

[i] *Tropæi*] Venti sunt qui flatu converso atque contrario e mari in terram revertuntur. Apogei, qui e ter-

lium sinus, scindentes inæqualitate ideo resultantem aëra, (quæ causa etiam voces[j] multis in locis reciprocas facit sine fine,) ventos generant.[k]

(XLV.) Jam quidam et specus,[l] qualis in Dalmatiæ ora, vasto in præceps hiatu,[5] in quem dejecto levi pondere, quamvis tranquillo die, turbini similis emicat procella. Nomen loco est Senta. Quin et in Cyrenaica[m] provincia rupes quædam Austro traditur sacra, quam profanum sit attrectari hominis manu, confestim Austro volvente arenas.[6] In domibus etiam multis, manu facta inclusa[7] opacitate conceptacula auras suas habent, adeo causa non deest.

XLV. Sed plurimum interest, flatus sit, an ventus. Illos statos atque perspirantes; quos non tractus aliquis, verum terræ sentiunt; qui non aura, non procella, sed mares[1][n]

---

cum præcedentibus conjungere: *quæ causa etiam voces multis in locis reciprocas facit sine fine. Ventos, &c.*' Laet in Præf. ed. Elz. Vide Not. et Emend. item. Not. Var.—5 Chiffl. *Dalmatia, ore vasto præceps hiatu.*—6 Gronov. et al. vett. *harenas.*—7 Chiffl. *multa madefacta inclusa.*

CAP. XLV. 1 Ita Chiffl. vet. exempl. Erasmi, Tolet. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *non procellæ, sed maris, &c.* in aliis codd. *non procella maris sed appellatione* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Vide Not.

NOTÆ

ra oriuntur. De utrisque Arist. Problem. Quæst. v. 26. p. 796. *ἐναντίον ἐστὶ τῇ ἀπογείᾳ ἡ τροπαία.* De Apogeis speciatim de Mundo, cap. 4. p. 605. *Οἱ μὲν ἐκ νενοτισμένης γῆς πνέοντες ἀπόγειοι λέγονται.*

j *Etiam voces*] Hoc est, ut ait ipse XXXVI. 23. montes, juga, convalles 'acceptas voces numerosiore repercussu multiplicant: nomenque huic miraculo Echo a Græcis datum.'

k *Ventos generant*] Vide Notas et Emend. num. 31.

l *Jam quidam et specus*] De eo argumento Seneca Natur. Quæst. v. 14. p. 898. Montem esse refert Gassendus in Laërtii lib. x. p. 1008. in Provincia, ad Lansonem, qui et ad Austrum et ad Boream perforatus patet, ventosque ex sese eodem tempore contrarios emittit, quos intra se creat: neque putandum est ventum, egredientem ostio boreali, ingressum austrino, aut versa vice, cum ab uno ad alterum pervius nullus sit ingressus.

m *In Cyrenaica*] Id ex Mela Pomponio, in Descriptione Africæ, I. 8. p. 9. 'Est rupes quædam,' inquit, 'Austro sacra. Hæc cum hominum manu attingitur, ille immodicus exsurgit, arenasque quasi maria agens, siccis sævit fluctibus.'

n *Sed mares*] Quasi fortiores, validiores, constantiores. Vide quæ dicturi sumus, cap. 48.

appellatione quoque ipsa venti sunt; sive assiduo mundi incitatu,[2 b] et contrario siderum occursu nascuntur; sive hic est ille[c] generabilis[d] rerum naturæ spiritus, huc illuc[3] tanquam in utero aliquo vagus; sive disparili errantium siderum ictu, radiorumque multiformi jactu flagellatus aër; sive a suis sideribus exeunt his propioribus;[e] sive ab illis cœlo affixis cadunt; palam est illos quoque[4 f] legem naturæ habere non ignotam, etiamsi nondum percognitam.

(XLVI.) Viginti amplius[5] auctores Græci veteres prodidere de his observationes. Quo magis miror, orbe discordi,[6] et in regna, hoc est, in membra,[7] diviso, tot viris curæ fuisse, tam ardua inventu:[8] inter bella præsertim et infida hospitia, piratis etiam omnium mortalium hostibus transitus ferme tenentibus: ut hodie quædam in suo quisque tractu ex eorum commentariis, qui nunquam eo accessere, verius noscat,[9] quam indigenarum scientia: nunc vero pace tam festa,[g] tam gaudente proventu rerum artiumque principe, omnino nihil addisci nova inquisitione, immo ne veterum quidem inventa perdisci. Non erant

Var.—2 Ita Chiffl. Tolet. aliique codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *qui sive assiduo m. incitu* edd. vett. ante Harduin.—3 Tolet. *huc illucque*.—4 Ita edd. Dalec. Chiffl. aliique ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *est illud quoque* edd. vett.—5 *Viginti et amplius* cod. Dalec.—6 Vet. ap. Dalec. *orbe tam discordi*.—7 Cod. Dalec. *in membra terræ*.—8 Vet. ap. eundem Dalec. et vet. exempl. Erasm. *inventa perquirere*.—9 In vet. Dalec. *noscant*.—10 *Namque mores* Ald.

NOTÆ

[b] *Mundi incitatu*] Cœli rotatu ventos cieri Peripateticorum opinio fuit: ut Copernicanorum hodie, diurna tellnris vertigine.

[c] *Sive hic est ille*] Id eleganter exprimit Seneca Natur. Quæst. v. 5. p. 896. 'Ceterum illa est,' inquit, 'longe verior causa, valentiorque, habere aëra naturalem vim movendi se, nec aliunde concipere: sed inesse illi, ut aliarum rerum, ita hujus potentiam,' &c. Hunc illi deinde motum esse ingenitum, ut aquæ, probat ex eo idem, quod sine tali motu procreare ex se nihil aut aër aut aqua posset.

[d] *Generabilis*] Alii *genitabilis* malunt: uti apud Lucretium dicitur lib. III. 'genitabilis aura Favoni.' Generabilis hoc loco dicitur, cui vis gignendi est: ut apud poëtas 'penetrabilis,' cui vis penetrandi.

[e] *His propioribus*] Septem nimirum errantibus.

[f] *Illos quoque*] Ita omnes Mss. Male *illud* editi. Referri enim id oportet ad illud hujusce capitis initium, 'Illos statos,' &c.

[g] *Pace tam festa*] Tam læta. Hac voce rursum abutitur XIV. 1.

majora præmia, in multos dispersa fortunæ magnitudine: et ista plures sine præmio alio, quam posteros juvandi, eruerunt.[a] Mores[10] hominum senuere, non fructus: et immensa multitudo aperto, quodcumque[11] est, mari, hospitalique littorum omnium appulsu, navigat: sed lucri, non scientiæ gratia. Nec reputat cæca mens, et tantum avaritiæ intenta, id ipsum scientia posse tutius fieri. Quapropter scrupulosius, quam instituto fortassis conveniat operi, tractabo ventos, tot millia navigantium cernens.

XLVI. (XLVII.) Veteres[1] quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes, (ideo nec Homerus[a] plures nominat,) hebeti,[b] ut mox judicatum est, ratione. Secuta ætas[2] octo addidit,[d] nimis subtili, et concisa: proximis[e] inter utramque media placuit, ad brevem[f] ex numerosa

[a] *Non erant tum majora præmia, quam nunc sunt: cum multi tunc existerent, in quos distrahi et communicari fortunæ magnitudinem ac beneficentiam oporteret; verum etiam ista arcana plures eruerunt, nullo alio adducti præmio, quam posteros juvandi laude et gloria.*

Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *Jamque mores* cod. Dalec. *τὸ Namque* non agnoscunt codd. Tolet. et Erasmi, et alii ap. Harduin. qui ideo delevit, et hunc secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.—11 Cod. Dalec. *quocumque*.

CAP. XLVI. 1 *Cernens veteres* Chiffl. Mox, *omnino servasse* vet. ap. Dalec. Edd. vett. ante Gelen. *Veteres q. o. servavere, p. t. m. partes: ideo n. H. p. nominat. Hebeti ut m. judicatum id est. Secuta æ. o. addidit, ratione nimis, &c.* Vid. Var. Not.—2 Vet. ap. Dalec. *Proxima ætas.*—3 *Aphelioten* Chiffl.—

NOTÆ

[a] *Nec Homerus*] Odyss. E. 295. Σὺν δ' Εὖρός τε, Νότος τ' ἔπεσε, Ζέφυρός τε δυσαὴς, Καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης.

[b] *Hebeti*] Hoc est, crassiore Minerva, neque valde ingeniose. Nam ut in quovis horizonte quatuor occurrunt plagæ præcipuæ, ita quatuor saltem observare ventos, unicuique in promtu est.

[c] *Octo addidit*] Ut essent omnino duodecim. Ita Varro apud Senecam Natur. Quæst. v. 16. p. 898. apud Agathemerum Geogr. l. 2.

[e] *Proximis*] 'Qui diligentius perquisiverunt,' inquit Vitruvius l. 6. p. 13. 'tradiderunt ventos esse octo: maxime quidem Andronicus Cyrrhestes, qui etiam exemplum collocavit Athenis, turrim marmoream octogonon, et in singulis lateribus octogoni singulorum ventorum imagines exsculptas, contra suos cujusque flatus, designavit, supraque eam turrim metam marmoream perfecit, et insuper Tritonem æreum collocavit, dextra manu virgam porrigentem, et ita est machinatus, uti vento circumageretur, et semper contra flatum consisteret, supraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret.'

[f] *Ad brevem*] Ad Homericam divisionem quadripertitam additis qua-

additis quatuor. Sunt ergo bini in quatuor cœli partibus: ab oriente æquinoctiali Subsolanus,[g] ab oriente brumali Vulturnus:[h] illum Apelioten,[3 i] hunc Eurum Græci appellant. A meridie Auster,[j] et ab occasu brumali Africus:[4 k] Noton, et Liba nominant.[a] Ab occasu æquinoctiali[5 l] Favonius, ab occasu solstitiali[6] Corus: Zephyrum, et Argesten vocant.[b] A septemtrionibus,[m] Septemtrio: interque eum[n] et exortum solstitialem,[7] Aquilo: Aparctias, et Boreas, dicti.[8] Numerosior ratio[o] quatuor his interjecerat, Thrascian, media regione inter septemtrio-

[a] *Noton Austrum, Africum Liba vocant.*
[b] *Zephyrum illum, hunc Argesten Græci appellant.*

4 Vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *ab occasu solstitiali Africus.*—5 Vet. lect. ap. eosdem, *Ab occasu brumali.*—6 Longolius, *ab ortu solstitiali.*—7 P. Sanadon, Journal de Trevoux, Jun. 1715. 1081. mallet, *et exortum æquinoctialem.*—8 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller.

NOTÆ

tuor ex altera divisione numerosiore, quæ ventos duodecim fecit.

[g] *Subsolanus*] Ita Seneca loc. cit. p. 879. Nautis hodie vocatur, *l'Est*, et *Vent d'amont*.

[h] *Vulturnus*] Vulturnus Romanis appellatus Eurus, vel a vulture Apuliæ monte, ut quidam volunt: vel quia ex Vulturno oppido veniens eos afflabat: id enim Capuæ nomen alterum fuisse, ut Romæ Valentiam, auctor est Livius, lib. IV. Alteri etiam oppido in ora, Plinius, III. 9. Utrumque ab hyberno oriente Romæ, unde Eurus spirat. 'Sed et Eurus jam civitate donatus est,' inquit Seneca loc. cit. 'et nostro sermoni non tanquam alienus intervenit.' Nautis in Gallia *le Sud-est*, et *Vent-forain*.

[i] *Apelioten*] Vide Notas et Emend. num. 32.

[j] *Auster*] *Le Sud*, et *Vent-forain*.

[k] *Ab occasu brumali Africus*] Nautis *Sud-Ouest*, et *Vent d'aval*. Vide Notas et Emend. num. 33.

[l] *Ab occasu æquinoctiali*] Vide Notas et Emend. num. 34. Favonium nautæ vocant *l'Ouest*, et *le Vent d'aval*. Corum, *le Vent Nord-Ouest*, et *Vent Marouest*, et *le Maëstral*.

[m] *A septemtrionibus*] Agathemerus Geogr. 1. 2. Ἀπὸ δὲ Ἄρκτου, ἀπαρκτίας. Ita etiam Arist. Meteor. II. 6. p. 563. Nautis, *le Nord*, et aliquando etiam *le Vent Marouest*, et *la Bise*.

[n] *Interque eum*] Inter Septemtrionem sive Aparctiam, et exortum solstitialem, unde flare Cæcian mox dicemus, Aquilo interjacet, quem Borean nominant. Ita Agathemerus loco cit. μέσον Ἀπαρκτίου καὶ Καικίου Βορέαν. Hunc vulgus nautarum *Nord-Nord-Est*, appellitat.

[o] *Numerosior ratio*] Qui plurimos, hoc est, duodecim numeravere ventos, ut Varro et Timosthenes antea laudati, singulos ita situ discrevere, ut ternos singulis mundi quatuor partibus assignarent: facto a septemtrione initio, cursuque inde per Solis exortum, Austrumque, in septemtrionem iterum flexo:

nem, et occasum solstitialem : [9 P] itemque Cæciam,[q] media

Bipont. et Franz. *Aparctias dicti et Boreas* edd. vett. ante Harduin.—9 Vet.

NOTÆ

A Septemtrione.
Aparctias, sive Septemtrio.
Boreas, sive Aquilo, qui et a nonnullis Meses vocatur.
Cæcias, ab ortu solstitiali.
Ab Oriente.
Apeliotes, sive Subsolanus, ab ortu æquinoctiali.
Eurus, sive Vulturnus, ab ortu brumali.
Euronotus, qui et Phœnix.
A Meridie.
Notus, sive Auster.
Libonotus.
Libs, sive Africus, ab occasu brumali.
Ab Occidente.
Zephyrus, sive Favonius, ab occasu æquinoctiali.
Argestes, sive Corus, ab occasu solstitiali.
Thrascias, sive Meses.
Hunc ventorum situm plane approbat Dionysius in Geopon. l. 11. pag. 18.

VENTORUM SITUS ET NOMINA EX PLINIO.



inter Aquilonem et exortum æquinoctialem, ab ortu solstitiali :[10] [r] Phœnicem,[s] media regione inter ortum brumalem et meridiem. Item inter Liba et Noton, compositum ex utroque medium, inter meridiem et hybernum[11] occidentem,[t] Libonoton. Nec finis. Alii quippe[u] Mesen nomine etiamnum addidere inter Borean et Cæcian: et inter Eurum[v] et Noton, Euronotum. Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum, ut Atheniensibus Sciron,[w] paulum[12] ab Argeste deflexus,[c] reliquæ Græciæ ignotus. Aliubi elatior,[d][13] idem Olympias[x] vocatur. Consuetudo omnibus

[c] *Versus Septemtrionem.* [d] *Septemtrioni vicinior.*

lect. ap. Dalec. et Gronov. *et occasum brumalem.*—10 Hæc verba, *ab ortu solstitiali*, quasi glossulam deleret Pintian. Desunt etiam in codice ap. Laet. Edd. vett. habent: *æquinoctialem. Ab ortu solstitiali Phœnician, &c.* Vide Not. Var.—11 Var. lect. ap. Dalec. et Gronov. *æstivum.* Mox *Libanoton* edd. vett. ante Pintian.—12 Cod. Dalec. *paulo.*—13 Idem codex, *alibi ubi elatior.*

NOTÆ

[p] *Et occasum solstitialem*] Vide Notas et Emend. num. 35. Thrascian Galli vocamus, *Nord-Nord-Ouest.*

[q] *Itemque Cæciam*] Gallis *Nord-Est.* In mediterraneo mari, *Vento Greco.*

[r] *Ab ortu solstitiali*] Vide Notas et Emend. num. 36.

[s] *Phœnicem*] Vide Notas et Emend. num. 37. Gallice, *Sud-Sud-Est.*

[t] *Hybernum occidentem*] Vide Notas et Emend. num. 38. 'Libonotus,' inquit Seneca Natur. Quæst. v. 16. p. 899. 'apud nos sine nomine est.' Gallis, *Sud-Sud-Ouest.*

[u] *Alii quippe*] Sensus, est quosdam esse qui inter Aparctian, (quem illi etiam Boream vocant,) et Cæcian, Mesen addiderunt, quem nos Boream diximus appellari. Ita Galenus iisdem plane verbis, tomo VIII. Comment. in lib. Hippocr. de humoribus, p. 569. Sic proxime Cæcian collocat Mesen Tzetzes Chiliad. VIII. Hist. 224. vs. 787. Aristoteli certe is quem Plinius Borean vocat, Meses est: Ὃν καλοῦσι Μέσην, inquit Meteor. II. 6. p. 564. οὗτος γὰρ μέσος Καικίου, καὶ Ἀπαρκτίου. Et Thrasciam ibi a Mese secernit. Hic omnia turbare Plinium immerito Salmasius queritur, pag. 1452.

[v] *Et inter Eurum*] Iidem, inquit, inter Eurum et Notum Euronotum locant: sed is a Phœnice nomine tantum et appellatione differt.

[w] *Sciron*] Zephyri, quoniam in Attica spirare a Scironiis saxis videbantur, Σκείρωνες vocabantur: maxime vero ea appellatione Corus sive Ἀργέστης signabatur, inquit Strabo lib. I. pag. 28. Scironia saxa quæ vocentur, dicemus IV. 11. Seneca Natur. Quæst. v. 17. p. 899. 'Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron,' &c.

[x] *Idem Olympias*] Arist. loc. cit.

his nominibus Argesten intelligit: et Cæcian[14] aliqui vocant Hellespontiam,[y] et eosdem alibi aliter. Item in Narbonensi provincia clarissimus ventorum est Circius:[z] nec ullo violentia[15] inferior, Ostiam plerumque recta[16] Ligustico mari perferens: idem non modo in reliquis partibus cœli ignotus est,[17] sed ne Viennam[a] quidem, ejusdem provinciæ urbem, attingens, paucis ante limitibus,[18] jugi modici occursu, tantus ille ventorum coërcetur.'[19] Et Austros[b] in Ægyptum penetrare negat Fabianus. Quo fit manifesta lex naturæ, ventis etiam et tempore et fine dicto.

XLVII. Ver ergo aperit[c] navigantibus maria: cujus in principio Favonii hybernum molliunt cœlum, Sole Aqua-

' *Exiguis ante urbem eam finibus clauditur, et montis modici objectu ille ventorum vehementissimus coërcetur.*

—14 Cod. Dalec. *intelligi. Et Cæcian.* Mox, *Hellespontium* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. et Gronov. *hellespontian* vet. exempl. Erasmi, quod recepit Laet, in ed. Elz. Paulo post, *alii aliter* Chiffl.—15 Veteres secundum Analogiam flectebant, *unus, solus, ullus, nullus,* &c Vid. Voss. de Anal. l. 2. et Schmidt. Gram. Lat. pp. 104. 109. Chiffl. habet, *ullo in violentia;* edd. vett. ante Harduin. *ulli violentia;* et sic etiam Bipont. et Franz.—16 Cod. Dalec. et vet. ejusdem, *recto.*—17 Codd. Dalec. et Chiffl. ita exhibent; sed edd. ante Brotier, *τὸ est* non agnoscunt.—18 Vet. Dalec. aliique ap. Laet, *paucis ante millibus.*—19 Vet. Dalec. ut et Chiffl. *ille ventus coërcetur;* Gronov. et al. vett. *ille ventorum coërcitus.*

NOTÆ

[a] Ὃν καλοῦσιν οἱ μὲν Ἀργέστην, οἱ δὲ Ὀλυμπίαν, οἱ δὲ Σκείρωνα, ἀπὸ δυσμῆς θερινῆς πνεῖ.

[y] *Hellespontiam*] Non, ut prius, *Hellespontium.* Arist. loc. cit. pag. 565. Καικίας, ὃν Ἑλλησποντίαν ἔνιοι καλοῦσιν.

[z] *Circius*] Gallis dicitur, *Nord-Ouest-Nord.* De eo multa Strabo lib. IV. p. 182. Phavorinus apud Gellium II. 22. p. 168. sed ante alios Seneca, Natur. Quæst. v. 18. p. 899. Plinius rursum XVII. 2.

[a] *Ne Viennam*] Hoc ipsum a se animadversum indigenæ retulerunt. Vide Nic. Chorier, Hist. Delphinatus, lib. I. p. 45. Plinium Salmasius ridet, in Solin. p. 1257. qui Circium peculiarem Galliæ ventum appellet. Actum agam, si in eo refellendo immorer. Id egit abunde Vossius in Melam, p. 172.

[b] *Et Austros*] Habet hoc ipsum Theophr. de Ventis, p. 57. et ante eum Arist. Problem. XXVI. 47. p. 803.

[c] *Ver ergo aperit*] Clausum scilicet tempestatibus mare. Horat. I. Od. 4. 'Solvitur acris hyems grata vice veris et Favoni, Trahuntque siccas machinæ carinas.'

rii XXV. obtinente partem. Is dies sextus[b] est ante Februarias Idus. Competit ferme[c] et hoc omnibus, quos deinde ponam, per singulas intercalationes[d] uno die anticipantibus: rursumque lustro sequenti ordinem servantibus. Favonium quidam a. d. VIII. Kalendas[e] Martii[1] Chelidonian[f] vocant, ab hirundinis visu:[2] nonnulli vero Ornithian,[g] uno et LXX.[3][h] in die post brumam ab adventu avium, flantem per dies novem. Favonio contrarius est, quem Subsolanum appellavimus. Datus est autem huic[i] exortus[4] Vergiliarum in totidem partibus[j] Tauri, sex diebus ante Maias Idus, quod tempus[k] austrinum est, huic vento Septemtrione contrario. Ardentissimo autem æstatis tempore exoritur Caniculæ sidus,[l] Sole primam partem

---

CAP. XLVII. 1 Chiffl. *ad VIII. Cal. Martii*; Gronov. *ad VII. Calendas Martii*, et sic etiam aliæ vett.—2 Ita codd. Dalec. aliique, cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *viso* Junt. Ald. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Gronov. et Elz.—3 'Ita libri omnes scripti et editi ante Harduinum, qui emendavit, *uno et LX. die*. Nempe vir eruditus non attendit annumerandos esse dies novem quibus Favonius ab adventu hirundinum flat.' *Brotier*.—4 *Est autem exortus* cod. Dalec.—5 Ita cod. Dalec.

NOTÆ

[b] *Is dies sextus*] Columella XI. 2. p. 371. 'Septimo Idus Febr. Favonii spirare incipiunt.'

[c] *Competit ferme*] Ut circa sextum Idus sui quique mensis venti oriantur.

[d] *Per singulas interc.*] Quarto quoque anno, quando intercalatur, venti qui ad VI. Idus alindve tempus stati sunt, die uno anticipant, ut ad VII. Idus flare intelligantur.

[e] *A. d. VIII. Kalendas*] Hoc est, ante diem octavum Kalendas. Vide Notas et Emend. num. 39.

[f] *Chelidonian*] Ab hirundine, quæ Græcis χελιδών. Ea enim pulcherrimi temporis ostendit adventum, inquit Ælian. Hist. Animal. I. 52. τῆς ὥρας τῆς ἀρίστης ὑποσημαίνει τὴν ἐπιδημίαν. Et Zephyri prima nuntia, sive Favonii, ut canit Oppianus Halient. III. 244. εἰαρινὴ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις. Hinc Horatius I. Epist. 7. 13. ad Mæcenatem: 'Cum Zephyris, si concedes, et hirundine prima.'

[g] *Ornithian*] Quasi Avicularem dixeris; nam Græcis ἀετὸς ὄρνις est. Alii porro sunt Columellæ loc. cit. p. 372. Ornithiæ venti. De iis rursum dicemus sectione sequente.

[h] *Uno et LXX.*] Vide Notas et Emend. num. 40.

[i] *Datus est autem huic*] Subsolano.

[j] *In totidem partibus*] Tauri parte quinta et vicesima: non, uti vir alias sane perquam eruditus censuit, in sexta.

[k] *Quod tempus*] Quo tempore Auster flat, et dies sunt humidi. Ita Columella libro et cap. cit.

[l] *Caniculæ sidus*] Hoc nomine Plinius ubique Sirium designat, hoc est, Canis majoris particulam fulgentissi-

Leonis ingrediente: qui dies XV. ante Augustas Kalendas est. Hujus exortum diebus octo ferme Aquilones antecedunt, quos Prodromos[m] appellant. Post biduum[n] autem exortus, iidem Aquilones constantius perflant his diebus,[5 o] quos Etesias[p] appellant. Mollire eos[6 q] creditur Solis vapor[r] geminatus ardore sideris: nec ulli ventorum magis stati sunt. Post eos rursus Austri frequentes, usque ad sidus Arcturi, quod exoritur undecim diebus[s] ante æquinoctium[t] Autumni. Cum hoc Corus[u] incipit. Corus autumnat: huic est contrarius Vulturnus. Post id æquinoctium diebus fere quatuor et quadraginta, Vergiliarum occasus[v] hyemem inchoat: quod tempus[7] in III. Idus Novembris[w] incidere consuevit: hoc est Aquilonis[8 x] hyber-

quod recepit Harduin. eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *perflant diebus quadraginta* edd. vett. ante Harduinum; *perflant diebus triginta* Salmant. Mox, *quos Etesias vocant* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Elz. et Gronov. *quos E. appellant* Chiffl. quod recepere Harduin. Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita codd. Dalec. Chiffl. aliusque vet. Dalec. item edd. Harduiu. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Molliri eis* edd. vett. ante Harduinum.—7 Vet. ap. Dalec. *quod in tempus*.—8 'Sic libri omnes, recte. Hoc tempus est, inquit, Aquilonis hyberni, qui est dissimilis æstivo.' *Harduin.* Ita etiam Bipont. et edd. vett. *hic est Aquilonis* Harduin. in

NOTÆ

mam. Vide XVIII. 68.

[m] *Quos Prodromos*] Quasi Præcursores, quos cum octo ferme diebus caniculæ ortum antecedere Plinius ait, seu diem XV. Kalend. Aug. atque adeo circa quintum Idus Julii oriri, haud abludit a Columella, qui XI. 2. p. 379. 'Sexto Idus Julii,' inquit, 'Prodromi flare incipiunt.' De his Prodromis Aquilonibus egit Arist. Meteor. II. 5. p. 561.

[n] *Post biduum*] A. d. XIII. Kalend. Augusti, ut dicetur XVIII. 68.

[o] *Perflant his diebus*] Canicularibus. Vide Notas et Emend. num. 41.

[p] *Etesias*] Hoc est anniversarios. Ἐτησίαι, ab ἔτος, *annus*.

[q] *Mollire eos*] Vide Notas et Emend. num. 42.

[r] *Solis vapor*] Calor, ut diximus cap. 40. Sideris vero nomine Caniculam, sive Sirium intelligit.

[s] *Undecim diebus*] Circiter diem qui est pridie Idus Septembris, quo die Arcturus medius oritur vehementissimo significatu terra marique, ut ait ipse XVIII. 74.

[t] *Ante æquinoct.*] Quod incidit in VIII. Kalend. Septemb. Vide XVIII. 74.

[u] *Cum hoc Corus*] Columella haud multum discedit a Plinio, XI. 2.

[v] *Vergiliarum occasus*] Vide quæ Petavius erudite disserit in eum locum, adversus Salmasium, Variar. Dissert. in Uranol. VI. 8. p. 239.

[w] *In III. Idus Nov.*] Vide Notas et Emend. num. 43.

[x] *Hoc* [*hic*] *est Aquilonis*] Proprius est, inquit, hic ventus Aquilonis hy-

ni, multumque æstivo illi [y] dissimilis, cujus ex adverso est Africus. Ante brumam autem septem diebus totidemque postea, sternitur mare halcyonum fœturæ, unde nomen hi dies [z] traxere: reliquum tempus hyemat. Nec tamen [k] sævitia tempestatum cludit [9] mare. Piratæ primum coëgere mortis periculo in mortem ruere, et hyberna experiri maria: nunc idem hoc avaritia cogit.

XLVIII. Ventorum frigidissimi [1 a] sunt, quos a Septemtrione diximus spirare, et vicinus his Corus. Hi et reliquos [2] compescunt, et nubes abigunt. Humidi, Africus, et præcipue Auster Italiæ.[3] Narrant et in Ponto Cæcian in se [b] trahere nubes. Sicci Corus, et Vulturnus, præterquam desinentes.[c] Nivales,[d] Aquilo et Septemtrio. Grandines [e] Septemtrio importat, et Corus: æstuosus Auster:

---

textu edd. 1. 2. 3. et Franz. *hic est Aquilo hibernus* cod. Dalec.—9 Ita ex codd. recepit Harduin. ita quoque Pintian. Miller. Bipont. et Franz. *concludit* edd. vett.

CAP. XLVIII. 1 Chiffl. *Venti etiam frigidissimi*.—2 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *Ii et reliquos* edd. vett.—3 *Humidi*

NOTÆ

berni, Corus scilicet.

[y] *Æstivo illi*] Cæciæ, qui ab exortu solstitiali spirat: cujus ex adverso est Africus, ab occasu brumali.

[z] *Nomen hi dies*] Halcyonides. Hæc multo uberius narrantur X. 47.

[k] *Nec tamen*] Habet in hanc sententiam plane aurea Seneca Natur. Quæst. V. 18. p. 899.

[a] *Ventorum frigid.*] Hæc ex Arist. Meteorol. II. 6. p. 565.

[b] *Cæcian in se*] Arist. sect. 26. Problem. 32. p. 800. *Διὰ τί ὁ Καικίας μόνος τῶν ἀνέμων ἐφ' ἑαυτὸν ἄγει τὰ νέφη; ὥσπερ καὶ ἡ παροιμία λέγει· Ἕλκων ἐφ' αὑτὸν ὡς ὁ Καικίας νέφος. Οἱ γὰρ ἄλλοι, ὅθεν ἂν πνέωσιν, ἐνταῦθα ἀναστέλλουσι. Cur unus ventorum Cæcias nubes ad se vocat? quod etiam proverbio declaratur: 'Ut Cæcias nubes, opes ad se trahit.' Ceteri namque, unde spirant, inde expellunt.* Idem repetit Meteorol. II. 6. p. 565. et post eum Theophr. de Ventis, p. 65. In causa vero esse videtur, quod a terra spirat, atque adeo nubes non expellit, sed in cœlum elatas circumagit, atque orbiculari linea rursum ad eum locum, unde aspirat, adducit.

[c] *Præterquam desinentes*] Vide Notas et Emend. num. 44.

[d] *Nivales*] Sic Arist. Meteorol. II. 6. p. 565. *Νιφετώδης δὲ Μέσης καὶ Ἀπαρκτίας μάλιστα, οὗτοι γὰρ ψυχρότατοι.* Mesen appellat, ut ante monuimus, quem Plinius Borean, sive Aquilonem.

[e] *Grandines*] Arist. loc. cit. *Χαλαζώδης δ' ὁ Ἀπαρκτίας, καὶ Θρασκίας, καὶ Ἀργέστης.*

tepidi[f] Vulturnus, et Favonius. Iidem Subsolano siciores, et in totum omnes a septemtrione et occidente siciores, quam a meridie et oriente. Saluberrimus[g] autem omnium Aquilo: noxius Auster,[h] et magis siccus;[i] fortassis quia humidus, frigidior est.[4] Minus esurire[j] eo spirante creduntur animantes. Etesiæ noctu desinunt fere,[5][k] et a tertia[l] diei hora oriuntur. In Hispania[m] et Asia ab oriente flatus est eorum: in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus a meridie. Spirant autem et a bruma,[6] cum vo-

---

Auster et Africus, et præcipue Auster Italiæ vet. exempl. ap. Erasm.—4 'Vide num rectius legatur, *aquilo*, quia siccus et frigidior: noxius Auster, fortassis quia magis humidus.' *Chiffl.* Et sic Erasmus e vet. exempl. notavit in marg. Lugd. 1548. Vid. Not. Var.—5 Cod. Dalecʒ Salmant. et edd. antiq. *desinunt flare*.—6 Vet. ap. Dalec. *In Hispaniam et Asiam ab O. f. e. eorum: in P. a. A. in meridiem. Reliquis autem partibus spirant et a bruma, &c.* Mox *qui*

NOTÆ

[f] *Tepidi*] Vulturnum et Favonium eadem cum Austro conditione facit Aristoteles loc. cit. hoc est, æstuosum. Καυματώδης δὲ Νότος, Ζέφυρος, καὶ Εὖρος.

[g] *Saluberrimus*] Ita Hippocrates de Morbo Sacro, cap. 7. p. 483. tom. x. Confer ista autem cum iis quæ Celsus habet II. 1. fol. 5.

[h] *Noxius Auster*] Hippocr. de Humoribus, text. XIII. p. 567. tom. VIII. Νότοι βαρήκοοι, ἀχλυώδεες, καρηβαρικοὶ, νεθροὶ, διαλυτικοὶ, κ. τ. λ. *Austri auditum gravant, oculis caliginem, capiti gravitatem, torporem membris inducunt, dissolvunt, &c.* Eadem repetit tom. IX. lib. III. Aphorism. 5. pag. 95. Et liber primus Epidem. totus in eo ferme argumento habitat: uti et Galenus in Comm. ad eum librum, et ad lib. II. p. 72.

[i] *Et magis siccus*] Magis etiam nocet Auster, quando est siccus. Vide Notas et Emend. num. 45.

[j] *Minus esurire*] Arist. Problem. XXVI. 46. p. 803. Διὰ τί ἐν τοῖς βορείοις βρωτικώτεροι ἢ ἐν τοῖς νοτίοις; ἢ διότι ψυχρότερα τὰ βόρεια; *Cur spirante Aquilone cibi avidiores sumus, quam Austro? An quod Aquilo frigidior est?*

[k] *Desinunt fere*] Vide Notas et Emend. num. 46.

[l] *Et a tertia*] Hoc est, medio tempore inter Solis ortum, et medium diem. In eam rem lepide Seneca Natur. Quæst. v. 11. p. 897. 'Etesiæ,' inquit, 'ob hoc somniculosi a nautis, et delicati vocantur: quod, ut ait Gallio, mane nesciunt surgere: eo tempore incipiunt prodire, quo ne pertinax quidem aura est,' &c.

[m] *In Hispania*] Etesiæ et prodromi appellantur, ut recte Gellius admonet, II. 22. p. 165. qui stato tempore anni, cum Canis oritur, ex alia atque alia cœli parte spirant. In Hispania ab oriente flare, et eosdem esse cum Euro, scribit pariter Posidonius apud Strabon. lib. III. p. 144. In Ponto, ab Aquilone, Polybius lib. IV. p. 434. In his regionibus nulli pæne sunt constantes, aut anniversarii venti.

cantur Ornithiæ, sed leniores et paucis diebus.[n] Permutant et duo naturam cum situ. Auster Africæ[o] serenus, Aquilo nubilus. Omnes venti vicibus suis spirant majore ex parte, aut[7] ut[p] contrarius desinenti incipiat. Cum proximi cadentibus surgunt,[8] a lævo latere[q] in dextrum, ut Sol, ambiunt. De ratione eorum menstrua quarta maxime[r] Luna decernit. Iisdem autem ventis in contrarium navigatur prolatis pedibus,[s] ut noctu plerumque adversa vela concurrant. Austro majores fluctus eduntur quam Aquilone: quoniam ille infernus[t] ex imo maris[9] spirat, hic

---

vocantur cod. Dalec. et vet. exempl. Erasmi.—7 Dalec. deleri jubet τὸ *aut*.—8 Longolius: *incipiat: aut quam proxime cadentibus surgat;* et sic etiam cod. Dalec.—9 Chiffl. *inferius ex imo mari*.—10 Vet. ap. Dalec. *impares numeri*.—

NOTÆ

[n] *Et paucis diebus*] Novem, ut dictum est superiore cap. Ita Democritus apud Geminum, in Elem. Astron. cap. 16. p. 68. *Δημοκρίτῳ ἄνεμοι πνέουσι ψυχροὶ, οἱ Ὀρνιθίαι καλούμενοι, ἡμέρας μάλιστα θ'.*

[o] *Auster Africæ*] Arist. Meteorol. II. 3. p. 556. Ὁ δὲ Βορέας.... *τῷ ἀντιθεῖν, αὔριος ἐνταῦθα· ἐν δὲ τοῖς ἐναντίοις, ὑδατώδης· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Νότος αὔριος τοῖς περὶ τὴν Λιβύην, κ. τ. λ. Aquilo.... quod nubes propellat, serenus est: in locis oppositis pluvius. Pari modo et Auster Afris sudus est*, &c. Habet aliquid simile Macrobius in Somn. Scip. II. 5. p. 137.

[p] *Aut ut*] Ita omnes Mss. Explicat quid sit, vicibus suis spirare ventos: nempe desinenti contrarium, sive qui ex adverso est, incipere.

[q] *A lævo latere*] Ab ortu in occasum, ac deinde rursus in ortum.

[r] *Quarta maxime*] Qui quarto novilunii die spirant, ii ut plurimum toto mense dominantur. Virgil. Georg. I. 433. 'Sin ortu in quarto, namque is certissimus auctor, Pura, nec obtusis per cœlum cornibus ibit; Totus et ille dies, et qui nascentur ab illo, Exactum ad mensem, pluvia ventisque carebunt, Votaque servati solvent in littore nautæ,' &c.

[s] *Prolatis pedibus*] Servius in illum Virgilii versum Æn. v. 830. 'Una omnes fecere pedem,' Pedem vel podiam appellari ait funem illum quo pro voluntate velum adducitur ac remittitur. Ex utroque veli angulo pendulus hic funis fuit: usus, in captando vento: nam prout alter aut laxabatur, aut stringebatur, obliquabatur antenna, et ipsum velum: atque adeo majori vel minori sinu vela ventos excipiebant. Prolatis igitur pedibus idem est ac leniter, et quantum opus est, remisso laxatoque fune, qui ex infimo veli angulo pendet, obliquare velum. *Aller a la bouline*.

[t] *Ille infernus*] Hæc quidem Plinius ex ea opinione, quæ veterum animis plerumque insedit, borealem plagam excelsiorem esse et elatiorem: humiliorem multo, depressioremque Australem. Hoc etiamnum vulgus sequitur in ventorum nomenclatione, quos *Vent d'Aval* et *vent d'Amont* vocant, quasi ex humiliore illum, istum e superiore mundi plaga exortum.

summo. Ideoque post Austros [u] noxii præcipue terræ motus. Noctu Auster, interdiu Aquilo vehementior. Et ab ortu flantes diuturniores sunt ab occasu flantibus. Septemtriones impari fere [v] desinunt numero: quæ observatio et in aliis multis rerum naturæ partibus valet. Mares itaque existimantur impari numero.[10] [w] Sol et auget,[x] et comprimit flatus. Auget exoriens occidensque, comprimit meridianus æstivis [11] temporibus. Itaque medio diei aut noctis plerumque sopiuntur: qui aut nimio frigore, aut æstu solvuntur. Et imbribus [y] venti sopiuntur.[12] Expectantur autem maxime, unde nubes discussæ adaperuere cœlum. Omnium quidem (si libeat observare minimos ambitus) redire easdem vices quadriennio exacto Eudoxus putat: non ventorum modo, verum et reliquarum tempestatum magna ex parte. Et est principium [z] lustri ejus, semper intercalari anno,[13] Caniculæ ortu. De generalibus ventis hæc.

XLIX. (XLVIII.) Nunc de repentinis flatibus, qui exhalante terra (ut dictum est) [a] coorti, rursusque dejecti, interim [1] obducta nubium cute,[a] multiformes existunt. Vagi

[a] *Interim dum nubium veluti corio obvolvuntur, ne exeant.*

11 Codd. Dalec. *meridianis et æstivis.*—12 Desunt hæc verba, *venti sopiuntur*, in codd. Dalec. et Chiffl. probante Dalecampio.—13 Salmasius legit *semper in canario anno.* Vid. Not. Var.

CAP. XLIX. 1 Vulgata lectio ante Gelenium, *rursusque dejecti in terram;*

NOTÆ

[u] *Ideoque post Austros*] Vide Senecam, Natur. Quæst. VI. 7. p. 906.

[v] *Impari fere*] Postquam impari dierum numero spiravere.

[w] *Impari numero*] Quoniam, ut Macrobius ait in Somn. Scip. I. 6. p. 25. 'Impar numerus mas, et par fœmina vocatur: item Arithmetici imparem patris, et parem matris appellatione venerantur.'

[x] *Sol et auget*] Quæ mox sequuntur usque ad ea verba: 'Et imbribus,' &c. habent totidem verbis Arist. Meteorol. II. 5. p. 561. et Problem. XXV. 4. p. 793. Theophr. de Ventis, pag. 59. et 60. et Seneca Natur. Quæst. V. 8. p. 896.

[y] *Et imbribus*] Aristot. Problem. XXVI. 6. p. 797. *Διὰ τί οἱ ἐκνεφίαι ὕδατος γενομένου θᾶττον παύονται; Cur procellæ vehementiores imbre supervenient ocyus cessant?*

[z] *Et est principium*] Eudoxi quadriennium, vel, si lubet ita appellare, lustrum, in quo annus unus intercalaris est, principium ducit ab exortu

quippe[b] et ruentes[2] torrentium modo (ut aliquibus placere ostendimus[c]) tonitrua et fulgura edunt. Majore vero illati pondere incursuque, si late siccam rupere[3] nubem, procellam gignunt, quæ vocatur a Græcis Ecnephias:[d] sin vero[e] depresso sinu[4] arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est, sine fulmine, vorticem faciunt, qui Typhon vocatur, id est, vibratus Ecnephias. Defert hic secum ali-

et sic vet. exempl. Erasmi.—2 *Vagi et ruentes*, omisso *quippe*, cod. Dalec. Mox, *ut aliqueis placere* in Chiffl.—3 Ita Chiffl. aliique codd. Harduini; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ruperint* edd. vett. ante Harduinum.—4 Vet. Dalec. *depressum sinum*.—5 Vet. lect. ap. Dalec. et

NOTÆ

Caniculæ. Vide Notas et Emend. num. 47.

[a] *Ut dictum est*] Cap. 42.

[b] *Vagi quippe*] Interpretationem hujus loci dabit ipse Cicero: 'Cum illi anhelitus,' inquit de Divinat. lib. II. p. 228. 'se in nubem induerint, ejusque tennissimam quamque partem cœperint dividere, atque disrumpere, idque crebrius facere, et vehementius, tum fulgura, et tonitrua existere: si autem nubium conflictu ardor expressus se emiserit, id esse fulmen.'

[c] *Ostendimus*] Cap. 43. iis verbis: 'Et si in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: si erumpat ardens, fulmina,' &c.

[d] *Ecnephias*] Accommodato scilicet nomine: ἐκ νέφους, ex nube erumpente spiritu. Hæc Plinius ex Aristot. Meteorol. III. 1. pag. 573. Frequentes Ecnephiæ dicuntur esse prope Æquatorem, iis præsertim mensibus, quibus constantes venti sunt rariores. In quibusdam certis Africæ locis sunt anniversarii. Has procellas nautæ *Tornados*, et *Travados* vocant: intra unius horæ spatium in omnes pæne plagas diriguntur, tonitruis fere comitantibus, et magna imbrium copia.

[e] *Sin vero*] Res sic est concipienda: ut sit nubes aliqua vento extrinsecus compressa, quæ in sui medio contineat plurima venti semina: qui dum quærit exitum, varie intra nubis sinum impingitur, deflectitur, contorquetur, circumrotatur, ac impetu semper crescente prorumpit in eam nubis partem quæ infirmior est. Quia tamen nubes haud facile exeutitur, fit ut quandam ejus portionem secum abripiat, et convehat: eaque de causa cernatur quædam nubis quasi columna deorsum vergens ac procidens, quæ in mare impacta, ipsum vi summa commoveat, et quasi fervere compellat: quo nomine fere 'Procella' intelligitur. Dicitur etiam δῖνος, *Vortex*, cum manifestiores creat in aqua vortices: ac speciatim 'Typhon,' cum rapidos creat ac vehementes, navigiumque, in quod inciderit, 'Torquet agens circum, et rapidus vorat æquore vortex.' Ita fere Cabeus in Meteorol. lib. III. p. 8. et Gassendus in lib. x. Laërtii, p. 1039. post Arist. loc. cit. a quo hæc Plinius est mutuatus. Typhon is est quem vulgo *Ouragam* vocant, Americanas insulas sæpe infestans: de quo vide Ricciolum, tomo I. p. 728.

quid abruptum[5] e nube gelida, convolvens, versansque, et ruinam suam illo pondere aggravans, et locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua navigantium pestis, non antennas modo, verum ipsa navigia contorta frangens; tenui remedio[f] aceti in advenientem effusi, cui frigidissima est natura. Idem, illisu[g] ipse[6] repercussus, correpta secum in cœlum refert, sorbetque in excelsum.

L. Quod si majore depressæ nubis eruperit specu,[a] sed minus lato[1] quam procella, nec sine fragore, Turbinem[2 h] vocant, proxima quæque prosternentem. Idem ardentior, accensusque dum furit,[3] Prester vocatur, amburens contacta pariter, et proterens.

(XLIX.) Non fit autem[b] aquilonius Typhon, nec nivalis

[a] *Quod si majore dejectæ in terram nubis ruina eruperit, &c.*

Gronov. *aliquid abreptum*.—6 Vet. Dalec. *ipso*.

Cap. L. 1 Edd. quædam vett. *sed minus alto*: Gelen. correxit, *sed m. lato*. —2 Vide Not. Var.—3 Chiffl. *dum fuerit*.—4 Pintian. e vet. cod. et Aristot.

NOTÆ

[f] *Tenui remedio*] Et Plutarchus quidem Sympos. Quæst. III. 5. p. 652. naturam aceti esse ait frigidissimam, nihilque esse quod ignibus restinguendis sit aptius: Οὐδὲν δὲ τῶν σβεστηρίων ὄξους πυρὶ μαχιμώτερον· ἀλλὰ μάλιστα πάντων ἐπικρατεῖ καὶ συμπιέζει τὴν φλόγα δι' ὑπερβολὴν ψυχρότητος. Negat autem id fieri ob aceti frigiditatem, sed ob tenuitatem partium, quibus constat, Fr. Resta in Meteorol. p. 229.

[g] *Idem illisu*] Dum ventus terræ impingitur, cogitur sursum resultare, secumque effert ea in quæ incidit. Quare forma quædam typhonis ea est, quæ quandoque lapides ita attollit, ut compluere postea iis arbitrere: quæ arbores convellit, et eradicat, &c.

[h] *Turbinem*] Definitur a Seneca Natur. Quæst. v. 13. p. 897. 'Ventus circumactus,' inquit, 'et eundem ambiens locum, et se in ipsa vertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius volutatur, inflammatur, et efficit quem πρηστῆρα Græci vocant. Hic est igneus turbo. Hi fere omnia pericula venti erupti de nubibus produnt, quibus armamenta rapiuntur, et totæ naves in sublime tollantur.' Vide Lucret. VI. 299. 'Fit quoque ut interdum venti vis, missa sine igni, Ignescat tamen in spatio,' &c. Vide eundem, vs. 445. Eadem habet Arist. loc. cit. p. 574. Presteres Japonicam plagam infestant inprimis.

[b] *Non fit autem*] Arist. Meteorol. III. 1. p. 573. Βορείοις δ' οὐ γίγνεται τυφὼν, οὐδὲ νιφετῶν ὄντων ἐκτεφίας. Causas deinde subjicit, quas planius dilatat Cabeus in eum locum lib. III. p. 7.

aut nive jacente[c] Ecnephias.[4] Quod si simul rupit[5] nubem, exarsitque, et ignem habuit, non postea concepit,[6 d] fulmen est. Distat a Prestere, quo flamma ab igni. Hic late[e] funditur flatu, illud conglobatur impetu. Vortex autem remeando distat a turbine, quomodo stridor a fragore.[7] Procella latitudine ab utroque : disjecta nube verius, quam rupta. Fit et caligo belluæ similis, nube dira navigantibus. Vocatur et columna,[f] cum spissatus humor rigensque ipse se sustinet. Ex eodem genere, et in longum[g] veluti fistula nubes aquam trahit.[8]

LI. (L.) Hyeme et æstate rara fulmina, contrariis de causis : quoniam hyeme densatus aër nubium crassiore corio spissatur, omnisque terrarum exhalatio rigens, ac gelida, quicquid accipit ignei vaporis, extinguit. Quæ

Met. 1. legit *nec nivalis Ecnephias*, omissis *aut nive jacente*. Et sic etiam vet. exempl. Erasmi.—5 Var. lect. ap. Dalec. et Gronov. *rumpit*.—6 Codd. Dalec. et Chiffl. *ac non postea concipit ;* edd. quædam vett. ante Gelenium : *aut postea concepit*.—7 *Vortex autem hoc meando d. a turbine, quo, &c.* edd. antiquiss. *Vortex autem remeando distat a turbine, et quod stridor a frigore* exemplaria Gelenii ; *et quo stridor a fragore* Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *a turbine, quomodo, &c.* codd. Chiffl. et Harduini ; item edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—8 Chiffl. *et in longum veluti fistula aquam trahit ;* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *et in longam v. fistulam nubes aquam trahit*. Lectionem nostram ex codd. primus edidit Harduin. eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

[c] *Aut nive jacente*] In Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. *aut nivem jaciens :* quæ verba glossema sapiunt vocis *nivalis*. Eam forte ob causam expungenda illa, *aut nive jacente*, censuit Pintianus.

[d] *Non postea concepit*] Ut Prester, qui postquam erupit e nube, nec prius, extra nubem, dum furit, accenditur, uti dictum est paulo ante.

[e] *Hic late*] Prester nimirum. Hoc illud est quod Stoici probabant apud Plutarchum de Placitis Philos. II. 3. fulmen esse fulgorem quendam vehementiorem : Presterem vero languidiorem.

[f] *Et columna*] Lucret. VI. 425. ‘ Nam fit ut interdum tanquam demissa columna In mare de cœlo descendat, quam freta circum Perviscunt, graviter spirantibus incita flabris : Et quæcumque in eo tum sunt deprensa tumultu Navigia, in summum veniunt vexata periclum,’ &c.

[g] *Et in longum*] Σιφῶνα Græci vocant, *διὰ τὸ δικὴν σιφῶνος ἀναστρέφειν τὸ ὕδωρ θαλάσσης*, inquit Olympiodorus in Meteorologica Aristotelis. Venti sunt nimirum, in nube inclusi, qui aquam fistulæ instar resorbentes a mari, eam exonerant in naves, easque demergunt. In mediterraneo mari, quam in Oceano, hæ tubæ seu fistulæ crebriores.

ratio immunem Scythiam et circa rigentia a fulminum casu præstat: et e diverso nimius ardor Ægyptum. Siquidem calidi siccique halitus terræ, raro admodum, tenuesque densantur[1] in nubes. Vere autem[2] et autumno crebriora fulmina, corruptis in utroque tempore æstatis hyemisque causis. Qua ratione crebra in Italia:[2] quia mobilior aër mitiore hyeme, et æstate nimbosa, semper quodammodo vernat, vel autumnat. Italiæ quoque partibus iis, quæ a septemtrione discedunt ad teporem, qualis est Urbis et Campaniæ tractus, juxta hyeme et æstate fulgurat, quod non in alio situ.[3]

LII. (LI.) Fulminum[1] ipsorum plura genera traduntur. Quæ sicca veniunt, non adurunt, sed dissipant. Quæ humida,[a] non urunt, sed infuscant. Tertium est, quod clarum vocant, mirificæ maxime naturæ, quo dolia[b] exhauriuntur intactis operimentis, nulloque alio vestigio relicto. Aurum, et æs, et argentum liquatur intus, sacculis ipsis nullo modo ambustis, ac ne confuso quidem signo ceræ. Marcia princeps Romanarum[c] icta gravida, partu exanimato, ipsa citra

---

CAP. LI. 1 Ita codd. Dalec. aliique ap. Pintian. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *raras admodum, tenuesque et infirmas densantur* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Frankf. Leyd. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 Chiffl. *crebra sunt in Italia.*—3 Cod. Dalec. *quod non in alio situ evenit.*

CAP. LII. 1 Quædam vett. edd. *Fulgurum.*—2 Vetus codex ap. Dalec. *Ca-*

NOTÆ

[a] *Vere autem*] Lucretium sequitur, VI. 356. Apud nos autem æstate frequentius quam temporibus aliis fulminat.

[a] *Quæ humida*] Vide Notas et Emend. num. 48.

[b] *Quo dolia*] Lucretius VI. 227. 'Transit enim valide fulmen per septa domorum, Clamor uti, ac voces: transit per saxa, per æra, Et liquidum puncto facit æs in tempore: et aurum: Curat item, ut vasis integris vina repente Diffugiant: quia nimirum facile omnia circum Conlaxat, rareque facit lateramina vasi,' &c. Addere lubet et Senec. Natur. Quæst. II. 31. p. 854. 'Loculis integris ac illæsis conflatur argentum. Manente vagina gladius liquescit: et inviolato ligno circa pila ferrum omne distillat. Stat fracto dolio vinum, nec ultra triduum rigor ille durat,' &c.

[c] *Princeps Romanarum*] Sic conjugem appellatam credimus Principis Senatus ac civitatis, qualis Scaurus extitit.

ullum aliud incommodum vixit. In Catilinanis[2 d] prodigiis Pompeiano ex municipio M. Herennius decurio sereno die[e] fulmine ictus est.

LIII. (LII.) Tuscorum[a] literæ novem Deos emittere fulmina existimant, eàque esse undecim generum: Jovem enim trina[b] jaculari. Romani duo tantum ex iis servavere:[1] diurna[c] attribuentes Jovi, nocturna Summano: rariora sane eadem de causa frigidioris cœli. Etruria erumpere terra[2] quoque arbitratur, quæ infera appellat,[3] brumali tempore facta, sæva maxime et execrabilia: cum sint omnia, quæ terrena existimant, non illa generalia, nec a sideribus venientia, sed ex proxima atque turbidiore natura. Argumentum evidens, quod[4] omnia a superiore cœlo decidentia obliquos habent ictus:[5] hæc autem quæ vocant[6] terrena, rectos. Sed quia ex propiore materia cadunt, ideo creduntur e terra exire, quoniam ex repulsu[7] nulla

---

tilinianis; alii vett. *Catilianis*. Vid. Not. Var.

CAP. LIII. 1 Ita codd. Dalec. et Chiffl. cum edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *servare* edd. vett. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. *erumpere e terra*.—3 In eodem codice, *appellantur*, et paulo post, *existimantur*.—4 *Argumentum evidens quod*, omisso *est*, codd. Chiffl. et Dalec.—5 Ita Chiffl. codd. Harduini, et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *habeant ictus* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Elz. et Gronov.—6 Sic etiam Chiffl. et edd. recentt. post Harduin. alii, *vocantur*.—7 Chiffl. *ex percussu*; et mox idem codex et cod. Dalec. cum edd. recentt.

NOTÆ

[d] *In Catilinanis*] Vide Notas et Emend. num. 49.

[e] *Sereno die*] Id eatenus solum credi vult Gassendus in lib. x. Laërtii, p. 1014. si, reliquo cœlo sereno, credatur simul fuisse nubes ad quandam finitoris seu horizontis partem, e qua fulminaverit, aut tonuerit: vel, toto cœlo alioqui puro, factam e terra eruptionem esse cum igne, nec sine fragore.

[a] *Tuscorum*] His summam fuisse persequendorum fulminum scientiam, ait Seneca Natur. Quæst. II. 32. p. 854. Totam eorum doctrinam de fulminum scientia, et de divinatione per fulmina, prolixe describit idem, cap. 33. et sequentibus. Attigit etiam Cicero de Divin. lib. I. p. 194. Etruscorum libros Rituales; præter Tullium, laudat et Censorinus de Die Natali, cap. 11. p. 69.

[b] *Jovem enim trina*] Harum nos ineptiarum piget: quas si quis fusius tractatas requirit, in Senecam adeat loc. cit. cap. 41. p. 856.

[c] *Diurna*] Hæc totidem verbis de Jove et Summano Festus in fragm. p. 37. et S. August. de Civit. Dei, IV. 23. Summanus est Deus summus Manium, idem Orcus et Pluto dictus.

vestigia edunt, cum sit illa ratio non inferi ictus,[8 d] sed adversi. A Saturni ea sidere proficisci subtilius ista consectati putant: sicut cremantia, a Martis. Qualiter, cum Volsinii[e] oppidum Tuscorum opulentissimum[9] totum concrematum est fulmine. Vocant et familiaria[f] in totam vitam fatidica, quæ prima fiunt familiam suam cuique indepto. Ceterum existimant non ultra decem[g] annos portendere privata, præterquam aut matrimonio[10] primo facta, aut natali die: publica non ultra tricesimum annum, præterquam in deductione[h] oppidorum.[a]

LIV. (LIII.) Extat Annalium memoria, sacris quibusdam, et precationibus, vel cogi fulmina, vel impetrari. Vetus fama Etruriæ est, impetratum,[a] Volsinios[b] urbem agris depopulatis[1] subeunte monstro, quod vocavere Voltam. Evocatum et a Porsena suo rege. Et ante eum a Numa[c] sæpius hoc factitatum, in primo Annalium suorum tradit L.

[a] *Cum in oppida coloniæ deducuntur.*

post Harduin. *edunt*; edd. vero vett. *edant*.—8 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *inferni ictus* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov.—9 Cod. Dalec. *opulentum*.—10 Cod. Dalec. *aut patrimonio*.

CAP. LIV. 1 Chiffl. et vet. Dalec. *Volsiniis et urbe et agris depopulatis*.—

NOTÆ

[d] *Non inferi ictus*] Ita Mss. omnes. Alias, *inferni*.

[e] *Cum Volsinii*] Tertull. ad Nation. I. 9. p. 46. 'Cum Vulsinios de cœlo perfudit ignis.'

[f] *Vocant et familiaria*] Perpetua appellantur a Seneca Natur. Quæst. II. 47. p. 857. 'Hæc sunt fulmina,' inquit, 'quæ prima accepto patrimonio, in novo hominis, aut urbis statu fiunt.'

[g] *Non ultra decem*] Hæc quoque Seneca loc. cap. 48.

[h] *In deductione*] Novum urbis statum Seneca appellavit, loc. cit. cap. 47.

[a] *Impetratum*] Sic Mss. omnes: non *impetritum*: etsi *impetritum* in formulis scio Augurum usurpari, pro *impetratum*. De hac voce dicemus XXVIII. 3.

[b] *Volsinios*] Hodie *Bolsena*, unde et lacui cognomen, *Lago di Bolsena*, in Ducatu Castrensi, in Etruria.

[c] *A Numa*] Recitat Arnobius statim initio libri V. p. 154. ex libro secundo Valerii Antiatis, quo pacto artem Jovis, hoc est, fulminis, eliciendi edoctus Numa fuerit. Videndus ea de re Plutarchus in Numa. Jovi Elicio aram in Aventino dicatam narrat Livius lib. I. p. 8. ad elicienda fulmina.

Piso gravis auctor: quod imitatum parum rite Tullum Hostilium ictum fulmine.[d] Lucosque et aras et sacra habemus: interque Statores,[a e] ac Tonantes, et Feretrios,[f] Elicium quoque[g] accepimus Jovem. Varia in hoc vitæ sententia, et pro cujusque animo. Imperari naturæ[h] audacis est credere; nec minus hebetis, beneficiis[3] abrogare vires:[a] quando in fulgurum quoque interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinat: et an peremtura[i] sint fatum,[b]

[a] *Precationum vi abrogare fulminibus vires, quæ summi beneficii loco haberi par est.*

[b] *Ut alia fulgura certo die ventura præcinat: simulque significet an mutatura sint fatum, &c.*

---

2 Vet. Dalec. *inter quæ statores;* alii, *inter quæstores.* Mox, codd. Dalec. et Chiffl. *ac Tonantes.*—3 *Imperari naturæ audaci, est credere, nec minus avitis beneficiis* Chiffl. *Imperare naturæ sacræ audacis* vet. Dalec. et vet. exempl.

NOTÆ

[d] *Ictum fulmine*] De hoc rursum XXVIII. 4. Vide quæ ibi dicturi sumus.

[e] *Interque Statores*] 'Inter Jovis, hoc est, Naturæ, fulmina edentis nomina, cujusmodi sunt Jovis Statoris, hoc est, Naturæ fulmen parturientis, supra caput astans et imminens, ac veluti minans; propterea que faciens homines attonitos: alterumque deinde Jovis Tonantis; tertiumque Feretrii, quo significatur Natura fulmen emittens, quod interimit, deducitque ad feretrum, vel sepulcrum: Elicium quoque, inquit, a majoribus accepimus Jovem appellatum; hoc est, Naturam fulmen emittentem sacris et precationibus elicitum. Hic manifestum est, a Plinio Jovis, hoc est, Naturæ, fulminantis tria nomina eo ordine appellari, quo illius effectus percipi solent. In nummis tamen Gordiani Pii Felicis et Gallieni, in quibus scribitur, JOVIS STATOR, cave aut 'Jovis' in recto casu ibi dici pro 'Jupiter,' aut 'Jovem Statorem' pingi: quamvis stans dextra hastam, fulmen sinistra tenet. Sententia est. 'Iove Imperii Servatore STAT ORIENS.' Eam ob rem in nummis Gordiani aliis, ORIENS Augusti legitur: in nummis Gallieni, RESTITUTOR ORIENTIS. Ubi Jupiter Stator intelligi debet, in nummis scribitur, IOVI STATORI.' *Ed. sec.*

[f] *Et Feretrios*] Dictum significat a feriendo Feretrium. Et ita sane Plutarchus in Romulo p. 27. Ἀνάθημα Φερετρίου Διὸς ἐπωνομάσθη· τὸ γὰρ πλῆξαι, φερῖρε Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Alias hujusce vocis originationes vide apud Lilium Gyrald. Histor. Deor. Syntagm. II. p. 79.

[g] *Elicium quoque*] Ab eliciendo, seu quod precationibus cœlo evocaretur, id nomen traxit. Ovid. Fast. III. 327. 'Eliciunt cœlo te, Jupiter: unde minores Nunc quoque te celebrant, Eliciumque vocant.'

[h] *Imperari naturæ*] Sacris et precationibus, quibus cogi creduntur fulmina, vel impetrari.

[i] *Peremtura*] Mutatura. Ita Seneca, cap. 35. quem consule.

aut apertura[j] potius alia fata quæ lateant, innumerabilibus in utroque publicis privatisque experimentis. Quamobrem sint ista, ut rerum naturæ libuit, aliis certa, aliis dubia,[4] aliis probata, aliis damnanda: nos cetera, quæ sunt in his memorabilia, non omittemus.

LV. (LIV.) Fulgetrum prius cerni, quam tonitrum audiri, cum simul fiant, certum est. Nec mirum: quoniam lux sonitu velocior. Ictum autem et sonitum congruere, ita modulante natura: sed sonitum profecti esse fulminis, non illati.[a] Etiamnum spiritum[b] ocyorem fulmine: ideo quati prius omne et afflari, quam percuti: nec quenquam tangi, qui prior viderit fulmen, aut tonitru audierit.[1] Læva prospera[c] existimantur: quoniam læva parte mundi ortus est.[2] Nec tam adventus spectatur, quam reditus: sive ab ictu resilit[3] ignis, sive opere confecto, aut igne consumto spiri-

Erasmi. Paulo post, Chiffl. *aut apertura prius alia.*—4 Codd. Dalec. et Chiffl. *alias certa, alias dubia.*

CAP. LV. 1 Vet. Dalec. *aut tonitrua audierit.*—2 Chiffl. *mundi ortus*, omisso τῷ *est.*—3 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sive ab ictu resiliat* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. Paulo post in iisdem edd. *spiritus remeet*; Chiffl. aliique codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3.

NOTÆ

j *Aut apertura*] Hoc illud est quod ait Seneca Nat. Quæst. II. 34. p. 854. 'Summam,' inquit, 'esse vim fulminum judicant: quia quicquid alia portendunt, interventus fulminis tollit. Quicquid ab hoc portenditur, fixum est,' &c.

a *Non illati*] Profecti sponte fulminis, non ab Diis iratis immissi. Totum hoc caput plenum est vanissimæ superstitionis, de fulgurum observatione, et divinatione per ea.

b *Etiamnum spiritum*] Aërem, ventum, afflatum. Seneca loc. cit. cap. 20. p. 852. 'Adjice nunc, quod necesse est, ut impetus fulminis et præmittat spiritus, et agat ante se, et a tergo trahat ventum, cum tam vasto ictu aëra inciderit. Itaque omnia, antequam feriantur, intremiscunt vibrata vento, quem ignis ante se pressit.'

c *Læva prospera*] Varronem exscripsisse hoc loco Plinius videtur. Is enim lib. v. Epistolicarum Quæst. apud Festum. 'A Deorum sede,' inquit, 'cum in meridiem spectes, ad sinistram sunt partes mundi exorientes: ad dextram, occidentes: factum arbitror, ut sinistra meliora auspicia, quam dextra esse existimentur.'

tus remeat. In sedecim[d] partes cœlum in eo aspectu[4] divisere Tusci. Prima est a septemtrionibus ad æquinoctialem exortum: secunda ad meridiem, tertia ad æquinoctialem occasum: quarta obtinet, quod reliquum est ab occasu ad septemtriones. Has iterum in quaternas divisere partes, ex quibus octo ab exortu sinistras, totidem e contrario appellavere dextras. Ex his maxime dira, quæ septemtrionem ab occasu attingunt.[5] Itaque plurimum refert,[6] unde venerint fulmina, et quo concesserint. Optimum est, in exortivas redire partes. Ideo cum a prima cœli parte venerint, et in eandem concesserint, summa felicitas portenditur, quale Syllæ dictatori ostentum datum accepimus. Cetera[e] ipsius mundi portione minus prospera aut dira. Quædam fulgura enuntiare[7] non putant fas, nec audire, præterquam si hospiti indicentur, aut parenti. Magna hujus observationis vanitas, tacta Junonis æde, Romæ deprehensa est[8] Scauro consule, qui mox princeps[f] fuit.

Noctu magis, quam interdiu, sine tonitribus fulgurat. Unum animal[g] hominem non semper extinguit, cetera illi-

---

Miller. Bipont. et Franz. *spiritus remeat*.—4 Ita codd. Dalec. et Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *in eo spectu* Tolet. et vet. exempl. Erasmi, probante Pintian. *in eo respectu* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Leyd. Elz. et Gronov.—5 Vet. Dalec. *quæ per Septentriones Occasum attingunt*.—6 *Itaque perplurimum refert* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Itaque plurimum refert* ex codd. suis edidit Harduinus, eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.—7 Cod. Dalec. *prospera. At dira quædam enunciare*.—8 Var. lect. ap. Dalec. et Gronov. *depressa Romæ est*. Mox Dalecam-

NOTÆ

[d] *In sedecim*] Cicero de Divin. lib. II. pag. 228. 'Quid est igitur,' inquit, 'quod observatum sit in fulgure? Cœlum in sedecim partes diviserunt Etrusci. Facile id quidem fuit, quatuor quas nos habemus, duplicare: post idem iterum facere, ut ex eo discerent, fulmen qua ex parte venisset. Primum, id quid interest? deinde quid significat?' &c.

[e] *Cetera*] Quæ fulmina in reliqua mundi portione cernuntur, ea pro regione unde orta fuerint, aut quo concesserint, minus prospera, vel minus dira censentur, ea qua dictum est ratione.

[f] *Princeps*] Princeps Senatus, vel, ut dicitur XXXVI. 24. Princeps totius civitatis.

[g] *Unum animal*] Vidimus ictos fulmine superstites: sed ita ut nunquam recte sapere aut loqui postea vale-

co:[h] hunc videlicet[9] natura tribuente honorem, cum tot belluæ viribus præstent. Omnia contrarias[i] incubant in partes:[10] homo, nisi convertatur in percussas, non expirat. Superne icti considunt. Vigilans ictus conniventibus oculis, dormiens patentibus reperitur. Hominem ita exanimatum cremari fas non est: condi terra[j] religio tradidit. Nullum animal, nisi exanimatum, fulmine accenditur. Vulnera[k] fulminatorum[11] frigidiora sunt reliquo corpore.

LVI. (LV.) Ex iis, quæ terra gignuntur, lauri fruticem[a]

---

pius legit, *Senatus princeps fuit*.—9 Cod. Dalec. *huic videlicet*.—10 Idem codex, *concidunt in partes*. Mox, idem codex, *si convertatur in percussas non respirat*; vet. Dalec. *nisi convertatur in percussas non expivar*; Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. et Gronov. *nisi c. vi percussum non expirat*; vet. exempl. Erasmi, *nisi c. in pcussas nō respirat*; Laet ex cod. edidit in Elz. *nisi c. in percussa non expirat*. Nostram lect. ex codd. suis edidit Harduin. eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz.—11 Festus, *fulminitorum*. Mox, *frigidiora sunt reliquo corpore*, ex codd. suis et Chiffl. restituit Harduinus, cum antea legeretur, *frigidiora reliquo corpora sunt*.

NOTÆ

rent.—'Hebræi similiter ingeniose dixere tonitru esse ignem extinguentem sive interimentem: *le Feu qui tue*. Id quod ex ipsomet Christo Domino discimus, qui fratres duos, Jacobum et Joannem, *Boanerges* vocavit, quod est, *Filii tonitrui*. Hebraica vox ea est: בוהן־חרג־אש, *Filii interimentis ignis*, vel *igne*. *Boan* pro *bene* est, Galilææ dialecto, ut *Eloi* pro *Eli*. Plura olim de eo verbo scripsimus, quæ legi possunt in Diario Trevoltiano.' *Ed. sec.*

[h] *Cetera illico*] Negat hoc Scaliger esse verum, Exercit. XIII. p. 70. intacto enim equo ac superstite, equitem insidentem interfectum narrat. At sunt hæc dissimilia. Negat Plinius percussum animal, præter hominem, non illico mori: eo illæso, extingui ictum hominem, non negat: qui, quod mirabilius videri possit, sacculis nullo modo ambustis, argentum liquari plane proxime ante annotavit.

[i] *Omnia contrarias*] Cetera, inquit, quæ fulmine iciuntur, concidunt in partem oppositam ei quæ vulnus excepit: homo e contrario, nisi circumagatur in vulnus, (ut ipse loquitur, XXVIII. 12.) non expirat. Neque id homini solum, sed et ceteris animalibus evenit, si Senecæ credimus. 'Illud æque inter adnotanda ponas licet,' inquit Natur. Quæst. II. 31. p. 854. 'Quod et hominum, et ceterorum animalium, quæ icta sunt, caput spectat ad exitum fulminis.'

[j] *Condi terra*] Hinc Tertullianus, in Apolog. cap. 48. pag. 39. 'Qui de cœlo tangitur, salvus est ut nullo igne decinerescat.'

[k] *Vulnera*] Plura quæ referri huc possent, vide apud Senecam loc. cit.

[a] *Lauri fruticem*] Huc refer ea quæ de Tiberio narrantur XV. 40. Columella, gallinæ incubanti, tonante cœlo, et in fulminum metu, lauri folia subjici imperat. Refellit tamen hoc miraculum experientia ipsa, qua lau-

non icit: nec unquam quinque altius pedibus descendit in terram. Ideo pavidi [b] altiores specus tutissimos putant: aut tabernacula e pellibus belluarum, quas vitulos [1 c] appellant: quoniam hoc solum animal ex marinis non percutiat: sicut nec e volucribus aquilam, quæ ob hoc armigera [d] hujus teli fingitur. In Italia inter Terracinam et ædem Feroniæ [2 e] turres bellicis temporibus desiere fieri, nulla non earum fulmine diruta.

LVII. (LVI.) Præter hæc inferiore cœlo relatum in monumenta est, lacte et sanguine [1 a] pluisse M'. Acilio,[b] C.

CAP. LVI. 1 Vet. Dalec. *quas marinos vitulos;* edd. quædam vett. *quas vitulos marinos*, et sic Lugd. Erasmi. Mox *armigera* ex Chiffl. recepit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *armiger* habent Junt. Ald. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 *Terracinem et ædem Feroniam* Chiffl. *Turracinam* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox, cod. Dalec. *quia nonnullæ earum fulmine dirutæ.*

CAP. LVII. 1 *Præter hæc relatum in monumentis est cælum lacte, &c.* cod. Dalec. Mox *Attilio*, pro *Acilio*, Chiffl. et paulo post in eodem codice, Tolet. et vett. ap. Dalec. et Erasm. *et sæpe alias: sicut carne, L. Volumnio, &c.* quod receperunt Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *et sæpe alias carne, sicut L. Volumnio* edd. vett. ante Harduinum. Pro *L. Volumnio*, nonnulli *Publio Volumnio*, e Valerio Max. I. 6. 5. Denique pro *putruisse*, codd. Dalec. et Chiffl.

NOTÆ

rum de cœlo tactam recentiores plurimi observaverunt: Sennertus, Vicomercatus, aliique quos laudat Phil. Jac. Sachs in Gammarologia, p. 22.

[b] *Ideo pavidi*] Suetonius, de Aug. cap. 90. 'Tonitrua et fulmina paulo infirmius expavescebat: ut semper et ubique pellem vituli marini circumferret pro remedio: atque ad omnem majoris tempestatis suspicionem, in abditum et concameratum locum se reciperet,' &c.

[c] *Quas vitulos*] Augustum Severus Imperator superstitione æquavit, aut etiam vicit: lecticam etiam suam adversus fulminis impetus tali corio tegi præcepit.

[d] *Armigera*] Ita libri Mss. tum hoc loco, tum X. 4. non ut editi hic exhibent, *armiger*.

[e] *Ædem Feroniæ*] Fuit in agro Pometiano, Campaniæ tractu, proxime Terracinam, et Circios, ubi nunc lacus, *Lago di Ferona*, de quo Horat. I. Sat. 5. Hic Feroniæ lucus plane diversus ab altero cognomine in Etruria, de quo dicemus III. 8. Meminit Virgilius Æneid. VII. 'Et viridi gaudens Feronia luco.'

[a] *Lacte et sanguine*] Hujusmodi pluviarum exempla vide plurima apud Livium XXXIX. p. 504. lib. XL. p. 510. lib. XLII. p. 536. &c. Julium Obseq. cap. 59. 70. 71. 91. 96. 99. 103. &c. Qui rem ita explicant, ut velint pluviam albescere, ob terram cretaceam, e qua vapores prodierint, aut rubescere, ob rubram, ii certe non attendunt satis ad colorem aquæ stillatitiæ ex rubris rosis, nec sciunt vapores, dum

Porcio coss. et sæpe alias: sicut carne,[c] P. Volumnio,[d] Servio Sulpicio coss. exque ea non putruisse, quod non diripuissent aves. Item ferro in Lucanis, anno antequam M. Crassus a Parthis interemtus est, omnesque cum eo Lucani milites, quorum magnus numerus in exercitu erat. Effigies, quæ pluit,[a] spongiarum fere similis fuit: aruspices præmonuerunt superna vulnera. L. autem Paulo,[e] C. Marcello coss. lana pluit[f] circa castellum Carissanum, juxta quod post annum T. Annius Milo[g] occisus est. Eodem causam dicente lateribus coctis[h] pluisse, in ejus anni acta[3] relatum est.

perputruisse.—2 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pluerat* Junt. Ald. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox, in iisdem edd. *aruspices cavenda præmonuerunt*; sed illud *cavenda* non agnoscunt vet. Dalec. vet. exempl. Erasmi, codd. Dalec. Chiffl. et Harduin. item edd. antiquiss. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Paulo post, *annum* non habetur in Chiffl.—3 Var. lect. ap. Dalec. et Gronov. *in acta ejus anni.*

NOTÆ

excernuntur, rerum colores exuere, et dum in liquorem concrescunt, aqueum duntaxat exhibere. Gassendus in lib. x. Laërtii, pag. 998. et in vita Peirescii, existimat maculas sanguineas lapidibus parietibusque adhærescentes, ex erucis oriri, dum in papiliones abeunt, et spolia exuunt, neque e cœlo decidere.

[b] *M'. Acilio*] De his Consulibus dixi cap. 29.

[c] *Sicut carne*] Vide Notas et Emend. num. 50. Fungosum quiddam, et carni simile id fuisse videtur, quod cecidisse tum dicitur. Pluisse aliquando vitulo, ut ab Avicenna scriptum memorant, nimis quam fabulosum est. Tolerabilius quod vulgo creditur, de ranarum pluvia: cum tamen eas in aëre gigni, ac pluviæ instar decidere, neque auctores idonei et oculati tradant, neque simile veri sit.

[d] *P. Volumnio*] Anno U. C. CCXCIII. ex Fastis.

[e] *L. autem Paulo*] Anno U. C. DCCIV. item ex Fastis.

[f] *Lana pluit*] Simile est quod Hieronymus refert in Chron. an. 368. 'Apud Atrebatas lana e cœlo pluviæ mixta defluxit.' Hanc aiunt Atrebatenses in summa sterilitate agrorum, inopiaque frugum, e cœlo decidisse, ac terras fœcundasse. Mannam huic lanæ nomen dederunt. Durat apud eos hodieque beneficii hujus memoria gratiaque, festa celebritate annua.

[g] *T. Annius Milo*] Vide Notas et Emend. num. 51.

[h] *Lateribus coctis*] Etiam testis integris pluisse L. Marcio, Sex. Julio Coss. auctor est Julius Obseq. cap. 114. p. 61. Forte hæc, aliunde arrepta turbine, alio deciderunt. Forte vi ignis e terra erumpente, propelli inde lapides, lateresque eructari, ac projici longissime potuerunt. Præ-

LVIII. (LVII.) Armorum crepitus,[a] et tubæ sonitus auditos e cœlo Cimbricis bellis accepimus: crebroque[1 b] et prius,[c] et postea. Tertio vero[d] consulatu Marii ab Amerinis[2 e] et Tudertibus spectata arma cœlestia, ab ortu occasuque inter se concurrentia, pulsis quæ ab occasu erant. Ipsum ardere[f] cœlum, minime mirum est, et sæpius visum, majore igne[3] nubibus correptis.

LIX. (LVIII.) Celebrant Græci Anaxagoram[a] Clazomenium, Olympiadis septuagesimæ octavæ secundo anno,[b] prædixisse[c] cœlestium literarum[1] scientia, quibus diebus

---

CAP. LVIII. 1 Ita codd. Dalec. Chiffl. omnes Harduini, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *crebrosque* edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 *Amamertinis* codd. Dalec. et Chiffl. non vero, ut refert Harduinus, *a Mamertinis*.—3 Ita codd. Chiffl. et Harduini; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *majore vi ignis* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

CAP. LIX. 1 Chiffl. *cœlestium militiarum*.—2 Vet. Dalec. *vehiculi, colore*

NOTÆ

terire silentio nefas est, quod Dio refert, lib. LXXV. p. 860. Severo imperante, argenteam pluviam decidisse: eo argento nummos æreos fuisse oblitos, quod tamen intra dies tres evanuerit.

[a] *Armorum crepitus*] Julius Obseq. cap. 105. e locis subterraneis prodiisse hos strepitus narrat, non e cœlo. 'C. Mario,' inquit, 'L. Valerio Coss. Crepitus armorum ex inferno auditus.' Sextus hic Marii Consulatus fuit, annus Urbis DCXLIX. ex Fastis.

[b] *Crebroque*] Ita Mss. omnes: non *crebrosque*, ut editi.

[c] *Et prius*] Habet aliquid huic prodigio simile Livius lib. XXIV. p. 260.

[d] *Tertio vero*] Vide Notas et Emend. num. 52. Fuit annus U. C. DCL.

[e] *Ab Amerinis*] Vide Notas et Emend. num. 52.

Ipsum ardere] Id accidisse Livius narrat lib. III. p. 46. P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coss. anno U.C. CCXCIII. aliasque sæpius, ut lib. XXXI. p. 371. lib. XXXII. p. 385. et lib. XLIII. p. 554. Vide Julium Obseq. cap. 79. 98. et 111. Dionem, lib. LX. p. 687. et alios.

[a] *Anaxagoram*] Is Euripidis magister fuit. De eo vulgatum est ac tritum, quod Tullius refert, Tusc. Quæst. lib. I. pag. 331. 'Præclare Anaxagoras, qui cum Lampsaci moreretur, quærentibus amicis, velletne Clazomenas in patriam, si quid accidisset, afferri: Nihil necesse est,' inquit; 'undique enim ad inferos tantundem viæ est.' De eo multa Laërtius lib. II. p. 35. ubi hujus Anaxagoreæ prædictionis meminit.

[b] *Secundo anno*] Vide Notas et Emend. num. 53.

[c] *Prædixisse*] Rem vero tam fortuitam, tamque insperatam, prædici aut prænosci ulla arte posse, vix ul-

saxum [d] casurum esset e Sole.[e] Idque factum interdiu in Thraciæ parte ad Ægos flumen.[f] Qui lapis etiam nunc ostenditur, magnitudine vehis,[g] colore adusto,[z] comete quoque illis noctibus flagrante. Quod si quis prædictum credat, simul fateatur necesse est, majoris miraculi divinitatem Anaxagoræ fuisse; solvique rerum naturæ intellectum, et confundi omnia, si aut ipse Sol lapis [h] esse, aut unquam lapidem in eo fuisse credatur: decidere tamen [i] crebro, non erit dubium. In Abydi gymnasio ex ea causa colitur hodieque, modicus quidem, sed quem in medio terrarum casurum idem Anaxagoras prædixisse narratur. Colitur et

---

adusto; Salmant. *vehibilis calore adustus*; Tolet. Ald. Junt. Basil. Lugd. Eras-

NOTÆ

lam habet similitudinem veri.

[d] *Saxum*] Plut. de Placitis Philos. lib. II. 13. p. 888. stellam saxeam et ignitam vocat: πυροειδῶς κατενεχθέντα ἀστέρα πέτρινον. Diogenes item apud Stobæum, Eclog. Phys. lib. I. p. 53. Non unicum saxum, sed plures casuros lapides prædixisse ferunt Tzetzes mox laudandus, et Philostr. de Vita Apollonii, I. 2. pag. 4.

[e] *E Sole*] Laërtius pariter e Sole cecidisse ait. E cœlo ἐξ οὐρανοῦ Tzetzes, et Philostratus. Arist. Meteorol. I. 7. p. 537. ex aëre: Ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος.

[f] *Ægos flumen*] Ægospotamon, sive, ut Plinius vertit, Ægos flumen, Cherronesi Thracicæ quondam urbem fuisse scito, non amnem. Stephanus p. 36. Αἰγὸς ποταμοὶ, πολις ἐν Ἑλλησπόντῳ· τὸ ἐθνικὸν, Αἰγοσποταμίτης. Fuit hoc oppidum clade Atheniensium classis nobile, inquit Mela II. 1. Et Tzetzes, Chiliad. II. vs. 892. hoc ipsum referens, quod a Plinio in præsenti narratur: Ὁ δέ γε Κλαζομένιος πάλιν Ἀναξαγόρας Ἐξ οὐρανοῦ προέφησε λίθους κατενεχθῆναι Ἐν ποταμοῖς τοῖς τῆς Αἰγὸς, (Θρᾴκης δὲ τοῦτο πόλις,) κ.τ.λ. De eo oppido dicemus IV. 18.

[g] *Vehis*] Eo pondere eaque magnitudine, quæ una vectura ferri possit. Vide Notas et Emend. num. 54.

[h] *Sol lapis*] Hanc fuisse Anaxagoræ mentem prodidit Tatianus Orat. contra Græcos: aliique. Harpocration p. 23. verbo Ἀναξαγόρας, docuisse eum ait, Solem esse massam candentem, μύδρον διάπυρον. Idem habet et Suidas p. 241. verbo Ἀναξαγόρας.

[i] *Decidere tamen*] Non e cœlo, aut Sole; sed, ut Aristoteles ait loc. cit. ex montis vertice decisum procellis saxum, sublatumque in altum, deinde decidere posse verisimilius est. Hac enim hujus miraculi reddita ratione miraculum is eludit: Ἐπεὶ καὶ ὅτε ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ἔπεσε λίθος ἐκ τοῦ ἀέρος, ὑπὸ πνεύματος ἀρθεὶς ἐξέπεσε μεθ' ἡμέραν. Ex colore vero adusto, nata fabula est cecidisse e Sole. Ejusmodi fortassis fuerunt tres ii magni lapides, quos e cœlo in Thracia cecidisse scribit Marcellinus in Chron. p. 29. temporibus Marciani Imp. quo anno Aquileia civitas ab Attila Hunnorum Rege excisa est.

Cassandriæ, quæ Potidæa vocitata est, ob id deducta.[3 j] Ego ipse vidi in Vocontiorum agro paulo ante delatum.[k]

LX. (LIX.) Arcus vocamus, extra miraculum frequentes, et extra ostentum. Nam ne pluvios[1 a] quidem, aut serenos dies, cum fide portendunt. Manifestum est, radium Solis immissum cavæ nubi,[b] repulsa acie, in Solem refringi, colorumque varietatem[2] mixtura nubium, aëris, igniumque

---

mi, aliæque edd. recentt. ut in textu.—3 *Colitur et Potidææ, quæ Cassandria vocituta est, colonia ab eo deducta* vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *colonia ab eo deducta* etiam codex ap. Laet.

CAP. LX. 1 Cod. Dalec. *ne pluviales.*—2 Cod. Dalec. *colorumque varietates.*

NOTÆ

j *Ob id deducta*] Deductis eo sacri hujus lapidis causa colonis, exstructoque oppido, cui nomen, a colore adusto lapidis, est inditum, Potidæa. Est enim ποτὶ Dorice πρὸς, δαίομαι, uror.

k *Delatum*] Ex agris. Quid si *delapsum* legas?

a *Ne pluvios*] Ea de re Seneca Natur. Quæst. I. 6. p. 836. 'Et bibit ingens Arcus, ut ait Virgilius noster, cum adventat imber: sed non easdem, undecumque apparuit, minas affert. A meridie ortus magnam vim aquarum vehet...Si circa occasum refulsit, rorabit, et leviter impluet. Si ab ortu, circave surrexit, serena promittit.' Verius est quod hoc loco Plinius ait, quam quod XVIII. 80. Arcus cum sunt duplices, pluviam nuntiare, &c.

b *Cavæ nubi*] Ita Seneca loc. cit. cap. 3. p. 835. 'Illud esse dubium nulli potest, quin arcus imago Solis sit, roscida et cava nube concepta.' Ἐν νέφει κοίλῳ, inquit Arist. vel quisquis est auctor libri de Mundo, cap. 4. p. 607. Existimabant crassiuscule veteres, nubem esse veluti speculum concavum, e quo Solis radii reflecterentur: sic demum iridem fieri: rotunditate ex figura nubis unice petita. Vide Plutarch. de Placitis Philos. III. 5. Qui subtilius ista deinceps consectati sunt, dixere nubem roscidam esse texturam corpusculorum seu guttularum, quarum unaquæque radium Solis reflectat quidem: sed ita tamen ut tum solum videatur, atque adeo speciem iridis coloratam exhibeat, cum in eo est situ, ut angulo certo reflexionem in oculum faciat. Quamobrem, quæcumque nubis figura sit, iridis speciem aliam esse, nisi rotundam, non posse: quoniam situs corpusculorum ad parem Solis et oculi angulum non potest alius esse successive, nisi circularis. Hæc pro instituti nostri ratione ac brevitate sufficiant. Physici ea uberius, quibus est otium, spatiumque.

c *Igniumque*] Ignem vocat, quod igneum Solis lumen Seneca loco citato. Varios iridis colores ex varia luminis reflexione et refractione emergere, nunc recentiores scriptores consentiunt: sed in explicanda ratione, miræ ambages. Fieri certum est, ut in experimento familiari et usitato evenit: cum Sole averso aquam ore spargimus: fieri enim tum quiddam plane simile his, quos videmus in arcu, coloribus solet, ut animadvertit Seneca loc. cit. et ante eum

fieri. Certe nisi Sole adverso[d] non fiunt: nec unquam,[e] nisi dimidia circuli forma: nec noctu,[f] quamvis Aristoteles prodat aliquando visum, quod tamen fatetur idem non nisi quartadecima[3 g] Luna posse. Fiunt autem hyeme[h] maxime[4] ab æquinoctio autumnali die decrescente. Quo rursus crescente ab æquinoctio verno, non existunt: nec circa solstitium longissimis diebus: bruma vero, hoc est, brevissimis diebus, frequenter. Iidem sublimes[i] humili Sole, humilesque[5] sublimi, et minores[j] oriente, aut occidente, sed in latitudinem diffusi: meridie exiles, verum ambitus majoris. Æstate vero per meridiem non cernuntur: post

Mox vet. Dalec. alinsque codex ap. Laet, *luminumque fieri*.—3 'Male codd. veteresque editiones, et eruditus Harduinus in sua altera, *tricesima Luna*. Recte cum aliis in priore emendaverat, *quartadecima*. Aristoteles, Meteorolog. III. 2. ait id accidere plenilunio, *ἐν τῇ πανσελήνῳ*.' *Brotier*. *tricesima* codd. Dalec. et Chiffl. alii ap. Harduin. item edd. vett. Venett. Rom. Parm. Brix. Tarvis. al. cum Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *quartadecima* Basil. Lugd. Erasm. Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—4 Vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *autem hi maxime*. Vide Rhodig. lib. XXII. cap. 27.—5 *Iidem Sole sublimes humili humiles, &c.* cod. Dalec. et mox idem codex cum Chiffl. *oriente vel occidente;* edd. vett. ante Harduin. *occidente aut oriente;* codd. Harduini, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *oriente aut occidente*. Paulo post, cod. Dalec. *ambitu majores*.

NOTÆ

Arist. Meteorol. III. 4. p. 578. De iridis coloribus multa egregie Seneca, cap. 3. p. 834.

[d] *Sole adverso*] Vide Senecam, loc. cit. p. 835.

[e] *Nec unquam*] Hæc ex Arist. ad verbum expressa, e Meteorol. III. 2. p. 574.

[f] *Nec noctu*] Aristotelis locus, quem Plinius laudat, is est quem modo laudavi. Seneca loco etiam cit. p. 833. 'At contra arcus in nocte non fit, nisi admodum raro: quia Luna non habet tantum virium, ut nubes transeat: et illis colorem suffundat, qualem accipiunt Sole perstrictæ,' &c.

[g] *Nisi quartadecima*] Vide Notas et Emend. num. 55.

[h] *Fiunt autem hyeme*] Seneca loc. cit. cap. 8. p. 837. 'Aristoteles ait post autumnale æquinoctium qualibet hora diei arcum fieri, æstate non fieri, nisi aut incipiente, aut inclinato jam die. Cujus rei causa manifesta est: Primum, quia medio die Sol calidissimus nubes evincit,' &c. Aristotelis locus est Meteorol. III. 5. p. 581.

[i] *Iidem sublimes*] Seneca loc. cit. cap. 3. p. 835. 'Nunquam non adversus Soli arcus est, sublimis aut humilis, prout ille se summisit, aut sustulit, contrario motu: illo enim descendente altior est: alto, depressior.'

[j] *Et minores*] Reliquum deinceps caput expressum plane ex Arist. Meteorol. III. 2. p. 575.

autumni æquinoctium quacumque hora: nec unquam plures simul quam duo.

LXI. Cetera ejusdem naturæ [1] non multis dubia esse video.

(LX.) Grandinem [k] conglaciato imbre gigni, et nivem eodem humore mollius coacto: pruinam [l] autem ex rore gelido. Per hyemem nives cadere, non grandines: ipsasque grandines interdiu sæpius,[m] quam noctu, et multo celerius resolvi, quam nives. Nebulas nec æstate, nec maximo frigore existere. Rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, nec nisi serena nocte. Gelando [n] liquorem minui, solutaque glacie non eundem inveniri modum.

(LXI.) Varietates colorum figurarumque in nubibus cerni, prout admixtus ignis [o] superet, aut vincatur.[2]

LXII. (LXII.) Præterea quasdam proprietates quibusdam [1] locis esse. Roscidas æstate Africæ noctes. In Italia Locris, et in lacu Velino, nullo non die apparere arcus. Rhodi [p] et Syracusis nunquam tanta nubila obduci; ut non

---

CAP. LXI. 1 *Cetera ejus naturæ* cod. Dalec.—2 Idem codex, *ignis superat, aut vincitur.*

CAP. LXII. 1 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quasdam proprietates cæli quibusdam, &c.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Dalec. Elz. Gronov. aliæ ante Harduinum.

NOTÆ

[k] *Grandinem*] Quæ toto hoc capite continentur, hausta sunt ex Philosopho Meteorol. 1. 10. 11. et 12. p. 540. 541. et 542. ubi singularum rerum causæ redduntur. Ex iis Plinius concisam epitomen fecit. Quam vera porro sint, quæ adducit, ipsa rerum experientia comprobat.

[l] *Pruinam*] Gallis, *la gelée*. Vide XVII. 37.

[m] ' *Interdiu sæpius*] Caute dictum, contra quosdam, qui negant noctu grandinem cadere. Nam id esse falsum, experientia teste, recte monet scriptor libri Gallici. *Mélanges d'Histoire et de Littérature*, Tom. II. p. 171.' *Ed. sec.*

[n] *Gelando*] Ea de re dicemus XXXI. 21.

[o] *Admixtus ignis*] Igneus halitus, e terra Solis vapore eductus, atque intra nubem commixtus materiæ, quæ ex aqua extrahitur, et in aquam solvitur.

[p] *Rhodi*] Idcirco Rhodum Phœbi sponsam, ἀελίοιο νύμφαν, appellat Pindarus, Olymp. Z. 26. De Rhodo id quoque Solinus, cap. 11. p. 31. De Syracusis, cap. 5. p. 19. Illud ipsum de Alexandria Ammianus, lib.

aliqua hora Sol cernatur: qualia aptius suis referentur locis. Hæc sint dicta de aëre.

LXIII. (LXIII.) Sequitur terra,[a] cui uni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ[b] venerationis. Sic hominum illa, ut cœlum Dei: quæ nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper: novissime complexa gremio jam a reliqua natura abdicatos, tum maxime[c] ut mater, operiens: nullo magis sacra merito,[1 d] quam quo nos quoque sacros facit,[e] etiam monumenta ac titulos gerens, nomenque prorogans nostrum, et memoriam extendens contra brevitatem ævi. Cujus numen ultimum jam nullis[f] precamur irati[g] grave:[2] tanquam nesciamus hanc esse solam, quæ nunquam irascatur homini. Aquæ subeunt in imbres, rigescunt in gran-

CAP. LXIII. 1 Chiffl. *sacro merito;* Edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *sacramento.* 'Rectius, *sacra merito.*' Dalec. Et sic ex cod. Reg. 1. emend. Harduin. eumque secuti sunt recentiores.—2 Vet. Dalec. *imprecamur rati grave;* vet. exempl. Erasmi,

NOTÆ

XXII. 'Nullo pæne die,' inquit, 'incolentes hanc civitatem, Solem serenum non vident.' In insula Chio id etiam contingere, multi experimento comprobarunt, inquit Allatius in Philon. Byzant. p. 69.

[a] '*Sequitur terra*] Ab hac sectione librum secundum operis sui Plinium inchoasse, plane suaderet exordium istud, pari diligentia elaboratum, ac cetera sunt Proœmia reliquorum librorum: nisi locus obstaret, e lib. XVIII. 75.' *Ed. sec.*

[b] *Maternæ*] 'Quod ea communis mater omnium mortalium sit,' inquit Livius lib. I. p. 20. Plinius ipse XVIII. 4. 'Non tamen,' ait, 'surda tellure, quæ parens appellatur,' &c.

[c] *Tum maxime*] Lucanus VII. 810. 'Placido natura receptat Cuncta sinu.' Et vs. 818. 'Capit omnia tellus Quæ genuit.' Vide quæ dicturi sumus VII. 55. ex Tullio.

[d] *Sacra merito*] Vide Notas et Emend. num. 56.

[e] *Sacros facit*] Hoc Plinius ex Solonis mente ac lege, quam recitat Plutarchus in ejus Vita, p. 89. Ἐπαινεῖται δὲ τοῦ Σόλωνος καὶ ὁ κολύων νόμος τὸν τεθνηκότα κακῶς ἀγορεύειν, καὶ γὰρ ὅσιον τοὺς μεθεστῶτας ἱεροὺς νομίζειν, κ. τ. λ. Maledicta jaci vetat in defunctos: sacros enim consentaneum esse existimare eos qui decesserunt, &c. Huc refer Epitaphium in Musis lapidariis, p. 78. 'Hospes ad hunc tumulum ne meias, ossa precantur Tecta hominis.' Quia nimirum, ut cecinit Persius Sat. I. 113. 'Pueri, sacer est locus, extra Meiite.'

[f] *Jam nullis*] Hoc est, mortuis. Cic. Tusc. lib. I. p. 323. 'De mortuis loquor, qui nulli sunt.'

[g] *Precamur irati*] Solenni hoc hemistichio: 'Sit tibi terra gravis.' Vide Notas et Emend. num. 57.

dines, tumescunt in fluctus, præcipitantur in torrentes: aër densatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgens, ususque [h] mortalium semper ancilla, quæ coacta generat! quæ sponte fundit! quos odores saporesque! quos succos! quos tactus! quos colores! quam bona fide creditum fœnus [3] reddit! quæ nostri causa alit! Pestifera enim animantia vitali spiritu [i] habente culpam, necesse est illi seminata excipere, et genita sustinere. Sed in malis [4] generantium noxa est.[a] Illa serpentem [j] homine percusso non amplius recipit, pœnasque etiam inertium nomine exigit: illa medicas fundit herbas, et semper homini parturit. Quin et venena nostri misertam instituisse credi potest: ne in tædio vitæ fames, mors [k] terræ meritis alienissima,[b] lenta nos consumeret tabe: [5] ne lacerum [l] corpus abrupta dispergerent: ne laquei torqueret pœna præpostera, incluso spiritu, cui quæreretur exitus: ne in profundo quæsita morte, sepultura pabulo fieret: ne ferri cruciatus scinderet corpus. Ita est, miserta genuit id,[6] cujus facillimo haustu, illibato corpore, et cum toto sanguine extingueremur, nullo labore, sitientibus similes: qualiter defunctos non volucris, non fera attingeret, terræque servaretur, qui sibi ipsi

[a] *Tota generantium culpa est, si quid mali est.*
[b] *Quod mortis genus a terræ meritis et benignitate valde abhorret.*

---

imprecamur irati grave.—3 Vox *fœnus* deest in cod. Dalec.—4 Vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *in his malis.*—5 Ita codd. Dalec. et Tolet. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ne in tædio vitæ diræ famis mors, terræ, &c.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—6 *Ita genuit id,* omissis vocibus *est miserta,* cod. Dalec. Paulo post vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *sentientibus similes, quo taliter defunctos,*

NOTÆ

[h] *Ususque*] Forte rectius, *usuique.*

[i] *Vitali spiritu*] Aër in culpa est, ex quo cunctorum animantium, serpentiumque semina decidere creduntur: Terra ipsa non sponte excipit, sustinetve: sed quoniam ita necesse est illi.

[j] *Illa serpentem*] Vide XXIX. 23.

[k] *Fames, mors*] Ita Reg. 1. 2. Chiffl. &c. Prius legebatur, *ne in tædio vitæ diræ famis mors, &c.* interpolato Plinii contextu.

[l] *Ne lacerum*] Ne foret necesse ad exitum vitæ inveniendum, sese ex abruptis locis in præceps dare, quod lethi genus lacerum corpus et fracta membra dispergeret.

perisset. Verum [7] fateamur, terra nobis malorum remedium genuit, nos illud vitæ fecimus venenum. Non enim et ferro,[m] quo carere non possumus, simili modo [d] utimur? Nec tamen quereremur merito, etiamsi maleficii causa tulisset: [8] adversus unam quippe naturæ partem ingrati sumus.[d] Quas non ad delicias, quasque non ad contumelias servit homini? [9] In maria jacitur, aut, ut freta admittamus,[n] eroditur aquis: [e] [10] ferro, ligno, igne, lapide, fruge, omnibus cruciatur horis, multoque plus, ut deliciis, quam ut alimentis famuletur nostris. Nisi tamen, quæ summa patiatur,[11] atque extrema cute, tolerabilia videantur. Penetramus in viscera, auri argentique venas, et æris ac plumbi metalla fodientes: gemmas etiam et quosdam parvulos quærimus lapides, scrobibus in profundum actis. Viscera [12] ejus extrahimus, ut digito gestetur gemma, quam petimus.[o] Quot manus atteruntur, ut unus niteat articu-

[d] *Ad perniciem.* [d] *Quippe adversus hanc unam e quatuor naturæ partibus, nempe terram, ingrati sumus.* [e] *Ut maria in terras immittantur, littus excavatur et eroditur aquis.*

&c.—7 *Et ut verum* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Et ut* non agnoscunt Tolet. alii codd. ap. Harduinum, item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Paulo post, Tolet. et vet. Dalec. *genuit: illud vita fecit venenum. Num enim et ferro*, &c. interrogative. Edd. vett. ante Harduin. *Nos enim*, &c. Chiffl. *facimus venenum.*—8 Vet. Dalec. *causam attulisset.*—9 Ita codd. Pintiani, aliique ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Quasi non ad delicias quasque, non ad contumelias serviat*, &c. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Tollius ad Auson. Griph. p. 472. corrigi jubet: *Quas enim non ad delicias, quasve non ad contumelias servit homini? quasve non inservit* Tolet.—10 Vet. Dalec. *eruitur aquis.*—11 Sic ex codd. suis edidit Harduin. eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franz. *Illa tamen q. s. patitur* cod. Dalec. *Et tamen q. s. patitur* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—12 Cod. Dalec. alia distinctione: *lapides. Scrobibus in p. actis viscera*, &c. et mox, *petimus quot*, &c. [e] Pintianus legit cum interrogatione, *Ut digito gestetur gemma, quo petitur?* Reg. 1. 2. *Ut digito gestetur gemma, petitur*, terra scili-

NOTÆ

[m] *Non enim et ferro*] Vide Notas et Emend. num. 58.

[n] *Ut freta admittamus*] Jactis scilicet, ut ille cecinit, in altum molibus, cæmentisque demissis, mare ipsum in terras immittitur, et colitur a domino terræ fastidioso. Vide interpretes Horatii in III. Od. 1. 34.

[o] *Quam petimus*] Pintianus legit cum interrogatione, *Ut digito geste-*

lus! Si ulli essent inferi, jam profecto illos avaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Et miramur si eadem ad noxam genuit aliqua! Feræ enim, credo, custodiunt illam, arcentque sacrilegas manus. Non inter[13] serpentes fodimus, et venas auri tractamus cum veneni radicibus?[f] Placatiore tamen Dea ob hoc,[14] quod omnes hi opulentiæ exitus ad scelera, cædesque, et bella tendunt: quamque sanguine nostro irrigamus, insepultis ossibus tegimus. Quibus tamen, velut exprobrato furore, tandem ipsa se obducit, et scelera quoque mortalium occultat.[p] Inter crimina ingrati animi et hoc duxerim, quod naturam ejus ignoramus.

LXIV. (LXIV.) Est autem figura prima, de qua consensus judicat. Orbem[a] certe dicimus terræ, globumque[1] verticibus includi fatemur.[a] Neque enim absoluti orbis est forma, in tanta montium excelsitate, tanta camporum planitie: sed cujus amplexus, si capita linearum[2] comprehendantur ambitu, figuram absoluti orbis efficiat:[b] id quod ipsa rerum naturæ cogit ratio, non eisdem causis, quas at-

[f] *Cum venenatis herbis, ac fruticibus.*

[a] *In globo eo vertices montium includi fatemur.*

[b] *Si per extremitates linearum ductarum a centro terræ ad summos quosque vertices montium circulus exigatur, qui cunctos comprehendat ambitu, ille circumplexus figuram efficiet absoluti orbis.*

---

cet: eleganter. Vide lib. XXXIII. cap. 6.' *Harduin.*—13 *Nos inter* Tolet. *Nam inter* Salmant. *Nonne inter* edd. vett. ante Harduin. *Non inter* codd. Harduini; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox vet. ap. Dalec. *venenis traducibus;* alii, *venenis trucibus*, probante Dalecampio.—14 Quædam edd. antiq. *Placatiore tamen Dea utimur;* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *P. t. D. ob hoc utimur.* Postremum verbum desideratur in codd. Tolet. Salmant. et Harduini; item in edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. LXIV. 1 Codd. Dalec. et Chiffl. *terræ globum, quem.*—2 Vet. Dalec.

NOTÆ

tur gemma, quo petitur? Reg. 1. 2. *Ut digito gestetur gemma, petitur*, terra scilicet: eleganter. Vid. XXXIII. 6.

[p] *Et scelera . . . occultat*] Cæsa operiens cadavera, ut mater.

[a] ' *Orbem*] Terræ globum esse circa polos complanatum Astronomi hodie opinantur. Vide Historiam Acad. Reg. Scient. anni 1701. p. 96. et dissertationem D. Cassini, de figura Terræ, anno 1718. p. 188.' *Ed. sec.*

tulimus in cœlo. Namque in illo cava in se convexitas vergit, et cardini suo, hoc est, terræ, undique incumbit. Hæc, ut solida atque conferta assurgit, intumescenti similis, extraque protenditur.[3] Mundus[e] in centrum vergit: at terra exit a centro, immensum ejus globum in formam orbis assidua circa eam mundi volubilitate cogente.

LXV. (LXV.) Ingens hic pugna literarum, contraque vulgi: circumfundi terræ undique homines, conversisque inter se pedibus stare, et cunctis similem esse cœli verticem, ac simili modo ex quacumque parte mediam calcari: illo quærente,[d] cur non decidant contra siti: tanquam non ratio[1] præsto sit, ut nos non decidere mirentur illi. Intervenit sententia, quamvis indocili probabilis turbæ, inæquali globo, ut si sit figura pineæ nucis, nihilominus terram undique incoli.[b] Sed quid hoc refert alio miraculo exoriente? pendere ipsam, ac non cadere nobiscum, ceu spiritus vis,[c] mundo præsertim inclusi, dubia sit:[e 2] aut possit cadere, natura repugnante, et quo cadat, negante. Nam sicut ig-

[c] *Cœlum.* [d] *Hominum vulgo quærente.*
[e] *Quasi dubia sit vis aëris, qui cœli præsertim ambitu includitur.*

si capita cunctarum linearum.—3 Cod. Dalec. *et intumescenti similis ex utraque parte extenditur.*

CAP. LXV. 1 Ita codd. Dalec. et Harduin. item edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tanquam non et ratio* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—2 Chiffl. *dubium sit.*

NOTÆ

[b] '*Terram undique coli*] Non ita creditum olim Homeri temporibus, ut in Apologia Homeri diximus; nec Virgilio ipsi, tum Georg. III. 358. ubi de Sole dicit: 'Nec cum invectus equis altum petit æthera, nec cum Præcipitem Oceani rubro lavit æquore currum:' tum Georg. I. 242. ubi de polo mundi gemino: 'Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.' Infra hoc hemisphærium nihil esse magno errore arbitrabantur, præter aquarum immensitatem infinitam, fabulosamque Stygem. Falsum istud Systema Cosmographicum sequitur enim et prolixe describit Græcus scriptor Vitæ Andreæ, cui Salo cognomen fuit, sub finem diei 28. Maii. cap. 28. N. 240. in Actis Sanctorum.' *Ed. sec.*

[c] *Ceu spiritus vis*] Cujus spiritus sive aëris vi suspensam, cum aquarum elemento, librari medio spatio tellurem dixit, cap. 4.

nium sedes non est nisi in ignibus, aquarum nisi in aquis, spiritus nisi in spiritu; ita terræ, arcentibus cunctis, nisi in se, locus non est. Globum tamen effici mirum est, in tanta planitie maris, camporumque. Cui sententiæ adest Dicæarchus,[d] vir in primis eruditus, regum cura permensus montes, ex quibus altissimum[e] prodidit Pelion, MCCL. passuum, ratione perpendiculi, nullam esse eam[f] portionem universæ rotunditatis[3] colligens. Mihi incerta hæc videtur conjectatio, haud ignaro quosdam Alpium vertices, longo tractu, nec breviore quinquaginta[g] millibus passuum[4]

Mox vet. Dalec. *et quo cadat non dante.*—3 Vet. Dalec. *eam altitudinem proportione universitatis;* al. et vet. exempl. Erasmi, *portione universæ rotunditatis.* 'Hoc est, si universæ rotunditatis spectes proportionem, quod genus locutionis Plinio inprimis est familiare.' *Dalec.*—4 'Id ita absurdum est, ut nunquam crediderim a Plinio ita fuisse scriptum. In Mss. legitur *LM.* Crediderim olim fuisse scriptum. *IIM.* id est, *duobus millibus passuum.* Quod satis concordat cum altitudine montis *Gemmi;* maxime cum antiqui altitudinem

NOTÆ

[d] *Dicæarchus*] Vide quæ de eo diximus in Auctorum syllabo.

[e] *Ex quibus altissimum*] Ex illis nimirum, quos dimensus est, Thessaliæ montibus, non ex omnibus quaqua patet orbis universe. Pelion Geminus in Elem. Astrom. cap. 14. p. 55. ex eodem Dicæarcho refert altum esse stadiis decem, quæ efficiunt, ut Plinius ait, passus MCCL. Cyllenen vero Arcadiæ montem, ad XV. propemodum stadia attolli, eodem mensore Dicæarcho, hoc est, passus fere 1900. Atabyrium denique Rhodi insulæ, stad. XIV. hoc est MDCCL. pass.

[f] *Nullam esse eam*] Ratione Mathematica nos rem ita conficimus cum Ricciolo, tom. I. Almag. pag. 727. Mons altissimus, qualis esse Caucasus dicitur, non excedit 50. milliaria Italica, quorum in diametro terræ sunt 8278. in semidiametro, 4139. in quo numero quinquagenarius numerus continetur ter et octogies. Sume igitur sphæram ligneam, cujus semidiameter sit particularum æqualium trium et octoginta: eique grana aliquot, monticulosve cereos impone, quorum altitudo æqualis sit unicæ particulæ de tribus illis et LXXX. Vel oculorum judicio constabit seriem horum monticulorum aliquam nihil fere nocere sphæræ rotunditati.

[g] *Quinquaginta*] Sunt quibus id fabulosum videatur. De ascensu montium obliquo accipiunt alii. Tenariffum aiunt Hispani esse altitudinis LX. milliarium. In mari is maxime conspicuus est ex quatuor graduum intervallo. Hinc Snellius colligit, in Eratosth. Bat. perpendiculum ejus montis esse novem milliarium cum semisse: ex quibus alii sesquimilliare, ob refractionem, deducunt: statuuntque octo milliarium altitudinem habere ad perpendiculum. Vide quæ de eo diximus ad cap. 8.

assurgere. Sed vulgo maxima[5] hæc pugna est, si coactam in verticem aquarum quoque figuram credere cogatur. Atqui non aliud in rerum natura aspectu manifestius. Namque et[h] dependentes ubique guttæ parvis globantur orbibus: et pulveri illatæ, frondiumque lanugini impositæ, absoluta rotunditate cernuntur: et in poculis repletis media maxime tument: quæ propter subtilitatem humoris, mollitiamque in se residentem,[6] ratione facilius, quam visu, deprehenduntur. Idque etiam magis mirum, in poculis repletis, addito humore minimo circumfluere quod supersit: contra evenire ponderibus additis ad vicenos sæpe denarios: scilicet quia intus recepta liquorem in verticem attollant, ac cumulo eminente infusa dilabantur.[7] Eadem est causa propter quam e navibus terra non cernatur, e navium malis conspicua: ac procul recedente navigio, si quid, quod fulgeat, religetur in mali cacumine, paulatim descendere videatur, et postremo occultetur. Denique Oceanus, quem fatemur ultimum, quanam alia figura cohæreret, atque non decideret, nullo ultra margine incluдente?[f] Ipsum id ad miraculum redit,[8] quonam modo,

[f] *Quandoquidem, si terra plana foret, nullus ultimam maris aquam margo littusve coërceret.*

potius augerent, quam minuerent.' *Brotier.*—5 Cod. Dalec. et Sabellicus, *maxime.*—6 Tolet. et Salmant. ap. Pintian. *residente.* Dalecampius tamen et Gronov. e codice Tolet. citant, *mollitiemque in se residentem.*—7 Vet. ap. Dalec. *eminente infra dilabantur.*—8 Chiffl. *In id ipsum ad miraculum rediit.*—

NOTÆ

[h] *Namque et*] Guttulæ, inquit, ubique rotundantur in orbem: igitur et tota aqua ita se conglobat. Sequuntur enim partes singulæ naturam totius. Verum quod guttulæ dispersæ globositatem tueantur, id non accidere autumo ex affectatione figuræ totius, sed ex eo quod aquea corpuscula suis sese mutuo hamulis teneant: et quod veluti medium factum est in gutta, concatenatione quadam circumstantia contineat, donec moles exigua est: quæ si increscit, tum a rotunditate desciscit, protuberatque in latera: ac tum demum rumpitur, effluitque: quod etiam fit ex appositione alterius humoris, cujus corpuscula prioribus nexa, illa pertrahunt, continuationemque abrumpunt. Hæc fusius Gassendus lib. de Globo telluris. Ea certe ratio videtur esse cur in poculis repletis, uti mox dicetur, addito humore circumfluat quod supersit, non item denariis ad-

etiamsi globetur, extremum non decidat mare. Contra quod, ut sint plana maria, et qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio, magnaque gloria inventores Græci subtilitate geometrica docent. Namque cum e sublimi in inferiora aquæ ferantur, et sit hæc natura earum confessa;[9] nec quisquam dubitet in littore ullo accessisse eas, quo longissime devexitas passa sit;[g] procul dubio apparere, quo quid humilius sit; propius centro esse terræ; omnesque lineas, quæ emittuntur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri, quam quæ ad extremum mare a primis aquis.[h] Ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum; ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur.[i]

LXVI. Quod ita formasse artifex natura[a] credi debet, ut cum terra arida et sicca constare per se ac sine humore non posset, nec rursus stare aqua, nisi sustinente terra, mutuo implexu jungerentur:[1] hac sinus pandente: illa vero permeante totam, intra, extra, supra,[2] venis, ut vinculis, discurrentibus, atque etiam in summis jugis erumpente: quo spiritu[3 b] acta et terræ pondere expressa, siphonum[c] modo

[g] *Quam longissime patiebatur littoris devexitas.*

[h] *Omnesque lineas, quæ a centro terræ ducuntur ad proximam aquæ superficiem, breviores fieri, quam quæ ad ultimum mare a primo littore.*

[i] *In ea quæ sunt propiora centro.*

9 Cod. Dalec. *et sit hic naturæ earum consensus;* alii, *et sit hæc natura concessa.* Mox vet. Dalec. *in littus ullum accessisse eas nisi quo longissima.*

CAP. LXVI. 1 Ita codd. Harduini, item Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Erasm. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *mutuo complexu jungerentur* edd. quædam vett. *mutuo complexu fungerentur* Tolet. vet. Dalec. vet. exempl. Erasmi, al. Mox *has* pro *hac* in Harduin. 2. ex operarum errore, quod suo more recepit Franzius.—2 Vet. lect. ap. Dalec. et Gronov. *extra, intra, supra.*—3 Vet. exempl. Erasmi, *quæ spiritu;* margo edd. Dalec. et Gronov. *quibus spiritu.*

NOTÆ

ditis.

[a] *Artifex natura*] Reg. 1. 2. Chiffl. &c. *Artifex naturæ.*

[b] *Quo spiritu*] Sequitur pervulgatam sententiam referentium originem fontium ad ipsum mare, ex quo per ductus subterraneos in montes usque, et loca omnia, in quibus scaturigines conspicuæ sunt, aqua contendat: habere se nempe tellurem quasi animal quoddam ingens, cujus non modo subterranei meatus forent

emicat: tantumque a periculo decidendi abest, ut in summa quæque et altissima exsiliat. Qua ratione[d] manifestum est, quare tot fluminum quotidiano accessu maria non crescant.

(LXVI.) Est igitur in toto suo globo tellus medio ambitu[e] præcincta circumfluo mari. Nec argumentis hoc investigandum, sed jam experimentis cognitum.

LXVII. (LXVII.) A Gadibus, columnisque Herculis, Hispaniæ et Galliarum circuitu, totus hodie navigatur occidens. Septemtrionalis vero Oceanus majore ex parte navigatus est, auspiciis Divi Augusti, Germaniam classe circumvecta ad Cimbrorum[a] promontorium: et inde immenso mari prospecto, aut fama cognito, ad Scythicam plagam,[1] et humore nimio rigentia. Propter quod minime verisimile est illic maria deficere, ubi humoris vis superet.[2] Juxta vero ab ortu ex Indico mari, sub eodem sidere, pars tota vergens in Caspium mare[b] pernavigata est Macedo-

[a] *Ubi aquarum abundat copia.*

CAP. LXVII. 1 *Scythicam ad plagam* Chiffl.—2 Ita codd. Dalec. et Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *vis humoris* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Frankf. Leyd.

NOTÆ

quasi venæ aquam ex mari, ut sanguinem ex hepate quodam ducentes; sed fervores etiam subterranei essent veluti spiritus vitales, per ductus quoque varios, ceu arterias, diffusi. Hinc nihilo magis mirum videri scaturire aquam ex montis vertice, si vena subterranea ibi aperta fuerit, quam emicare sanguinem ex fronte, si illic venam secueris. Quippe terræ veluti crustam non esse ubique perforatam, neque ubivis præbere aquæ in eam nitenti exitum: et constare experientia, interdum aperiri terram, et aquam scatere in locis prius admodum siccis: uti cum nobis vena rumpitur. Contra ista disputat Gassendus in lib. x. Laërtii, p. 1073.

[c] *Siphonum*] Siphon est canalis fistula, per quam emittitur liquor, ut in salientibus aquis cernimus.

[d] *Qua ratione*] Et propter hanc rationem, inquit, cum tot nempe fontes ex ipso mari, totque flumina prodeant, manifestum est, &c.

[e] *Medio ambitu*] Toto orbis sui ambitu terra, inquit, mari præcingitur, ceu fascia quadam: reliqua eminet extra undas.

[a] *Ad Cimbrorum*] De quo promontorio dicetur IV. 27.

[b] *Caspium mare*] Quem sinum esse septemtrionalis Oceani, sive Scy-

num armis, Seleuco atque Antiocho regnantibus, qui et Seleucida atque Antiochida ab ipsis appellari voluere. Circa Caspium quoque multa Oceani[3] littora explorata, parvoque brevius,[c] quam totus, hinc aut illinc septemtrio eremigatus. Ut tamen conjecturæ locum sic quoque non relinquat, ingens argumentum paludis Mæoticæ, sive ea illius Oceani sinus est, ut multos adverto credidisse, sive angusto discreti situ[d] restagnatio. Alio latere Gadium, ab eodem occidente, magna pars meridiani sinus ambitu Mauritaniæ navigatur hodie. Majorem quidem[e] ejus partem, et orientis, victoriæ Magni Alexandri lustravere, usque in Arabicum sinum. In quo res gerente C. Cæsare[f] Augusti filio, signa navium ex Hispaniensibus naufragiis feruntur agnita. Et Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ, navigationem eam prodidit scripto: sicut ad extera Europæ noscenda missus eodem tempore Himilco. Præterea[g] Nepos Cornelius auctor est, Eudoxum[h] quendam sua ætate, cum

Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—3 Cod. Dalec. *multo labore oceani*—4 Sabelli-

NOTÆ

thici, veteres arbitrati sunt. Vide quæ dicturi sumus VI. 15.

[c] *Parvoque brevius*] Paulo minus quam totus, sive fere totus. *Parvo* pro 'exiguo spatio' familiaris est scriptori huic locutio: 'Tam parvo,' inquit, v. 12. 'distat ibi rerum naturæ diversitas.'

[d] *Angusto discreti situ*] Ita Mss. omnes. Sive, inquit, palus hæc Mæotica septemtrionalis Oceani, modico terrarum tractu spatioque inde discreti, restagnatio ac veluti æstuarium sit.

[e] *Majorem quidem*] Quæ sequuntur ad ea verba, 'Idem nepos,' &c. Martianus exscripsit e Plinio totidem verbis, lib. VI. cap. de Rotunditate Terræ, p. 200. et 201.

[f] *C. Cæsare*] Agrippæ filio, quem Augustus adoptavit. Vide VI. 31.

[g] *Præterea*] Reliquum fere caput ad verbum Plinius hausit ex Mela III. 5. p. 55. et cap. 9. p. 63. Ea vero tametsi ridet Strabo lib. II. p. 98. tanquam a Posidonio conficta, vel temere credita, calculo tamen suo Herodotus comprobat, Melpom. pag. 237. docetque Phœnices, ab Erythræo mari solventes, Bonæ spei promontorium esse prætervectos, ac demum per columnas Herculis in Ægyptum remeasse.

[h] *Eudoxum*] Cyzicenus hic fuit, a Cnidio Mathematico, de quo dicetur in Auctorum Indice, plane diversus. Ptolemæi Evergetæ temporibus vixisse auctor est Strabo loc. cit. ejus

Lathurum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque pervectum: multoque ante eum Cælius Antipater, vidisse se, qui navigasset ex Hispania in Æthiopiam commercii gratia. Idem Nepos de septemtrionali circuitu tradit, Quinto Metello Celeri, L. Afranii [4 i] in consulatu collegæ, sed tum Galliæ proconsuli, Indos a rege Suevorum [j] dono datos, qui, ex India commercii causa navigantes, tempestatibus essent in Germaniam abrepti. Sic maria circumfusa undique dividuo globo partem orbis auferunt nobis: nec inde huc,[k] nec hinc illo pervio tractu. Quæ contemplatio, apta detegendæ mortalium vanitati, poscere videtur, ut totum hoc, quicquid est, in quo singulis nihil satis est, ceu subjectum [5] oculis, quantum sit ostendam.

LXVIII. (LXVIII.) Jam primum [a] in dimidio computari videtur, tanquam nulla portio ipsi decidatur Oceano: [1] qui toto circumdatus medio, et omnes ceteras fundens recipiensque aquas, et quicquid exit in nubes, ac sidera ipsa tot et tantæ magnitudinis pascens, quo tandem amplitudinis

---

cus emendavit, *L. Africani;* edd. vett. *C. Afranii.*—5 Gronovius, *seu subjectum.*

CAP. LXVIII. 1 *Jam primum inde mihi disputandum videtur, cum nulla portio ipsi decedat* cod. Dalec. *Inde mihi disputandum videtur, quænam portio illius ipsi decedat oceano* vet. Dalec. et Pintian. *Jam primum inde mihi disputari videtur, cum nulla portio,* &c. Salmant. et ed. Rom. Vide Not. Var. Totum h. l. ita profert Gronovius in Epistola Heinsio missa, Syllog. Ep. Tom. III. p. 47. *Jam p. i. d. mihi computari v. t. n. p. i. decedat oceano, q. t. c. oceano et omnes c. f. r. u. et q. e. i. nubes, ac s. i. et t. m. pascens. Quo t. a. spatio terra creditur*

NOTÆ

nimirum, cui Lathurus successit.

[i] *L. Afranii*] Vide Notas et Emend. num. 59.

[j] *A rege Suevorum*] Vide Notas et Emend. num. 60.

[k] *Nec inde huc*] Globum terræ veteres in duo latera sive hemisphæria diviserunt, Oceano disclusa. Qua ex opinione scripsit Plinius medio terræ globo infusum Oceanum partes terræ dividere: neque vero illinc huc, neque hinc illo transmitti posse remigio ullo velove existimabant.

[a] *Jam primum*] Ac primo quidem, inquit, totum hoc quicquid est, in quo sese ingens aperit mortalium vanitas, pro dimidio totius globi, ex terra et aqua coalescentis, computari posse vulgo creditur: perinde ac si per se non sit multo major Oceanus, aut non magna etiam hujus dividuæ partis portio ipsi decidatur Oceano, et eidem accedat: qui cum toto circumdetur medio, &c.

spatio credetur habitare? Improba et infinita debet esse tam vastæ molis possessio. Adde quod ex relicto plus abstulit cœlum. Nam cum sint[b] ejus quinque partes, quas vocant Zonas, infesto rigore et æterno gelu premitur omne, quicquid est subjectum duabus extremis, utrimque circa vertices: hunc qui septemtrio[2] vocatur, eumque qui adversus illi, austrinus appellatur. Perpetua caligo utrobique, et alieno molliorum siderum aspectu, maligna, ac pruina tantum albicans lux.[c] Media vero terrarum,[3] qua Solis orbita est, exusta flammis et cremata, cominus vapore torretur. Circa duæ tantum, inter exustam et rigentes, temperantur: eæque ipsæ inter se non perviæ, propter incendium siderum.[4 d] Ita terræ tres partes[e] abstulit cœlum: Oceani rapina in incerto est.

Sed et relicta nobis una portio, haud scio an etiam in majore damno sit. Idem siquidem Oceanus infusus in multos (ut dicemus)[5 f] sinus, adeo vicino accessu interna maria allatrat, ut centum quindecim[g] millibus passuum Arabicus sinus distet ab Ægyptio mari: Caspius vero

---

habitare?—2 Edd. vett. *hunc qui trionum septem.*—3 Chiffl. *albicans. Lux vero media terrarum.*—4 Ita codd. Dalec. et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sideris* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—5 Cod. Dalec. *ut diximus.* Sic

NOTÆ

[b] *Nam cum sint*] Quæ sequuntur usque ad cap. seq. ea fere totidem verbis Martianus exscripsit, lib. VI. p. 196. Attigerat ea multo ante Virgilius, his vulgatis versibus: ‘ Quinque tenent cœlum Zonæ,’ &c.

[c] *Albicans lux*] Vide Notas et Emendat. num. 61.

[d] *Incendium siderum*] Ita Reg. 1. 2. Chiffl. &c. non *sideris.* Censebant Stoici, quorum opinioni Plinius subscribere nunc videtur, Oceanum esse subjectum signifero circulo, per quem Sol decurrit, ejusque littoribus metas sui cursus Solem definire prædicabant: quod cum Sol igneæ sit ferventisque naturæ, humoreque pascatur, ultra citraque illius littora curriculum suum non flectat, cum terra sequatur, quæ alimentum pastumque Soli præbere non possit. Vide Macrob. in Somn. Scip. II. 6. p. 137.

[e] *Terræ tres partes*] Torridam mediam, extremasque duas gelu et frigore infestas.

[f] *Ut dicemus*] In Geographicis libris, qui hunc proxime consequuntur. Ita Mss. omnes.

[g] *Ut centum quindecim*] Vide Notas et Emend. num. 62.

CCCLXXV.[h] millibus a Pontico. Idem interfusus intrat per tot maria, quibus Africam, Europam, Asiamque dispescit, quantum terrarum occupat? Computetur[6] etiam nunc mensura tot fluminum, tantarum paludum: addantur et lacus, et stagna. Jam elata in cœlum, et ardua aspectu quoque juga: jam sylvæ, vallesque præruptæ, et solitudines, et mille causis deserta detrahantur. Hæ tot portiones terræ, immo[7] vèro, ut plures tradidere, mundi punctus,[i] (neque enim est aliud terra in universo) hæc est materia gloriæ nostræ, hæc sedes: hic honores gerimus,[8] hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuamur humanum genus, hic instauramus bella etiam civilia, mutuisque cædibus laxiorem facimus terram. Et ut publicos gentium furores transeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini cespitem nostro solo affodimus,[9 j] ut qui latissime rura metatus fuerit, ultraque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad mensuram avaritiæ suæ propagaverit, quam tandem portionem ejus defunctus obtineat!

LXIX. (LXIX.) Mediam esse mundi[1] totius haud dubiis constat argumentis: sed clarissime æquinoctii paribus horis. Nam nisi in medio esset, æquales dies noctesque

---

supra cap. 67. Paulo post, vet. Dalec. *passuum tantum Arabicus, &c.*—6 Ita ex codd. emendavit Harduin. eumque secuti sunt Miller. Bipont. et Franzius. *dum dispertit* cod. Dalec. *dispescit, multum terrarum occupat. Computetur* vet. Dalec. *dispescit. Quantum t. occupet, computetur*, Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Frankf. Leyd. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 Cod. Dalec. *deserta detrahantur terræ. Imo.*—8 Vet. Dalec. *hic h. quærimus.* Mox edd. vett. ante Harduin. *tumultuatur;* Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tumultuamur.*—9 Cod. Dalec. *ordimur;* vet. ejusdem: *affodimus. Et ut quis, &c.* Paulo post, Chiffl. *ultraque famam.*

CAP. LXIX. 1 Codd. Dalec. et Chiffl. *esse terram mundi.* Mox cod. Dalec.

NOTÆ

[h] *CCCLXXV.*] Hunc quoque numerum passuum ex quorundam sententia recitat VI. 12.

[i] *Mundi punctus*] Alludit ad acutum illud Senecæ dictum, Natur. Quæst. in Procem. lib. I. p. 831. 'Hoc est illud punctum, quod inter tot gentes ferro et igni dividitur. O quam ridiculi sunt mortalium termini,' &c.

[j] *Affodimus*] Ita Reg. 1. 2. &c. Hoc est, addimus, adjungimus, annectimus, ut una fossione aretur.

haberi non posse deprehenderunt et dioptræ,[a] quæ vel maxime id confirmant: cum æquinoctiali tempore ex eadem linea ortus occasusque cernatur, et solstitialis[a] exortus per suam lineam, brumalisque occasus. Quæ accidere nullo modo possent, nisi in centro sita esset.

LXX. (LXX.) Tres autem[b] circuli supra dictis zonis implexi inæqualitates temporum distinguunt: solstitialis a parte Signiferi excelsissima nobis, ad septemtrionalem plagam versus: contraque ad alium Polum brumalis: item medio ambitu Signiferi orbis incedens æquinoctialis.

LXXI. Reliquorum, quæ miramur, causa in ipsius terræ figura est, quam globo similem, et cum ea aquas,[1] iisdem intelligitur argumentis. Sic enim fit haud dubie, ut nobis septemtrionalis plagæ sidera nunquam occidant: contra meridianæ nunquam oriantur: rursusque hæc illis non cernantur, attollente se[c] contra medios visus terrarum globo. Septemtriones[d] non cernit Troglodytice, et confinis

sed clarissimo.—2 Ita Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Harduin. 1. τὸ *et* delent Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz.

CAP. LXXI. 1 Cod. Dalec. *et cum ea aquam.*—2 Vitruv. lib. IX. cap. 6. 7.

NOTÆ

[a] *Et dioptræ*] Διόπτρα vulgo instrumentum appellatur Geometricum, ab explorando, perspiciendoque dictum. At hoc loco nihil aliud esse quam horologium sive solarium, in quo Solis horæ umbra declarantur, ac perspiciuntur, tum ipsa loci sententia palam facit, tum etiam Martianus lib. VI. c. de Positione Terræ, p. 195. ubi hoc caput exscribens: 'Medio igitur credenda est,' inquit, 'quia postrema, quod præsertim æquinoctialis temporis interstitia manifestant: nam pares horarum metas, tam antemeridialium, quam etiam postremarum, et tam diei quam noctis, horologia manifestant. Quo documento clarum est, tantundem undique secus ab terris abesse cœlum: quod idem duobus circulis edocetur, solstitiali, et brumali. Nam utique quantum interstitii dies habet, cum cœli culmine Sol elatus illustrat, tantum spatii longior nox, cum Sol in brumam decidens repræsentat,' &c. Hæc paulo explanata uberius a Martiano lucem miram afferunt Plinianæ brevitati.

[b] *Tres autem*] Tropici duo, cum æquinoctiali circulo.

[c] *Attollente se*] Globo terræ obstante, ut dixit, cap. 10. Vide quæ dicemus cap. seq.

[d] *Septemtriones*] Quæ deinceps tractantur, ad ea verba, 'Navigantium hæc maxime,' &c. verbum verbo transcripsisse credas Martianum Capellam lib. VI. p. 193.

Ægyptus: nec Canopum [e] Italia, et quem vocant Berenices [f] crinem: [2] item quem sub Divo Augusto cognominavere Cæsaris thronon, [g] insignes ibi stellas. Adeoque manifesto assurgens fastigium curvatur, ut Canopus [h] quartam fere partem signi unius supra terram eminere Alexandriæ intuentibus videatur: eadem a Rhodo [i] terram quodammodo ipsam stringere: in Ponto omnino non cernatur, ubi maxime sublimis septemtrio. Idem a Rhodo absconditur, magisque Alexandriæ. In Arabia Novembri mense prima vigilia [j] occultus, secunda se ostendit: in Meroë solstitio

---

nec Canopum Italia, sed quem vocant Berenices crinem. Mox codd. Dalec. et Chiffl. *insignis ibi stella.* Quidam: *stella Canopus adeo manifesto surgens fasti-*

NOTÆ

[e] *Nec Canopum*] Canopus stella est in Argo navi, in temone austrino, primæ magnitudinis. De hac Manilius Plinio consentiens, lib. I. p. 7. 'Idcirco terris non omnibus omnia signa Conspicimus: nusquam invenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per Pontum veneris oras: Sed quærent Helicen,' &c.

[f] *Berenices*] Fuit Berenice Ptolemæi Philadelphi ex Arsinoë filia, cujus capillum inter sidera retulit Conon Samius, insignis Mathematicus, gratiam Ptolemæi Evergetæ, cui Berenice nupserat, aucupatus: quo de crine Callimachus carmen composuit, a Catullo deinde Latinitate donatum. Est inter ejus carmina, sextum et LX. p. 149. Sed longe est hæc stella quam Plinius hoc loco commemorat, quæcumque demum ea sit, diversa ab ea quæ vulgo Coma Berenices vocatur, et a Callimacho Catulloque describitur, et situ, et forma, et nomine: nam et australior est, et unica, et Crinis nominatur, non Coma. —'Fuit Berenice Ptolemæi Soteris sive Lagidæ conjux, ut Plinius docet, XXXVII. 32. Ejus crinem, ut Plinius, inter sidera Mathematici retulerunt: Conon inprimis, si fides est Scholiastæ Arati, a quo distichon illud Callimacho tribuitur: 'Ηδὲ Κόνων μ' ἔβλεψεν ἐν ἠέρι, τὸν Βερενίκης Βόστρυχον, ὃν κείνῃ πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.' *Ed. sec.*

[g] *Cæsaris Thronon*] Non est hæc in albo censuque stellarum, quas Astronomi recentiores numerant. Nempe multo plures in cœlo stellarum μορφάσεις Plinius agnovit, quam nostri hodie in numerato habent, ut diximus cap. 41. p. 192.

[h] *Ut Canopus*] Hæc quoque de Canopi visu Rhodi et Alexandriæ, Geminus in Elem. Astron. cap. 2. p. 13. At Petavius in notis ad Geminum, p. 407. non fere quarta parte signi unius, sed quadrante toto, hoc est, gradibus septem cum semisse, elevatum esse supra horizontem Alexandriæ probat, tum ex Hipparcho, tum ex tabularum epilogismo.

[i] *Eadem a Rhodo*] Ita Eustathius in Dionys. vs. 13.

[j] *Prima vigilia*] Nox in quatuor partes æquales, seu vigilias castrorum, dividebatur: quarum singulis ternæ fere horæ cedebant: et prima

vesperi paulisper apparet, paucisque ante exortum Arcturi [k] diebus pariter cum die cernitur. Navigantium hæc maxime cursus deprehendunt, in alia adverso, in alia prono mari, subitoque conspicuis, atque ut e freto emergentibus, quæ in anfractu pilæ [l] latuere, sideribus. Neque enim (ut dixere aliqui) [m] mundus [a] [3] hoc polo [n] excelsiore se attollit; aut undique [o] cernerentur hæc sidera: verum hæc eadem quibusque proximis [4] sublimiora creduntur, eademque demersa longinquis; utque nunc sublimis in dejectu positis videtur hic vertex, [b] sic illam terræ devexitatem transgressis, illa se attollunt, residentibus quæ hic excelsa fuerant: quod, nisi in figura pilæ, accidere non posset.

LXXII. Ideoque [2] defectus [1] Solis ac Lunæ vespertinos orientis incolæ non sentiunt: nec matutinos ad occasum

[a] *Cælum.*
[b] *In tractu terrarum boreali, qui his sideribus subjacet.*

gio cernitur, ut quartam, &c.—3 Cod. Dalec. *hic polo.* Mox, idem codex et Chiffl. *ut undique.*—4 Pintian. *proximis quibusque.* Paulo post, cod. Dalec. *in dejectum positis.*

CAP. LXXII. 1 *Ideo defectus,* omisso *que,* codex Dalecampii.—2 'Ita Mss.

NOTÆ

vigilia ab occasu Solis cœpta, desinebat post tres horas: inde secunda incipiebat, usque ad mediam noctem, &c.

[k] *Exortum Arcturi*] IX. Kalend. Mart. Vide XVIII. 65.

[l] *In anfractu pilæ*] Anfractum pilæ vocat tumorem globi terraquei. Sidera, inquit, propter tumorem terræ conspici non possunt: illa subito comparent, velut ex freto emergentibus, isto anfractu pilæ seu tumore superato.

[m] *Ut dixere aliqui*] Vide auctorem libri de Hist. Philos. apud Galen. tom. II. cap. 11. p. 35.

[n] *Hoc polo*] Septemtrionali. Fuit illa mens ignaræ vetustatis, ac poëtarum maxime, quibus ascendere dicuntur ea sidera quæ supra horizontem sese ostendunt. Ad eam se mentem Virgilius accommodat, Georg. I. 240. 'Mundus ut ad Scythiam, Riphæasque arduus arces Consurgit, premitur Libyæ devexus in austros. Hic vertex nobis semper sublimis: at illum sub pedibus Styx atra videt, manesque profundi.' Vide etiam Manilium lib. I. p. 8. 'Pars ejus ad Arctos Eminet,' &c.

[o] *Aut undique*] *Aut* idem valet quod 'alioqui.' Sic XIX. 30. 'Effodiuntur bulbi ante ver, aut deteriores illico fiunt.'

[a] *Ideoque*] Martianus, lib. VI. p. 193.

habitantes: meridianos vero sæpius. Nobili apud Arabiam[a b] magni Alexandri victoria Luna defecisse noctis secunda hora predita est: eademque in Sicilia exoriens. Solis defectum, Vipstano[c] et Fonteio coss. qui fuere ante paucos annos, factum pridie Kalendas[d] Maias,[3] Campania hora diei inter septimam et octavam sensit: Corbulo[e] dux in Armenia inter horam diei decimam et undecimam prodidit visum, circuitu globi alia et aliis detegente et occultante. Quod si plana esset terra, simul omnia apparerent cunctis, noctesque non fierent inæquales: nam æque aliis,[4 f] quam in medio sitis, paria duodecim horarum in-

edd. quoque veteres et eruditus Harduinus in altera sua editione. In priore, medias editiones secutus, emendaverat *Arbela*. At Plinius scripsit *Arabiam*, quod Arbelitis, ubi Arbela, contribueretur Arabiæ.' *Brotier.* *apud Arbela* exhibent Ald. Junt. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. Gronov. et Harduin. 1.—3 Nonnullæ vett. *undecimo Calendas Maias*, astipulante etiam Martiano, qui de hac ipsa loquens eclipsi, in diem XI. Kalend. Maias eam incidisse ait.—4 Cod. Dalec. *neque aliis;* et sic quædam edd. vett. *neque alias* Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *nam æque aliis* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Vide Not. Delph. Mox, *quæ nunc in omni* Lugd. 1548. 1563. 1587. 1606. Leyd. 1582. 1635. 1669. Frankf. Dalec. Elz. et Gronov. *quæ nunc non in omni* Venett. Parm. Tarvis. Brix. Rom. al. et recentt. post Harduin. Var. lect. *qua nunc*, &c. quam citat Franzius, error est typothetarum in ed. Harduin. 2.

NOTÆ

[b] *Nobili apud Arabiam*] Hanc Lunæ defectionem retulit Petavius Doctr. Temp. X. 35. pag. 211. ad annum secundum Olymp. CXII. quo Archontem Athenis fuisse Aristophanem scribit Diodorus Siculus: nocte XX. diem Septembris insequente. Consentiunt Scaliger et Ricciolus: iste tom. I. Almag. pag. 365. ille Emend. Temp. lib. V. pag. 420. ubi Ciceronem, Plutarchum, et Arrianum erroris arguit, in assignando defectionis hujusce die, —' At quem Lunæ defectum Plinius hic describit, contigit is omnino A. U. C. CCCCXXX. ante Chr. CCCXXIV. die 8. Maii, hora secunda noctis, Luna exoriente in Sicilia.' *Ed. sec.* Vide Notas et Emend. num. 63.

[c] *Vipstano*] Vide Notas et Emend. num. 64. Tacitus lib. XIV. Annalium hanc defectionem Solis annumerat inter prodigia ob necatam a Nerone matrem Agrippinam.

[d] *Pridie Kalendas*] Ita Reg. 1. codex, totidem literis. Reg. alter, *II. Kalend.* Martianus, qui Plinii epitomen fecit, *XI. Kalendas.* Sed hunc errare admonet Ricciolus tom. I. Almag. pag. 367.

[e] *Corbulo*] A Nerone in Armeniam summo cum imperio missus. Vide Dionem lib. LXII. pag. 710. et Tacitum, Annal. XIV. pag. 228.

[f] *Nam æque aliis*] Reg. 2. codex, *nam aliis:* ceteris, *n eque*, per notarum compendia, pro *nam æque*, ita loci postulante sententia. Mss. deinde omnes, editique, *nunc non in omni par-*

tervalla cernerentur, quæ nunc non in omni parte simili modo congruunt.

LXXIII. (LXXI.) Ideo nec nox diesque quævis eadem toto orbe simul est, oppositu globi noctem, aut ambitu diem afferente. Multis hoc cognitum experimentis. In Africa Hispaniaque, turrium Hannibalis: in Asia vero propter piraticos terrores, simili specularum præsidio excitato: in quis prænuntiativos[1] [a] ignes sexta hora diei accensos, sæpe compertum est, tertia noctis [b] a tergo ultimis visos.[a] Ejusdem Alexandri cursor Philonides,[c] ex

[a] *Ignes, qui piratas adesse nuntiabant, meridie in illis locis accensos, sæpe compertum est, tertia noctis hora visos esse ab ultimis navibus, quæ ad persequendos piratas ex Africa Hispaniaque profectæ meridie, cum ibi ignes illi accenderentur, et versus ortum pergentes, post tergum respiciebant, postquam illis novem horis leucas totidem mari confecissent. Atque idem compertum est de his qui ex Asia solventes, versus occasum, post tergum respicerent ignes ibi accensos meridie, cum inde discederent.*

CAP. LXXIII. 1 Vet. ap. Dalec. et Erasm. *prænuncios*; Pintian. legit *prænuntiaturos*; antiquissimæ edd. *prænuntiatos*; Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

te exhibent, ante Frobenium, qui prior *non* expunxit.

[a] '*Prænuntiativos*] Ita recte videtur Frobenius emendasse; quamvis libri veteres et vetustæ editiones habent *prænuntiatos*.' Ed. sec.

[b] *Tertia noctis*] Nihil hic moror Alciatum, qui Parergon x. 3. pag. 173. tom. VI. oper. ut minus incredibile hoc Plinii dictum videatur, ait hoc loco sextam horam diei non pro meridie, ut fit, accipi oportere: sed a meridie in meridiem definito die, ut Umbris in more fuisse dicetur cap. 79. pro ipso Solis occasu. Nihil opus istis ambagibus, ubi sunt omnia per se perspicua, lucisque plenissima, ut vel ex interpretatione nostra liquet. —'Ex eo enim, quod profectæ naves ex Hispania versus ortum, postquam meridie inde solvissent, ubi viderant ignes accendi, post horas novem seu leucas totidem, atque adeo in nocte viderent eosdem ignes, recte Plinius colligit terram esse rotundam. Nam si plana foret, tam in luce plena post novem leucas vel horas viderentur ignes, quam quando sunt primum accensi. Ostensus est mihi nuperrime locus in Dictionario Baylii, in quo Plinianis verbis sensum affingit plane insulsum, qui nemini homini sano venire possit in mentem. Plinium enim censet arbitrari, ignes accensos alicubi meridie, eodem momento temporis alibi videri tertia noctis hora; hoc est, leucis MCXXV. ab eo loco, in quo sunt accensi. At ab hac amentia Plinius longe abfuit.' *Ed. sec.*

[c] *Philonides*] De quo rursum dicetur VII. 20. '*Ἡμεροδρόμους* vocant Græci,' inquit Livius, XXXI. pag. 374.

Sicyone Elin mille et ducenta stadia [d] novem diei confecit horis: indeque, quamvis declivi itinere, tertia noctis [e] hora remensus est sæpius. Causa,[2] quod eunti cum Sole iter erat: eundem remeans obvium contrario præterverte-bat [f] occursu. Qua de causa ad occasum navigantes, quamvis brevissimo die, vincunt spatia nocturnæ naviga-tionis, ut Solem ipsum comitantes.

LXXIV. (LXXII.) Vasaque [g] horospica [1] non ubique ea-dem sunt usui, in trecentis stadiis, aut, ut longissime, in quingentis, mutantibus semet umbris Solis. Itaque umbi-lici (quem gnomonem appellant) umbra, in Ægypto meri-diano tempore, æquinoctii die, paulo plus quam dimidiam gnomonis mensuram efficit. In urbe Roma nona pars [h]

prænuntiativos.—2 Cod. Dalec. *reversus est. Causa*, omisso *sæpius*: et mox, *eundemque remeans, &c.*

CAP. LXXIV. 1 'Ita codd. Regg. 1. 2. 5. et Ed. pr. Frustra in editionibus recentioribus emendatum, *horoscopa*.' Brotier. *horoscopa* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Frankf. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *horospica* codd. Tolet. et Salmant. Mox, Longolius

NOTÆ

'ingens die uno cursu emetientes spa-tium.'

[d] '*Mille et ducenta stadia*] Passuum sunt centum quinquaginta millia, leu-cæ horariæ quinque et viginti.' *Ed. sec.*

[e] *Tertia noctis*] Etiam cum toto die cucurrisset, conficere tamen iter non potuit ante tertiam noctis horam, quod antea novem diei horis erat emensus.

[f] *Prætervertebat*] Offendebat. Con-trario nimirum motu, quam quo Sol ferebatur, hoc est, aversa ab occiduo Sole fronte, ad ortivum progredieba-tur: celerius autem videntur ii pro-gredi, qui secundum Solem iter fa-ciunt, quam qui eodem adverso. Illis enim versus occasum procurrentibus, tardius Sol occidit: habentque illi idcirco diem longiorem. Isti, dum contra ortum feruntur, relinquuntur a Sole: qui citius iisdem occultatur: sic diem ii versa vice habent brevio-rem.

[g] *Vasaque*] Hæc Martianus totidem verbis lib. VI. pag. 194. Alia demon-stratio est rotunditatis terræ, a di-versitate umbræ gnomonis repetita. Vasa horiscopa appellat horologia in plano descripta, horizonti ad li-bellam respondentia. Vasa dicuntur, quod area, in qua lineæ ducebantur, labri interdum instar et conchæ erat, cujus in margine describebantur ho-ræ. Horoscopa, ab ὥρα et σκοπέω, hoc est, ab *inspiciendis horis*. Quia in his vasis, inquit, umbra gnomonis mutatur, usum illorum quoque mutari necesse est, ubi sunt in alium locum translata, ubi non est eadem elevatio poli. Hæc autem poli diversa eleva-tio oritur ex tumore terræ.

[h] *Nona pars*] Ita Vitruvius IX. 8. pag. 197. 'Sol,' inquit, 'æquinoc-tiali tempore, Ariete Libraque ver-

gnomonis deest umbræ. In oppido Ancona [2] superest quinta tricesima. In parte [i] Italiæ, quæ Venetia appellatur, eisdem horis umbra gnomoni par fit.

LXXV. (LXXIII.) Simili modo tradunt in Syene oppido, quod est supra Alexandriam quinque millibus [a] stadiorum,[1] solstitii die [b] medio nullam umbram jaci: puteumque, ejus experimenti gratia factum, totum illuminari. Ex quo apparere, tum Solem illi loco supra verticem esse: quod et in India supra flumen Hypasin fieri tempore eodem Onesicritus scripsit.[2] Constatque in Berenice,[c] urbe Troglodytarum, et inde stadiis quatnor millibus DCCCXX.[d] in eadem gente, Ptolemaide [e] oppido, quod in margine Rubri maris ad pri-

---

aliique, *eidem sunt usui.* Chisian. *eadem sunt usui, in tricenis, &c.*—2 Ita Regg. Brot. 1. 2. 5. cod. Dalec. Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasmi, al. vett. ante Pintian. qui ex codd. quibusdam et Prisciano edidit, *Ancone.* Hoc receperunt Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Milier. Bipont. et Franz. Mox, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *superest quinta. Decima in parte Italiæ*, improbante Brotier. *superest quinta trecesima* cod. Dalec. *superest quinta trigesima* Ald. Junt. Basil. Dalec. Lugd. Erasmi, Lugd. 1606. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *superest quinta tricesima* Regg. Brot. 1. 2. 5. alii codd. a Rezzonico laudati, Ed. pr. Venett. et Rom.

CAP. LXXV. 1 Chiffl. *stadium.*—2 In eodem codice, *Onesicritus scribit.*—

NOTÆ

sando, quas ex gnomone partes habet novem, eas umbræ facit octo, in declinatione cœli, quæ est Romæ.' Hoc est, si gnomonis longitudo dividatur in novem partes, meridiano tempore, (nam de sola umbra meridiana agitur, sive quam rectam vocant,) umbra gnomonis habebit tantum octo partes Romæ: sive erunt gnomonis partes novem: umbræ, octonæ.

[i] *In parte*] Vide Notas et Emend. num. 65.

[a] *Quinque millibus*] Totidem numerat Strabo lib. II. p. 114. Efficiunt ea stadia passuum millia DCXXV.

[b] *Solstitii die*] Hoc etiam Pausanias refert in Arcad. lib. VIII. p. 518. Lucan. II. 587. 'Umbras nusquam flectente Syene.' Vide etiam Strab. lib. II. p. 114. Et de puteo Syenes, qui Meridie nullam umbram facit, Arrianus in Ind. p. 559. 'Ex eo manifestum est oppidum Syenen esse sub ipso Tropico Cancri, grad. 23. 30′. Latitudinis septemtrionalis.' *Ed. sec.*

[c] *Berenice*] Steph. p. 160. Βερενίκη ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ. De Berenice narrat hoc ipsum Strabo lib. II. p. 133.

[d] *Quatuor mill. DCCCXX.*] Sunt passuum millia DCII. ut Plinius ait VI. 34. ubi hæc eadem rursus tractantur.

[e] *Ptolemaide*] Hæc Ptolemais ἐπὶ θήρας, et Πτολεμαὶς πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων est cognominata, apud Strab. lib. XVI. pag. 770. De ejus

mos[3][f] elephantorum venatus conditum est, hoc idem ante solstitium quadragenis quinis diebus, totidemque postea fieri, et per eos XC.[g] dies in meridiem umbras jaci. Rursus in Meroë, (insula hæc,[h] caputque gentis[4][i] Æthiopum, quinque millibus[j] stadiorum a Syene in amne Nilo habitatur,) bis anno absumi umbras, Sole duodevicesimam Tauri partem, et quartamdecimam Leonis obtinente. In Indiæ gente Oretum,[k] mons est Maleus nomine, juxta quem umbræ æstate in austrum, hyeme in septemtrionem jaciuntur. Quindecim tantum noctibus ibi apparet Septemtrio. In eadem India Patalis[5] celeberrimo portu, Sol dexter[l] ori-

3 *Rubri maris primum* Salmasius p. 424. Mox cod. Dalec. *totidemque post fieri.*—4 Ita codd. Tolet. et Harduini, item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Meroë Insula, quæ est caput gentis* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Dalec. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Meroë, insula, hæc quæ est et caput gentis* Chiffl. Mox in eodem codice, *et quinque m. stadium.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffl. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Patales* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Leyd. Frankf.

NOTÆ

situ dicemus VI. 34.

[f] *Ad primos*] Ptolemæi duo, Philadelphus et Evergetes, primi fuere Græcorum, qui elephantorum venationem in his oris instituerint. Auctor Agatharchides, lib. I. de Mari Rubro, apud Photium, cod. 250. p. 1322. Πτολεμαῖόν φασι, τὸν μετὰ τὸν Λάγου, πρῶτον ἐλεφάντων θήρων συστήσασθαι. Frustra Salmasius pag. 424. corrigit, *primum, ad eleph.*

[g] *Et per eos XC.*] Vide Notas et Emend. num. 66.

[h] *Insula hæc*] Eadem de Meroë habet Strabo lib. II. p. 77.

[i] *Caputque gentis*] Strabo lib. I. p. 32. Μερόη, τὸ βασίλειον, καὶ μητρόπολις τῶν Αἰθιόπων.

[j] *Quinque millibus*] Hoc est, ut diximus, DCXXV. mill. pass. quo intervallo distare Syenen a Meroë scribit Strabo lib. II. p. 114. et Eratosthenes apud Plinium VI. 35. 'Ex eo inter Syenen et Meroën intervallo, quale est inter Alexandriam et Syenen, et ex tempore, quo mox dicturus est Plinius in Meroë absumi umbras, recte conficit D. Delisle, in Historia Academiæ Regiæ Scientiarum, anni 1708. Meroën insulam statui debere grad. circiter 16. 30′. latitudinis Borealis.' *Ed. sec.*

[k] *Oretum*] De Oritis VI. 25. At cap. 22. ejusdem libri, hoc ipsum retractans de Maleo monte, Suaris illum attribuit, non Oretis. 'In interiore situ,' inquit, 'Monedes et Suari, quorum mons Maleus, in quo umbræ ad Septemtrionem cadunt hyeme, æstate in austrum, per senos menses. Septemtriones eo tractu semel in anno apparere, nec nisi XV. diebus, Bæton auctor est,' &c. Alii fortasse hi Oretæ ab Oritis de quibus VI. 25. etsi a suo monte quem incolunt, utrique Ὀρεῖται fortassis appellati sunt. Vide quæ ea de re dicturi sumus, VI. 22.

[l] *Sol dexter*] Si dextrum Plinius occiduam mundi plagam intellexit,

tur, umbræ in meridiem cadunt. Septemtrionem, ibi Alexandro morante, annotatum prima tantum[m] noctis parte aspici. Onesicritus dux ejus scripsit, quibus in locis Indiæ umbræ non sint,[n] septemtrionem non conspici, et ea loca appellari ascia,[o] nec horas dinumerari ibi.

LXXVI. (LXXIV.) At in tota Troglodytice umbras bis[p] quadraginta quinque diebus in anno Eratosthenes in contrarium cadere prodidit.

LXXVII. (LXXV.) Sic fit,[a] ut, vario lucis incremento, in Meroë longissimus dies XII. horas[b] æquinoctiales, et octo partes unius horæ colligat: Alexandriæ[c] vero XIV. horas: in Italia quindecim: in Britannia XVII. ubi æstate lucidæ noctes[d] haud dubie repromittunt id,[1] quod cogit ratio credi,

---

Elz. et Gronov.—6 Margo Dalec. et Gronov. *annotatum, sed princ.*

CAP. LXXVII. 1 Margo ed. Dalec. et Gronov. *noctes, angusto lucis ambitu subjecta terræ, haud dubia repromittunt id.* Ibid. *mundi continuos, &c.* Vide Not. Var. Mox, Pintianus, vetusti codicis fidem secutus, legit *senis diebus.*

NOTÆ

usi cap. 6. et 55. secutus hoc loco videtur scriptores sideralis scientiæ parum peritos. Neque enim his Indiæ incolis aliter fere quam nobis æstate Sol oritur: umbræ licet meridiana hora versus austrum projiciantur: cum inter Tropicum Cancri, et æquinoctialem circulum ii sedem habeant. Si vero Poëtarum more locutus, septemtrionem dextrum vocat, ut sinistram Lucanus III. 248. meridianam partem, cum Arabes *ἀμφισκίους* in eodem cœli tractu sitos, qui cis Tropicum Pompeio venerant auxilio, mirari ait umbras suas nunquam ire sinistras, hoc est, nunquam in austrum projici medio die, iis diebus quibus Sol progreditur ad Tropicum Cancri; haud satis sibi constans in ejus acceptione vocis videtur.

[m] *Prima tantum*] Prima vigilia, de qua diximus cap. 71. Habet hæc quoque Martianus lib. VI. p. 193.

[n] *Umbræ non sint*] Medio die, Sole eorum verticem lustrante.

[o] *Ascia*] Ἀπὸ τῆς σκιᾶς, quæ vox *umbram* sonat, et *a* quod στερητικὸν seu privativum vocant. Ascia loca sunt, ubi in meridie nullam umbram rectam gnomones projiciunt, Sole tum eorum vertici imminente.

[p] *Umbras bis*] Ἀμφίσκιοι Græcis dicuntur, quorum umbræ alternatim australes, ac boreales sunt, prout Solem habent modo ad austrum, modo ad boream deflectentem a vertice. Iidem ascii dicti, hoc est, carentes umbris, quod bis in anno illis evenit, medio die, ut diximus.

[a] *Sic fit*] Hæc Martianus totidem fere verbis lib. VI. p. 194.

[b] *XII. horas*] Strabo lib. II. pag. 133. ait *tredecim.* Τοῖς δὲ κατὰ Μερόην καὶ Πτολεμαΐδα τὴν ἐν τῇ Τρωγλοδυτικῇ, ἡ μέγιστη ἡμέρα ὡρῶν ἰσημερινῶν ἐστι τρισκαίδεκα. Martianus Plinium secutus: *duodecim, et bessem.*

[c] *Alexandriæ*] Consentit Strabo loc. cit. De Italia item, p. 134.

[d] *Lucidæ noctes*] Unde poëta, 'Mi-

solstitii diebus[e] accedente Sole propius verticem mundi, angusto lucis[f] ambitu, subjecta terræ continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diverso ad brumam remoto. Quod fieri in insula Thule, Pytheas Massiliensis scripsit, sex dierum navigatione in Septemtrionem a Britannia distante: quidam vero et in Mona,[g] quæ distat a Camaloduno[a h] Britanniæ oppido circiter ducentis millibus affirmant.

LXXVIII. (LXXVI.) Umbrarum hanc rationem, et quam vocant gnomonicen,[i] invenit Anaximenes[j] Milesius, Anaximandri (de quo diximus[k]) et Thaletis discipulus: primus-

Longolius, *binis mensibus*.—2 '*Camalduno* codd. omnes, quos vidimus, et vetustæ editiones Romana, Parmensis, Tarvisina,' &c. *Harduin.* Ita Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *Camoladuno* cod. Dalec. *Camulodumo* Tacitus Annal. XII. 32. *Camalodumo* Basil. Lugd. Elz. Gronov. et Harduin. 1. *Camoludono* Ptolemæus ap. Pintian.

NOTÆ

nima contentos nocte Britannos' circulus ille, quem Sol describit solstitii diebus, cum supra horizontem attollitur, cernitarque ab iis, qui septemtrionales sive polares mundi tractus incolunt, ubi sunt cardines mundi, minimique sive extremi siderum ambitus, ut Plinius loquitur IV. 26.' *Ed. sec.*

[e] *Solstitii diebus*] Cave putes his verbis dies tantum aliquot designari citra ultraque solstitium. Totum illud spatium intellige, quod, ut ait ipse IV. 26. ab æquinoctio verno in autumnum interjacet, cum signa borealia Sol perlustrat, cum solstitium fit, et dies amœniores sunt. Quemadmodum e contrario Solem ad brumam remotum dicit, cum australia percurrit, quo tempore bruma maxime dominatur, et tristis hyems. Sensisse ita sane Plinium oportuit: quid senserit tamen, opportunius dicemus, IV. 26. Vide Notas et Emend. num. 67.

[f] *Angusto lucis*] Angusta exiguaque luce manente: etiam Sole, cum occidit, averso, ultra Septemtriones, modicumque infra horizontem abdito. *Subjecta terræ* Plinius plagam vocat cœlo Solique in eo terrarum tractu subjectam.—' Exiguus enimvero est

[g] *Mona*] De ea IV. 30.

[h] *Camaloduno*] Colonia Camolodunum Tacito Annal. XII. pag. 181. Apud Gruter. pag. 439. COLONIÆ VICTRICENSIS. QUÆ. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODUNI. Hodie deminuta voce, *Maldon* vocant, teste Cambdeno. Neque est *Colcestria*, ut alii volunt.

[i] *Gnomonicen*] Rationem deprehendendi horas ex stylo, umbra indicante.

[j] *Anaximenes*] Quem Anaximandri discipulum fuisse confirmat quoque Cicero Acad. Quæst. lib. IV. pag. 79. Milesium, Laërtius.

[k] *De quo diximus*] Cap. 6.

que [l] horologium, quod appellant sciothericon,[m] Lacedæmone ostendit.

LXXIX. (LXXVII.) Ipsum diem alii aliter observavere. Babylonii[n] inter duos Solis exortus: Athenienses[o] inter duos occasus: Umbri[p] a meridie in meridiem: vulgus omne a luce ad tenebras: sacerdotes Romani, et qui diem diffiniere[q] civilem,[q] item Ægyptii, et Hipparchus, a media nocte in mediam. Minora autem [2r] intervalla esse lucis inter ortus Solis juxta solstitia, quam æquinoctia, apparet:

CAP. LXXVIII. 1 Pintian. ex Laërt. *quem vocant gnomonem, invenit Milesius Anaximander, de quo diximus, primusque, &c.* et sic Vitruv. VI. 4. 8. in Vita Anaximandri. Vet. Dalec. *de quo diximus et Thaletis, &c.* 'Ita Reg. 5. Editio princeps et Cl. Rezzonicus. Id quoque additum in margine Reg. 2. Gelenius, deinde alii omisere. At potuit Anaximenes esse primum Thaletis, deinde Anaximandri discipulus.' *Brotier. et Thaletis* delent Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

CAP. LXXIX. 1 Cod. Dalec. *et qui diem finiere.*—2 *Minora majorave, &c.*

NOTÆ

[l] *Primusque*] Gnomonis inventum quiro. Hunc Atheniensium morem Laërtius lib. II. Anaximandro ipsi adjudicat: discipuli forte laudem in magistrum derivans, a quo quæ inchoàta acceperat, arte ille industriaque perfecit. Cum Laërtio Suidas facit, pag. 241.

[m] *Sciothericon*] Quo deprehenduntur ad umbram horæ. Σκιόθηρον et Σκαφίδας Græcis, ab indaganda umbra. Vide Notas et Emend. num. 68.

[n] *Babylonii*] Hoc ex Varrone, libro Rerum Humanarum, quem de diebus scripsit, apud Gellium III. 2. pag. 208. et Macrobium Saturn. I. 3. pag. 195. Censorinus cap. 23. pag. 170. Isidorus Orig. v. 30. Ita hodieque compntant Baleares et Norimbergenses.

[o] *Athenienses*] Ita Varro, et Censorinus, locis citatis. Quibus igitur auctoribus scripserit Isidorus, loc. cit. diem secundum Ægyptios inchoare ab occasu Solis, et secundum Athenienses a sexta hora diei, adhuc reservant hodieque Austriaci, Poloni, Sinenses: maximeque Itali, unde nomen Horis Italicis.

[p] *Umbri*] De Umbris et Romanis eadem rursum Varro et Censorinus, loc. cit. Hujus moris causas investigat Plutarchus in Quæst. Rom. pag. 284. Secuti sunt Arabes, et plerique Astronomi: unde horæ Astronomicæ appellatæ.

[q] *Civilem*] Gellius loc. cit. p. 212. 'Diem, quem Romani civilem appellaverunt, a sexta noctis hora oriri' ait, hoc est, a media nocte.

[r] *Minora autem*] Solis, inquit, infra finitorem circulum mora, quæ noctem facit, atque intervalla lucis, minor est, juxta solstitia, hoc est, juxta æstivum Tropicum, quam juxta æquinoctia. Quia signifer circulus circa mediam sui partem declivior est versus austrum, minoremque facit cum finitore angulum: circa solstitium vero, erectior, sublimior, majorque cernitur, et revera est.

quia positio Signiferi circa media sui obliquior est: juxta solstitium vero rectior.

LXXX. (LXXVIII.) Contexenda sunt his cœlestibus nexa causis.[a] Namque Æthiopas vicini sideris vapore[b] torreri, adustisque similes gigni, barba et capillo vibrato,[a] non est dubium. Et adversa plaga mundi, atque glaciali, candida cute esse gentes, flavis promissas crinibus: truces vero ex cœli rigore has, illas mobilitate hebetes:[b] ipsoque crurum[c] argumento,[2] illis in supera succum revocari, natura vaporis:[c] his in inferas partes depelli, humore deciduo. Hic graves feras, illic varias effigies animalium provenire, et[3] maxime alitum, et in multas figuras gigni volucres. Corporum autem proceritatem utrobique, illic ignium nisu, hic humoris alimento. Medio vero terræ salubris utrimque mixtura,[4] fertilis ad omnia tractus, modicus corporum habitus, magna et in colore temperies, ritus molles, sensus liquidus, ingenia fœcunda, totiusque naturæ capacia. Iisdem imperia, quæ nunquam extimis gentibus fuerint: sicut ne illæ quidem his

[a] *Ea quorum causa ratioque connexa est cum cœlestibus.* [b] *Solis ardore.*
[c] *Vi caloris.*

Chiffl.—3 In eodem codice: *juxta s. autem rectior.*

CAP. LXXX. 1 'Cœlius Rhodig. Antiq. Lect. III. 12. legit, *has et illas mobilitate hebetes.* Lege: *truces ex cœli rigore et has. Illas verò,*' &c. Dalec. *truces v. ex c. rigore, has et illas,* &c. edd. vett. ante Harduin. qui ex codd. suis nostram lectionem restituit.—2 Chiffl. *criniumque ipsorum argumento;* vet. Dalec. *ipsorumque crinium argumento;* edd. vett. Venett. Rom. Parm. Brix. aliæ ante Gelenium, *ipsoque crinium,* &c. et sic ed. Elz. ex codd. Laet.—3 Conjunctionem *et* redundare putat Dalecampius.—4 Vet. Dalec. *salubri utrinque mistura.* Paulo post Gronov. *tractus, modicus eorum habitus. Magna*

NOTÆ

[a] *Vibrato*] Torto. Auctor Moreti: 'Afra genus, tota patriam testante figura, Torta comam, labroque tumens, et fusca colore.' Hoc crinium discrimen geminum Lucanus expressit X. 131. 'Pars tam flavos gerit altera crines, Ut nullas Cæsar Rheni se dicat in arvis Tam rutilas vidisse comas: pars sanguinis usti Torta caput, refugosque gerens a fronte capillos.'

[b] *Mobilitate hebetes*] Ignea cœli aërisque mobilitate, quæ in his plagis potissimum viget. Hanc cœli Æthiopici mobilitatem iterum commemorat, VI. 35. Prius legebatur, *has et illas mobilitates habentes,* nullo plane sensu.

[c] *Ipsoque crurum*] Vide Notas et Emend. num. 69.

paruerint, avulsæ, ac pro immanitate[d] naturæ urgentis illas, solitariæ.

LXXXI. (LXXIX.) Babyloniorum placita, motus terræ, hiatusque, et cetera omnia, vi siderum [1] existimant fieri, sed illorum trium,[a] quibus fulmina assignant: fieri autem, meantium cum Sole, aut congruentium, et maxime circa quadrata mundi.[a] Præclara quædam esse et immortalis in eo, si credimus,[2] divinitas perhibetur Anaximandro Milesio physico, quem ferunt Lacedæmoniis prædixisse, ut urbem [3] ac tecta custodirent:[b b] instare enim motum terræ, cum et urbs [4] tota eorum corruit, et Taygeti montis magna pars ad formam puppis eminens abrupta, cladem insuper eam ruina pressit.[5] Perhibetur et Pherecydi Pythagoræ doctori [6] alia conjectatio, sed et illa divina: haustu aquæ [c] e puteo

[a] *Vel quando meant cum Sole, in conjunctione cum eo, vel quando cum eo conveniunt in aspectu, maxime vero in quadrato, qui fit cum distant a Sole quarta mundi, sive cœli parte.* [b] *Caverent.*

et in colore temperies. Ritus, &c.—5 In eodem codice, *fuerunt;* et mox, *his paruerunt, a. ac pro pronitate, &c.* Vet. exempl. Erasmi etiam, *pronitate;* Chisian. *unitate.*

CAP. LXXXI. 1 Chiffl. *siderum vi.*—2 *Præclara quædam et immortalis, si credimus, &c.* omissis vocibus, *in eo*, codd. Dalec. vet. et vet. exempl. Erasmi. τὸ *esse* omittunt etiam codd. ap. Laet. Mox pro *Anaximandro*, Dalec. *Anaximene*, ex Arist. Meteor. lib. II.—3 Dalec. *ne urbem* e Cic. de Divin. lib. I.—4 Cod. Dalec. *terræ: et tum urbs.*—5 In eodem codice: *clades eam, insuper et ruina oppressit.*—6 Ita Chiffl. Tolet. Salmant. aliique codd. Harduini. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Pherecydis Pythagoræ doctoris* Ald. Junt. Basil.

NOTÆ

[d] *Pro immanitate*] Pintiano magis placet legi *pronitate*. Sed perinde est. Ultimæ gentes, inquit, quemadmodum imperare diu nequeunt, virium defectu, aut prudentiæ, ita nec parere, cum sint avulsæ a nobis, atque in alium orbem quasi relegatæ. Quin si aditus aliquis pateret, tamen sive illa immanitas, peregrinitasque, sive pronitas naturæ subduceret eas a nobis, ac summoveret. In Chiffl. cod. ac Reg. 2. *pro unitate*: haud improbabili sententia, ut sit intellectus, a natura ipsa, quæ horum tractuum unitati pacique consulat, arceri ac summoveri a commercio nostro gentes eas solitarias ac feras. De hoc argumento vide Photium in Bibl. cod. CCXLIX. in Vita Pythagoræ.

[a] *Sed illorum trium*] Saturni, Jovis, ac Martis, uti dictum est cap. 18.

[b] *Custodirent*] Vide Notas et Emend. num. 70.

[c] *Haustu aquæ*] Hoc vaticinium Ammianus Marcell. lib. XXII. p. 236. ascribit Anaxagoræ, quem 'dum putealem limum contrectaret, tremores futuros' ait 'prædixisse terræ.' Eu-

præsensisse, ac prædixisse[7] ibi terræ motum. Quæ si vera sunt, quantum a Deo tandem videri possunt tales distare, dum vivant?[8] Et hæc quidem arbitrio cujusque existimanda relinquantur: ventos in causa[d] esse non dubium reor. Neque enim[e] unquam intremiscunt terræ, nisi sopito mari, cœloque adeo tranquillo, ut volatus avium non pendeant,[f] subtracto omni spiritu qui vehit: nec unquam, nisi post ventos, condito scilicet in venas et cava ejus occulta flatu.[g 9] Neque aliud est[g] in terra tremor, quam in nube tonitruum: nec hiatus aliud, quam cum fulmen erumpit: incluso spiritu luctante, et ad libertatem exire nitente.

[e] *Vento in terræ concava abdito.*

Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—7 Hæc duo vocabula, *ac prædixisse*, desunt in cod. Dalec. Mox *ibi* deest in vett. codd. ap. Pintian. *terræ* deest in Lugd. Erasmi aliisque vett.—8 Cod. Dalec. *dum vivunt*.—9 Chiffl. *condito scilicet in venas, et cava ejus occulta flatu*; vet. exempl. Erasmi, aliusque item ap. Pintian. *condito s. i. v. et cava ejus occulta afflatu*; cod. Dalec. *calidos occultato flatu*; Ald. Junt. Basil. et Lugd. Erasmi: *conditos, scilicet in venas et cavernas eis* (al. *ejus*) *occulto afflatu*; et sic al. vett. ante Harduinum, qui ex codd. lectionem nostram recepit: et hunc secuti Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

sebius lib. x. de Præpar. Evang. Pythagoræ ipsi: Pherecydi vero, præter Tullium, de Divin. lib. II. p. 223. a quo Plinius hausit, Maximus Tyrius Serm. III. ubi hoc Sami accidisse narrat.

[d] *Ventos in causa*] Vide Notas et Emend. num. 71.

[e] *Neque enim*] Seneca Natur. Quæst. VI. 12. p. 907. 'Spiritum esse qui terram moveat, et plurimis, et maximis auctoribus placet. Archelaus antiquitatis diligens, ait ita: Venti in concava terrarum deferuntur: deinde ubi jam omnia spatia plena sunt, et in quantum aër potuit, densatus est, is qui superveniet spiritus, priorem premit et elidit ... Tunc ille quærens locum, omnes angustias dimovet, et claustra sua conatur effringere. Sic evenit, ut terræ, spiritu luctante, et fugam quærente, moveantur. Itaque cum terræ motus futurus est, præcedit aëris tranquillitas, et quies; videlicet, quia vis spiritus, quæ concitare ventos solet, in inferna sede detinetur .... Quid ergo? Nunquam flante vento terra concussa est? Admodum raro duo simul flavere venti. Fieri tamen et potest, et solet .... In hac sententia licet ponas Aristotelem, et discipulum ejus Theophrastum,' &c. Vide Arist. Meteorol. II. 8. p. 568.

[f] *Non pendeant*] Non æquabili volatu sese librent, ob summam aëris tenuitatem, sed alas crebro concutiant.

[g] *Neque aliud est*] Ut in nube, inquit, luctatione flatus aut vaporis, tonitruum editur, sic in terræ cavis aëris agitatione cietur tremor.

LXXXII. (LXXX.) Varie itaque[a] quatitur, et mira eduntur opera alibi prostratis mœnibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus: nonnunquam etiam ignibus, calidisve[b] fontibus, alibi averso[1 c] fluminum cursu. Præcedit vero[d] comitaturque terribilis sonus, alias murmur[e] similius mugitibus,[2] aut clamori humano, armorumve pulsantium fragori: pro qualitate materiæ excipientis, formaque vel cavernarum, vel cuniculi, per quem meat, exilius[f] grassante in angusto, eodem rauco in recurvis, resultante in duris, fervente in humidis, fluctuante in stagnantibus: item fremente[3] contra solida. Itaque et sine[4 g] motu sæpe editur sonus. Nec simplici modo quatitur,[5] sed tremit vibratque. Hiatus vero alias remanet, ostendens quæ sorbuit, alias occultat ore compresso, rursusque ita inducto solo, ut nulla vestigia extent, urbibus

---

CAP. LXXXII. 1 Ita codd. Dalec. Laet, et Chiffl. vet. exempl. Erasmi, et omnes codd. Harduini, item Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *adverso* edd. vett. ante Hardnin.—2 Codd. Dalec. et Chiffl. *alias murmuri similis, alias mugitibus.* Mox Chiffl. *arborumve p. fragori.* Paulo post Salmant. *vel cuniculi, per quem fit exitus.*—3 Codd. Dalec. et vet. ejusdem, item Chiffl. et Salmant. *recurvis, resultante in duris, fremente in humidis, fluctuante in stagnantibus, fervente, &c.* cod. ap. Laet. etiam *fervente*, unde ille conj. *frangente.* —4 *Quandoque et sine* cod. Dalec. *sine metu* errore operarum in ed. Hardnin. 2. quod, de more, recepit Franz. cum var. lect. *motu.*—5 Edd. vett. ante Hardnin. *quatitur unquam;* particula *unquam* deest in codd. Dalec. et edd. Harduin. 1.

NOTÆ

[a] *Varie itaque*] Hæc ex Arist. de Mundo, cap. 4. p. 608.

[b] *Calidisve*] Quales circa Ædepsum simili ex causa prodiere, teste Arist. Meteorol. II. 8. p. 566. Διὸ καὶ τὰ θερμὰ τὰ περὶ Αἴδεψον ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας γέγονε.

[c] *Alibi averso*] Ita Mss. omnes, non, ut editi, *adverso.* Vide XXXI. 30.

[d] *Præcedit vero*] Ex Arist. Meteorol. II. 8. p. 569.

[e] *Alias murmur*] Seneca VI. 13. p. 908. 'Ideoque,' ait, 'antequam terra moveatur, solet mugitus audiri, ventis in abdito tumultuantibus: nec enim aliter posset, ut ait noster Virgilius: 'Sub pedibus mugire solum, et juga celsa moveri,' nisi hoc esset opus ventorum,' &c.

[f] *Exilius*] Hoc ad sonum referri debet, qui tum editur, cum per angustum foramen spiritus meat. Nam si de vi agitur vehementiaque concussus, secus se res habet. 'Per aliquam rimam maligne fugit,' inquit Seneca loc. cit. cap. 14. 'et hoc acrius fertur, quo angustius.' Hunc locum ex vett. codd. aliter interpunximus, quam libri hactenus editi: Plinius ex Arist. hausit, loc. cit.

[g] *Itaque et sine*] Arist. loc. cit.

plerumque devoratis, agrorumque tractu hausto. Maritima[h] autem maxime quatiuntur. Nec montuosa[6 i] tali malo carent. Exploratum est mihi, Alpes, Apenninumque[7] sæpius tremuisse. Et autumno ac vere terræ crebrius moventur, sicut fiunt fulmina. Ideo Galliæ[j] et Ægyptus minime quatiuntur: quoniam hic æstatis causa obstat, illic hyemis. Item noctu sæpius, quam interdiu. Maximi autem motus existunt matutini, vespertinique: sed propinqua luce crebri: interdiu autem circa meridiem. Fiunt et Solis[k] Lunæque defectu,[8] quoniam tempestates tunc sopiuntur. Præcipue vero, cum sequitur imbrem æstus, imbresve æstum.

LXXXIII. (LXXXI.) Navigantes quoque sentiunt non dubia conjectura, sine flatu intumescente fluctu subito aut quatiente icti.[1 l] Intremunt vero et in navibus posita, æque quam in ædificiis, crepituque prænuntiant: quin et volu-

2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita Chiffl. omnes Harduini codd. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *montosa* edd. vett. ante Harduin.—7 *Apennias* codex Dalecampii; *Pœnias* Longol.—8 *Fiunt et lunæ defectu* Pintian. ex Aristot. Mox *imberve æstum* margo edd. Dalec. et Gronov.

Cap. LXXXIII. 1 Codd. Reg. Hard. 2. Chiffl. aliique ap. Laet. item ed.

NOTÆ

[h] *Maritima*] Reliquum fere caput de verbo translatum ex Arist. loc. cit. p. 567. ubi singularum rerum causas explanat uberrime.

[i] *Nec montuosa*] Ita Mss. omnes, non *montosa*. Vide Senecam loc. cit. cap. 26. p. 912.

[j] *Ideo Galliæ*] Narrat Monstreletius, an. 1424. Provinciæ Narbonensis tractum motu concussum. Sed Galliæ nomine apud Plinium Narbonensis Provincia minime censetur, ut dicemus, XVI. 13. Agathias lib. II. p. 52. Alexandriam Ægypti, cum ibi juri discendo daret operam, tremuisse ait: idque prodigii instar fuisse. De Ægypto, vide Senecam Natur. Quæst. VI. 26. p. 912. Ejus hoc multo verius pronuntiatum est: 'Erramus, si ullam terrarum partem ab hoc periculo immunem credimus. Omnia sub eadem jacent lege. Nihil ita, ut immobile esset, natura concepit,' &c. Et sane hoc ipso quo ista commentamur anno, post Christum natum 1682. die Maii duodecima, hora post mediam noctem secunda, concuti Lutetiam terræ motu sensimus: quo deinde motu accepimus vehementius quassata esse complura Campaniæ oppida, diruta ædes circa Vogesum montem, in Lotharingiæ Alsatiæque confinio.

[k] *Fiunt et Solis*] Vide Notas et Emend. num. 71.

[l] *Icti*] Reg. 2. et Chiffl. *ictus*.

cres non impavidæ sedentes.[2] Est et in cœlo[m] signum, præceditque motu futuro,[3] aut interdiu, aut paulo post occasum sereno, ceu tenuis linea nubis in longum porrectæ spatium. Est et in puteis[n] turbidior aqua, nec sine odoris tædio.

LXXXIV. (LXXXII.) Sicut in iisdem[1 a] est remedium, quale et crebri specus præbent: conceptum[2] enim spiritum exhalant, quod in certis notatur oppidis, quæ minus quatiuntur, crebris ad eluviem cuniculis cavata. Multoque sunt tutiora in iisdem illis quæ pendent:[b] sicut Neapoli in Italia intelligitur, parte ejus, quæ solida est, ad tales casus[c] obnoxia. Tutissimi sunt ædificiorum fornices, anguli quoque[d] parietum,[3] postesque alterno pulsu[e] renitente. Et

Elz. *ictu*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sedent* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *sentiunt* alii ap. Dalecampium.—3 *Sed et in cælo signum præcedit motu futuro* cod. Dalec. et vet. exempl. Erasmi. Paulo post, Chiffl. *tenuis seu lineæ nube in longum porrecta, &c.* Pintian. *tenuis seu lanea nubes in longum porrecta, &c.* ex Virg. 'Tenuia nec lanæ per cœlum vellera ferri.'

CAP. LXXXIV. 1 *Sed et in iisdem* vet. Dalec. Mox idem codex et vet. exempl. Erasmi, *quale cloacæ et crebri, &c.* Salmant. *quam rem et crebri, &c.* —2 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *præconceptum* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Elz. et Gronov. Mox codd. Dalec. et Chiffl. *quod in totis notatur oppidis: minus quippe quatiuntur.* Toletan. etiam, *quod in totis;* Salmant. et vet. exempl. Erasmi, *quod in tutis.*—3 Vet. Dalec. *non angulosi quoque parietes.* Mox, *alterno pulsui* in eodem codice; *alterno pulsu renitentes* Basil. Ald. Junt. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *alterno pulsu reni-*

NOTÆ

[m] *Est et in cælo*] Ad verbum ex Arist. Meteorol. II. 8. p. 569. Τὸ δὲ αὐτὸν αἴτιον καὶ τοῦ εἰωθότος ἐνίοτε γίγνεσθαι σημείου πρὸ τῶν σεισμῶν· ἢ γὰρ μεθ' ἡμέραν, ἢ μικρὸν μετὰ δυσμὰς, αἰθρίας οὔσης, νεφέλιον λεπτὸν φαίνεται διατεῖνον, καὶ μακρὸν, οἷον γραμμῆς μῆκος εὐθύτητι διηκριβωμένον, κ. τ. λ.

[n] *Est et in puteis*] Vide quæ de Pherecyde dicta sunt, cap. 81.

[a] *Sicut in iisdem*] In puteis perfugium, et cavis specubus.

[b] *Quæ pendent*] Structis fornice cameris imposita ædificia intelligit: quod genus camerarum spiramenta plerumque habet non pauca, quibus exeat ad libertatem aër.

[c] *Ad tales casus*] Huc refer quod Tacitus ait Annal. XV. theatrum Neapoli terræ motu sine ullius noxa collapsum.

[d] *Anguli quoque*] Seneca Nat. Quæst. 30. p. 913. 'Diductis ædificia angulis vidimus moveri, iterumque componi.'

[e] *Alterno pulsu*] Quando, ut paulo post ait ipse, alter motus alteri renititur.

latere terreno[4] facti parietes minore noxa quatiuntur. Magna differentia est et in ipso genere motus: pluribus siquidem modis quatitur. Tutissimum est, cum vibrat crispante ædificiorum crepitu: et cum intumescit[f] assurgens, alternoque motu residet: innoxium et cum concurrentia tecta contrario ictu arietant: quoniam alter motus alteri renititur. Undantis inclinatio, et fluctus[5] more quædam volutatio infesta est: aut cum in unam partem totus se motus impellit. Desinunt autem[g] tremores, cum ventus emersit: sin vero duravere, non ante quadraginta dies sistuntur: plerumque et tardius, utpote cum quidam annuo et biennii spatio duraverint.

LXXXV. (LXXXIII.) Factum est et hoc semel,[1] quod equidem in Etruscæ disciplinæ voluminibus inveni, ingens terrarum[a] portentum, L. Marcio, Sex. Julio[a b] coss. in agro Mutinensi. Namque montes duo inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, recedentesque, inter eos[3] flamma fumoque in cœlum exeunte interdiu, spectante e via Æmilia magna equitum Romanorum, familiarumque et viatorum multitudine. Eo concursu villæ omnes elisæ: animalia permulta, quæ intra fuerant, exanimata sunt, anno

---

tente, ut in textu, codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—4 *E latere terrave* vet. Dalec.—5 Chiffl. *et fluctuum*.

CAP. LXXXV. 1 Ita restituit Brotier ex codd. Reg. 5. Rezz. et Ed. pr. ita quoque Venett. Rom. Brix. et vet. exempl. Erasmi. *Factum est semel* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox, *voluminibus invenitur* Chiffl. —2 *Sex. Lucio* Chiffl.—3 Cod. Dalec. *interea*. Paulo post, in eodem codice,

NOTÆ

[f] *Et cum intumescit*] Arist. Meteorol. II. 8. p. 570.

[g] *Desinunt autem*] Reliqua prorsus ad verbum ex Aristotelis Græco contextu, loc. cit. p. 569.

[a] *Ingens terrarum*] Ingentius multo quod contigisse fertur sæculo hoc ineunte, non procul Lima in Peruvia: terræ motus scilicet, quo non est proditus immanior. Furnerius Hydrog. XV. 18. pag. 588. sic illum describit, ut urbes, montes, flumina omnia, susque deque, horæ octante perversa eo fuisse dicat: et tractu quidem leucarum trecentarum secundum littus: septuaginta in continentem: Seneca interim falso pronuntiante, nunquam terræ motum ultra millia passuum ducenta extendi.

[b] *Sex. Julio*] Anno U. C. DCLIII.

ante sociale bellum,[c] quod haud scio an funestius terræ ipsi Italiæ[4] fuerit, quam civilia. Non minus mirum ostentum et nostra cognovit ætas, anno Neronis principis supremo, sicut in rebus ejus exposuimus,[d] pratis oleisque, intercedente via publica, in contrarias sedes transgressis, in agro Marrucino, prædiis Vectii Marcelli[e] equitis Romani, res Neronis procurantis.

LXXXVI. (LXXXIV.) Fiunt simul[a] cum terræ motu et inundationes maris, eodem[b] videlicet spiritu infusi, ac terræ residentis[1] sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tiberii Cæsaris principatu, XII. urbibus[c] Asiæ una nocte prostratis. Creberrimus Punico bello,[d] intra eundem annum septies atque quinquagies nuntia-

familiarumque et uxorum multitudine.—4 Ita codd. Hardnini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ipsi terræ Italiæ* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox in Chiffl. *quam bella civilia.*

CAP. LXXXVI. 1 Ita Brotier. *ac terræ sidentis* codd. Harduin. Laet, et vet. Dalec. item ed. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *aut residentis* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et

NOTÆ

[c] *Sociale bellum*] Idem Marsicum bellum appellatum, quod a Marsis primum concitatum fuerit. Adeo formidolosum et exitiale Italiæ, ut nec Hanibalis, nec Pyrrhi fuerit tanta vastatio, inquit Florus, a quo fuse illud describitur, III. 18. p. 137. Vide etiam Appianum Civil. lib. I. p. 371.

[d] *Exposuimus*] In libris historiarum, quos a fine Aufidii Bassi composuit, ut in præfatione dictum est.

[e] *Vectii Marcelli*] Repetit hoc rursum XVII. 38.—'Notandum hic interim, alias res Neronis, alias res fuisse Imperii sive Reipublicæ.' *Ed. sec.*

[a] *Fiunt simul*] Hæc Plinius ex Arist. Meteorol. II. 8. p. 570.

[b] *Eodem*] Fluctus in terras impellente et infundente vento: atque alio simul terræ sidentis sinu recepto, eandem quatiente.

[c] *XII. urbibus*] Meminit Strabo lib. XII. p. 57. Tacitus Annal. II. p. 55. 'Eodem anno duodecim celebres Asiæ urbes collapsæ, nocturno motu terræ, quo improvisior graviorque pestis fuit... Asperrima in Sardianos lues plurimum in eosdem misericordiæ traxit: nam centies sestertium pollicitus Cæsar: et quantum ærario aut fisco pendebant, in quinquennium remisit. Magnetes a Sipylo proximi damno ac remedio habiti. Temnios, Philadelphenos, Ægæatas, Apollonienses, quique Mosteni, aut Macedones Hyrcani vocantur, et Hierocæsaream, Myrinam, Cymen, Tmolum, levari idem in tempus tributis,' &c. Extant Tiberii Cæsaris nummi, monumentum liberalitatis in afflictas urbes: quibus nummis inscriptum, CIVITATIBUS ASIÆ RESTITUTIS. His duodecim urbibus Ephesum addit Eusebius in Chronico. Tacitus ait id

tus Romam. Quo quidem anno ad Trasymenum [e] lacum dimicantes, maximum motum [f] neque Pœni sensere, nec Romani. Nec vero simplex malum, aut in ipso tantum motu periculum est: sed par aut majus ostento.[2] [g] Nunquam urbs Roma tremuit, ut non futuri eventus alicujus id prænuntium esset.

LXXXVII. (LXXXV.) Eadem nascentium causa terrarum est, cum idem ille [a] spiritus, attollendo potens solo, non valuit erumpere.[1] Nascuntur enim nec fluminum tantum invectu, sicut Echinades insulæ ab Acheloo [b] amne congestæ, majorque pars Ægypti a Nilo, in quam a Pharo [c] insula noctis et diei cursum fuisse Homero [d] credimus;[2] sed et

Gronov.—2 Ita codd. Hardnini, Dalec. vet. ejusdem, Chiffl. et vet. exempl. Erasmi; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et sic etiam conjectavit Pintian. *ostentum* exhibent Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

CAP. LXXXVII. 1 Cod. Dalec. *valet erumpere*.—2 Pintian. contra omnia

NOTÆ

contigisse C. Cælio L. Pomponio Coss. quarto Tiberii principis anno.

[d] *Punico bello*] Secundo, de quo Florum vide II. 6. p. 59.

[e] *Trasymenum*] In agro Perusino, hodie *Lago di Perugia*. Hic nobilis pugna, atque inter paucas memorata populi Rom. clades, inquit Livius lib. XXII. p. 120. Tertium fulmen Hannibalis, inquit Florus loc. cit.

[f] *Maximum motum*] Hujus meminit Florus loc. cit.

[g] *Ostento*] Majus in ostento, quam in motu malum.

[a] *Cum idem ille*] Ita Seneca Natur. Quæst. VI. 21. p. 910.

[b] *Ab Acheloo*] Strabo lib. I. p. 59. ex Hesiodo, et lib. X. p. 458. affirmat pariter Acheloo limum aggerente, ex Echinadibus alias esse jam continenti adjunctas, alias etiam progressu temporis adjungendas. Et ante eum Herod. lib. II. p. 93.

[c] *A Pharo*] De Pharo dicemus V. 34.

[d] *Homero*] Hæc Plinius ex Arist. Meteorol. I. 14. p. 547. et ex Mela II. 7. p. 43. Ægypti partem illam, quæ Deita vocatur, aggestione limi Niliaci factam esse plerique veterum putarunt, Homero duce, Odyss. Δ. 354. Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ, Αἰγύπτου προπάροιθε, (Φάρον δέ ἑ κικλήσκουσι,) Τόσσον ἄνευ θ' ὅσσον τε παντμερίῃ γλαφυρὴ νηῦς Ἤνυσεν, κ. τ. λ. Quæ sic Lucanus reddidit X. 509. 'Tunc claustrum pelagi cepit Pharon: insula quondam In medio stetit illa mari, sub tempore vatis Proteos: at nunc est Pellæis proxima muris.' Seneca Natur. Quæst. VI. 6. p. 912. 'Tantum enim, si Homero fides est, aberat a continenti Pharos, quantum navis diurno cursu metiri plenis lata velis,' &c. Et lib. IV. 'Debet Ægyptus Nilo non tantum fœcunditatem terrarum, sed etiam ipsas.' Hoc commentum refellunt eruditi hoc argumento; nam si Pharo ab ea Ægypti et Nili ostio

recessu maris, sicut eidem[e] de Circeiis. Quod accidisse et in Ambraciæ[3] portu decem millium passuum intervallo: et Atheniensium quinque millium ad Piræeum[f] memoratur: et Ephesi, ubi quondam ædem Dianæ alluebat. Herodoto quidem[g] si credimus, mare fuit supra Memphim usque ad Æthiopum montes: itemque a planis Arabiæ.[4] Mare et circa Ilium, et tota Teuthrania, quaque campos intulerit Mæander.

LXXXVIII. (LXXXVI.) Nascuntur et alio modo terræ, ac repente in aliquo mari[1] emergunt, velut paria[h] secum

exemplaria: *cursus fuit, si Homero credimus.*—3 Chiffl. *et in Umbraciæ.* Paulo post in eodem codice, *edem Dianæ abluebat.*—4 Pintian. tentabat, *itemque in planis Arabiæ.*

CAP. LXXXVIII. 1 Cod. Dalec. *alto mari.*. Salmant. et vet. exempl. Erasmi, *alio mari.*

NOTÆ

tanta intercapedine distabat, atque hoc, quantum est, spatium oppletum est intra annos mille ab excidio Trojæ ad conditam Alexandriam, 'quomodo deinceps intra longius spatium nihil est ei limi aut terrarum additum? Et vero id risit jamdudum Strabo lib. I. p. 30.—' At Homerum Plinius ipse non intellexit. Pharos, Homerica insula, ipsa est *οἰκουμένη*, terra *habitabilis*, Oceano (ut putabatur) circumcincta: nec aliud sunt ceteræ fere, quæ in Odyssea commemorantur, insulæ. Habitabilem autem dico in hoc uno hemisphærio: altero in undis in infinitum spatium immensis, ut tunc credebatur magno errore, innatante et obruto. Est ea Homerica Pharos, non ante unum ex ostiis Nili, ut vera Pharos semper est et fuit, juncta ponte Alexandriæ, sed ante Ægyptum, hoc est, ante Nilum ipsum totum, at pariter fabulosum; hoc est, ante finem hominis, sive dilapsum ejus e vita. ' Omnes enim morimur, et quasi aquæ dilabimur super terram,' II. Reg. XIV. 14. Distat autem ea insula ab Ægypto, sive Nilo, diei unius noctisque cursu secundissimo; hoc est, toto vitæ tempore etiam bene et fortunate actæ. Est ea in mari undoso, hoc est, variæ in eo agitantur curæ. Ibi portus est portuosus, unde deducuntur naves in mare, *postquam hauserunt aquam nigram*, *ἀρυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ*, hoc est, postquam nascendo vitam hausere curis tetris futuram plenissimam. Non aquationem certe hic Homerus intelligit; cum neque ex mari fiat aquatio; et distare dicatur continens ab insula, in qua hauritur aqua nigra, noctis unius et diei cursu velocissimo.' *Ed. sec.*

[e] *Sicut eidem*] Subintellige, Homero credimus. Plinius III. 9. ' Circeii quondam insula, ut creditur Homero.'

[f] *Ad Piræeum*] Ita Strabo lib. I. p. 58. De Piræeo, IV. 11.

[g] *Herodoto quidem*] Lib. II. p. 93. unde hæc Plinius: ibi enim de Epheso, Ægypto, ac Memphi, Ilio, Teuthrania, Mæandrique campis, eadem referuntur.

[h] *Velut paria*] Columella, I. 8. ' cum

faciente natura:[a] quæque hauserit hiatus, alio loco[b] reddente.

LXXXIX. (LXXXVII.) Claræ jam pridem insulæ, Delos[c] et Rhodos, memoriæ produntur[1] enatæ. Postea minores, ultra Melon, Anaphe:[d] inter Lemnum et Hellespontum, Nea:[e] inter Lebedum[2,f] et Teon, Halone: inter Cycladas, Olympiadis CXXXV.[g] anno quarto, Thera et Therasia.[3] Inter easdem post annos CXXX.[h] Hiera, eademque Automate.[4] Et ab ea duobus[5] stadiis post annos CX.[i] in

[a] *Velut sua damna compensante natura.*

CAP. LXXXIX. 1 Cod. Dalec. *memoria produntur.*—2 Chiffl. *inter Lesbon;* quod ex codd. suis probat Laet.—3 Brod. et Senec. *et Thia et Therasia.*—4 Cod. Dalec. *eadem qua Automate.*—5 Ita Chiffl. Reg. Brot. 2. et Ed. pr. aliæque vett. edd. quod recepit Brotier. *Et ab duobus* Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz. Mox Chiffl. et Salmant. *ævo, Junio Syllaneo, Mar. Cælio Balbo.* Edd. vett. *Syllano;* Harduini codd. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Silano;* non vero, ut refert Franzius,

NOTÆ

rationibus domini paria facere' famulum dixit, qui accepti et expensi rationes pares esse ostendit: qui quod aliunde accepit, alibi vel aliunde compensat. Seneca, Ep. 19. 'Poteram tecum hac Mæcenatis sententia parem facere rationem:' hoc est, debitum omne exsolvere.

[b] *Alio loco*] Sic proximam Lemno insulam, quam Chrysen vocant, mari absorptam esse Pausanias refert lib. VIII. in Arcad. p. 509. quo tempore enata alia est, Hiera nomine: de qua dicetur cap. seq.

[c] *Delos*] Ammianus lib. XVII. p. 98. 'In Asia Delos emersit, et Hiera, et Anaphe, et Rhodus.' Vide etiam Pindarum in Olymp. Ode VII.

[d] *Anaphe*] Supra Theram insulam, non procul Lacedæmone, statuitur a Conone apud Photium in Bibl. cod. 186. p. 456. Ἐν Ἀνάφῃ τῇ νήσῳ· αὕτη δ' ἐστὶν ὑπὲρ νήσου Θήρας, οὐχ ἑκὰς τῆς Λακεδαιμονίων.

[e] *Nea*] Numero multitudinis Νέαι, *Neæ*, vocantur ab Antigono, Hist. Mirab. cap. 9. inter Lemniorum insulas. Stephano item, et Suidæ. Dicemus de ea iterum IV. 23.

[f] *Inter Lebedum*] Vide Notas et Emend. num. 72.

[g] *Olympiadis CXXXV.*] Vide Notas et Emend. num. 73. Annus hic quartus est post bellum Punicum primum confectum, Urbis DXVII.—'Annus hic est Urbis Romæ DV. Similis exortus alterius insulæ, sive rupis, e mari enatæ anno 1707. describitur in Historia Regia Scientiarum anni 1728. p. 23.' *Ed. sec.*

[h] *Post annos CXXX.*] Fuit is igitur annus urbis conditæ DCXLVII. Verum ex Justino XXX. 4. p. 233. constat prodiisse Hieram circiter id tempus quo bellum a Romanis susceptum est adversus Philippum Macedonum Regem. Consentit Justino Plutarchus de Pythiæ Oraculis, p.

nostro ævo, M. Junio Silano, L. Balbo coss. a. d. VIII. Idus Julias, Thia.

(LXXXVIII.) Ante nos et juxta[6] Italiam inter Æolias insulas, item juxta Cretam emersit e mari MMD.[j] passuum una cum calidis fontibus: altera Olympiadis CLXIII.[k] anno tertio in Tusco sinu, flagrans hæc violento cum flatu. Proditurque[l] memoriæ[7] magna circa illam multitudine piscium fluitante, confestim expirasse, quibus ex his cibus fuisset. Sic et Pithecusas[m] in Campano sinu ferunt ortas. Mox in his montem Epopon,[n] cum repente flamma ex eo emicuisset, campestri æquatum planitie. In eadem[8] et oppidum haustum profundo: alioque motu terræ stagnum emersisse:[o] et alio, provolutis montibus insulam extitisse Prochytam.[p]

Sillano.—6 *Ante nos juxta*, omisso *et*, cod. Dalec. Mox edd. vett. ante Harduin. *M. D. passuum ... Olympiadis CXLIII.* Nostram lect. exhibent Tolet. Chiffl. alii codd. ap. Harduin. item edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—7 *Proditur quoque memoriæ* cod. Dalec.—8 *In iisdem* cod. Dalec. Mox Longol. et Scalig. in Var. *alioque motu terra stativas emersisse.*

NOTÆ

399. Id vero bellum centum ferme annis Plinianam epocham antecedit.

[l] *Post annos CX.*] Vide Notas et Emend. num. 74. Interim corollarii vice lubet hic addere quod refert Gassendus in lib. x. Laërtii, p. 1050. ne nostrum quidem sæculum consimili ostento carere. Nam anno 1638. a Julii Kalendis ad Idus, ita cœpit eructare Vulcanus, (verba sunt ipsa literarum quas recitat,) non admodum procul ab insula S. Michaëlis, quæ Azorum, seu Tercerarum una est, et qua mare quidem altum est ulnis seu brachiis, ut vocant, 160. ut inde efformata fuerit insula longitudinis trium leucarum, latitudinis sesquileucæ, altitudinis 60. brachiorum. Causas tanti miraculi idem indagat, ea de re uberius disputando. Tu, si otium est, consule.

[j] *MMD.*] Ita codices Reg. 2. Colb. 2. Tolet. &c. Editi, *M. D.*

[k] *CLXIII.*] Ita prælaudati codices. Editi, præpostere, *CXLIII.*

[l] *Proditurque*] Rem plane similem accidisse in Caria prope Lorima urbem Seneca refert, Nat. Quæst. III. 19. p. 871.

[m] *Pithecusas*] Consentit Strabo lib. VI. p. 258. In Campano sinu, *Golfo di Napoli.*

[n] *Epopon*] Idem Strabo lib. v. pag. 248. ex Timæo refert τὸν Ἐπωπέα λόφον motu terræ concussum, ignes evomuisse, et quicquid erat medium inter mare et ipsum, rursus ad mare perpulisse. Campestri æquatum planitie non dicit.

[o] *Stagnum emersisse*] Seu lacum, qui hodie *Lago Agnano.* Vide Notas et Emend. num. 75.

[p] *Prochytam*] Vide Notas et Emend. num. citato proxime.

XC. Namque et hoc modo insulas rerum natura fecit. Avellit Siciliam [q] Italiæ, Cyprum Syriæ, Eubœam [r] Bœotiæ, Eubœæ Atalantem [s] et Macrin, Besbicum Bithyniæ, Leucosiam [t] Sirenum promontorio.

XCI. (LXXXIX.) Rursus abstulit insulas mari, junxitque terris: Antissam [u] Lesbo, Zephyrium [1 v] Halicarnasso, Æthusam Myndo, Dromiscon et Pernen [w] Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio. Hybanda quondam insula Ioniæ, CC. nunc a mari abest stadiis. Syrien [x] Ephesus in mediterranea habet: [2] Derasidas et Sophoniam vicina ei Magnesia. Epidaurus et Oricum insulæ esse desierunt.

XCII. (XC.) In totum abstulit terras, primum omnium ubi Atlanticum mare est, si Platoni [a] credimus, immenso

---

CAP. XCI. 1 *Zephyriam* cod. Dalec. et vet. ejusdem. Mox Chiffl. *Æchusam*; al. *Æthechusam*. Vid. Not. Var.—2 Cod. Dalec. *in mediterraneo habet.*

NOTÆ

[q] *Siciliam*] Hoc et Seneca credidit, Natur. Quæst. VI. 29. pag. 913. Ovidius Met. v. 290. 'Zancle quoque juncta fuisse Dicitur Italiæ: donec confinia Pontus Abstulit, et media tellurem repulit unda.'

[r] *Eubœam*] 'Eubœa et ipsa avulsa Bœotiæ,' inquit Plin. IV. 21.

[s] *Atalantem*] Plinii hoc loco errorem arguimus in Notis et Emend. num. 76.

[t] *Leucosiam*] Ita Strabo lib. VI. pag. 258.

[u] *Antissam*] Ovid. Met. XV. 287. 'Fluctibus ambitæ fuerant Antissa, Pharosque, Et Phœnissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.' Vide etiam Strabonem lib. I. pag. 60. ubi hoc ipsum ex Myrsili relatu probat.

[v] *Zephyrium*] Unde junctо terris Zephyrio, id nomen etiam Halicarnasso ipsi hæsit, cui annexum fuit: Ζεφύριον, ἡ Ἁλικαρνασσὸς τῆς Καρίας, inquit Steph. pag. 288. Straboni lib. XIV. p. 656. est Ζεφύρα.

[w] *Pernen*] Ita codd. Mss. Nec placet nobis *Prienen* hujus vocabuli vice reponi: sed Barbaro tamen placet.

[x] *Syrien*] De Syrie, et Derasidis rursum v. 31. De Epidauro et Orico, III. 26.

[a] *Si Platoni*] In Timæo, p. 25. ubi insulam ait ad columnas Herculis olim extitisse, Atlanticam cognominatam, opibus imperioque Europæ et Africæ præpotentem, ipsa Libya Asiaque majorem, ex qua ad alias insulas, mox ad continentem ex adverso hujus orbis nostri quem colimus, trajectus facilis foret. Eandem porro post ingentes terræ motus, et eluviones aquarum, unius diei spatio haustam fluctibus insulam videri desiisse: nunc immenso ibi interfuso pelago haud facile perviam esse ad Antichthonas viam. Eadem Strabo refert de Atlantide ex Platone, lib. II. p. 102. Sed hæc esse fabulis pro-

spatio. Mox interno, quæ videmus hodie,[1] mersam Acarnaniam Ambracio sinu, Achaiam Corinthio, Europam Asiamque Propontide et Ponto. Ad hoc perrupit mare Leucada,[b] Antirrhium,[c] Hellespontum,[d] Bosporos duos.

XCIII. (XCI.) Atque ut sinus et stagna prætéream, ipsa se comest terra:[1] devoravit Cybotum altissimum montem, cum oppido Curite:[e] Sipylum[f] in Magnesia: et prius in eodem loco clarissimam urbem, quæ Tantalis vocabatur. Galenes et Gamales[2 g] urbium in Phœnice agros cum

---

CAP. XCII. 1 Codd. Dalec. et Salmant. *quo videmus hodie*; Chiffl. *quæ hodieque videmus.*

CAP. XCIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. et sic etiam conj. Pintianus e scriptura codd. Tolet. et Salmant. qui exhibent, *ipsa secum est terra.* Dalec. *ipsa, quæ se comest, terra devoravit, &c.* Edd. vett. ante Harduinum, *ipsa se condens terra devoravit, &c.* Mox, *cum oppido Curice* Chiffl.—2 *Galenes et Galames* Chiffl. Regg. Hard. 1. 2. et Colb. 2. *Galames* Reg. Brot. 2. *Galanis et Gamales* Ald. Junt. Basil. Lugd. Dalec. Leyd. Frankf. Elz. Gronov. Harduin.

NOTÆ

piora, quam ut iis immorandum sit, Plinius sagaciter est subodoratus. Meminit etiam Tertullianus hujus Platonicæ sententiæ in Apologet. cap. 40. p. 32.—'Plinius autem non ex Timæo, sed ex opere Platonis quod intercidit, accepisse istud videtur, quod hic ex Platone refert: neque enim insulam, ut in Timæo dicitur, absorptam Plinius dicit, sed *terras*; hoc est, ut vocem eam intelligit sect. sup. partem continentis.' *Ed. sec.*

[b] *Leucada*] Ovid. Met. xv. 289. 'Leucada continuam veteres habuere coloni, Nunc freta circumeunt.' Strabo quoque lib. I. p. 59. Leucadem ait factam insulam, Corinthiis isthmum exscindentibus. Adversarine igitur sibi Plinius, et Straboni existimandus est, qui IV. 2. fateatur Leucadem, non mari irrumpente, sed opere accolarum abscissam esse a continente? Minime sane. Bis potius continenti redditam fateamur. Nam Livius lib. XLIII. diserte testatur, belli etiam Philippici tempore peninsulam fuisse: quæ tamen Strabonis Liviique ipsius ævo insula fuit.

[c] *Antirrhium*] A Rhio divisum quinque stadiorum freto, ut ait Strabo lib. VIII. p. 335. Vide quæ dicturi sumus IV. 3.

[d] *Hellespontum*] Stratonis physici ea sententia fuit, referente Strabone lib. I. pag. 49. Euxinum mare non fuisse olim cum Ægæo conjunctum, sed viam vi aquarum factam.

[e] *Oppido Curite*] Illo fortassis, quod Curopolim Cariæ Stephanus appellat, p. 382. Sed R. 1. 2. Colb. 2. habent *Carite*, Chiffl. *Curice.*

[f] *Sipylum*] Sipylum eversam terræ motu, regnante Tantalo, Strabo quoque prodidit, lib. I. pag. 58. et ante eum Arist. Meteorol. II. 8. p. 570.

[g] *Galenes* [*Galanis*] *et Gamales*] Vide Notas et Emend. num. 77.

ipsis: Phegium Æthiopiæ jugum[3] excelsissimum: tanquam non infida grassarentur et littora.[a]

XCIV. (XCII.) Pyrrham[h] et Antissam circa Mæotim Pontus abstulit: Elicen[i] et Buram in sinu Corinthio,[1] quarum in alto vestigia apparent. Ex insula Cea[j] amplius triginta millia[2] passuum abrupta subito cum plurimis mortalibus[k] rapuit. Et in Sicilia dimidiam Tyndarida[l] urbem, ac quicquid ab Italia[m] deest. Similiter in Bœotia Eleusina.[3] [n]

[a] *Perinde ac si hæc damna tantum in medio terrarum sentirentur, ac non ipsa etiam infida grassarentur maris littora, terrasque sorberent.*

1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—3 *Phegium Jopes jugum* Langolius. Vid. lib. v. cap. 14.

CAP. XCIV. 1 Chiffl. *Bursam sinus Corinthius.*—2 Cod. Dalec. *trecenta millia.* Mox Reg. Brot. 5. *cum pluribus mortalibus, &c.* Chiffl. *cum plurimis mortalibus. Rapuit et, &c.* alii codd. *cum p. mortalibus rapuit. Et, &c.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. et Franz. *cum p. mortalium rapuit. Et, &c.*—3 Ita cod. Chiffl. ap. Dalec. et Harduin. 1. *Bœotia et Eleusina* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Hardnin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.

NOTÆ

[h] *Pyrrham*] Cave de Pyrrha et Antissa accipias, Lesbi insulæ oppidis, de quibus v. 39.

[i] *Elicen*] De his urbibus rursum dicetur IV. 6. Ovid. Met. XV. 293. 'Si quæris Elicen, et Burin, Achaidos urbes, Invenies sub aquis, et adhuc ostendere nautæ Inclinata solent cum mœnibus oppida mersis.' De harum urbium subversione scripsit libros integros Callisthenes ille, quem Alexander M. occidit, ut refert Seneca Natur. Quæst. IX. 23. pag. 911. Vide etiam Arist. de Mundo, cap. 4. pag. 608. et Strabon. lib. I. pag. 59. Contigit hæc clades anno quarto Olymp. CI. biennio ante pugnam Leuctricam.

[j] *Cea*] Hoc Plinius iterum IV. 10. Vide Notas et Emend. num. 78.

[k] *Mortalibus*] Ita Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. Editores reposuerant, *mortalium.*

[l] *Tyndarida*] 'Nam cum radices urbis,' inquit Fazellus Decad. I. lib. IX. cap. 7. pag. 204. 'maris fluctibus impeterentur, sæviente hyeme, undisque supra solitum irruentibus, a cetera urbe ea pars divulsa, dejectaque, cum habitatoribus in pelagus repente prolapsa est: cujus vorago ingens ac horrenda adhuc cernitur.'

[m] *Ab Italia*] Spatium intelligit, fretumve quo Sicilia nunc ab Italia dispescitur. Hinc Rhegio nomen, ut dicetur III. 14. Vide Strab. lib. I. pag. 60. Seneca Natur. Quæst. VI. 29. p. 918. 'Hac inundatione, quam poëtarum maximi celebrant, ab Italia Sicilia rejecta est.'

[n] *Eleusina*] Vide Notas et Emend. num. 79.

XCV. (XCIII.) Motus enim terræ sileantur, et quicquid est, ubi saltem busta urbium extant :[1] simul ut terræ miracula[o] potius dicamus, quam scelera naturæ. Et hercule non cœlestia enarratu difficiliora fuerint. Metallorum opulentia tam varia, tam dives, tam fœcunda, tot sæculis suboriens, cum tantum quotidie orbe toto populentur ignes, ruinæ, naufragia, bella, fraudes : tantum vero luxuria, et tot mortales conterant : gemmarum pictura tam multiplex, lapidum tam discolores maculæ, interque eos, candor alicujus,[p] præter lucem omnia excludens : medicatorum fontium vis : ignium tot[q] locis emicantium perpetua tot sæculis incendia : spiritus letales alibi,[2] aut scrobibus emissi, aut ipso loci situ mortiferi, alibi volucribus[r] tantum, ut Soracte[s] vicino Urbi tractu : alibi præter hominem,[t] ceteris animantibus : nonnunquam et homini, ut in Sinuessano agro, et Puteolano :[u] spiracula[3] vocant, alii Charoneas[v] scrobes, mortiferum spiritum exhalan-

Cap. XCV. 1 Cod. Dalec. *busta u. extant sepultarum.*—2 Chiffl. *spiritus letales aliubi ;* et mox, *aliubi volucribus . . . aliubi præter hominem*, &c.—3 Chiffl.

NOTÆ

[o] *Terræ miracula*] Vide Notas et Emend. num. 80.

[p] *Candor alicujus*] De phengite lapide loquitur, de quo ille uberius, XXXVI. 46.

[q] *Ignium tot*] Ætnæ, ac Vesuvii. Adde Heclam in Islandia, aliosque prope innumeros, quorum Maffæus, et alii rerum Indicarum scriptores meminerunt.

[r] *Alibi volucribus*] Seneca Natur. Quæst. VI. 28. pag. 912. 'Quid quod pluribus Italiæ locis per quædam foramina pestilens exhalatur vapor, quem non homini ducere, non feræ tutum est? Aves quoque in illum inciderint, ... in ipso volatu cadunt, liventque corpora, et non aliter quam per vim elisæ fauces tument.'

[s] *Ut Soracte*] Hodie, *Monte S. Oreste*, in provincia Patrimonii S. Petri. Ibi spelunca halitum pestiferum emittens, teste Servio in eum Virgilii locum, Æn. XI. 'Summe Deum sancti custos Soractis Apollo.'

[t] *Præter hominem*] Prope Neapolim spelunca est angusta, vulgo *Grotta del Cane* appellata, quod in eam conjecti canes omni motu sensuque destituantur illico, donec vicinæ aquæ immersi, quasi spiritum vitamque recuperent : nec quicquam homini tamen halitus nocet. De hujusmodi exspirationibus noxiis multa erudite Cæsius de Mineral. I. 7. 12. num. 80.

[u] *Puteolano*] De specu loquitur, qui hodieque visitur prope Puteolos, ad lævam lacus Aniani, *Lago Agnano*.

[v] *Charoneas*] Χαρώνεια βάραθρα mortifero spiritu, quem exhalant, vitam

Item in Hirpinis Amsancti,[4 w] ad Mephitis [x] ædem, locum, quem qui intravere, moriuntur. Simili modo [y] Hierapoli [z] in Asia, Matris tantum Magnæ sacerdoti [a] innoxium. Alibi fatidici [5 b] specus, quorum exhalatione temulenti futura præcinunt, ut Delphis, nobilissimo oraculo. Quibus in rebus quid possit aliud causæ afferre [6] mortalium quispiam, quam diffusæ per omne naturæ subinde aliter atque aliter numen erumpens?

XCVI. (XCIV.) Quædam vero [c] terræ ad ingressus tremunt,[1] sicut in Gabiensi agro, non procul urbe Roma, jugera ferme ducenta, equitantium cursu: similiter in Reatino.

---

quæ spiracula. Cod. Dalec. *sunt spiracula, quæ vocant alii, &c.*—4 *Anxacti* codex Chiffl.—5 *Aliubi fatidici* in eodem codice.—6 Ita codd. Dalec. et Laet. [illegible]id. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. probante Laet. in ed. Jun. *efferre* edd. vett. ante Harduin.

CAP. XCVI. 1 Codex Tolet. *ad ingressus premuntur*, quod probat Pintian.

NOTÆ

homini eripere scribit et Galenus de Usu Partium, VII. 8. pag. 458. tomo IV.

[w] *Amsancti*] Virgil. Æneid. VII. 563. 'Est locus Italiæ in medio, sub montibus altis, Nobilis et fama multis memoratus in oris, Amsancti valles: densis hunc frondibus atrum Urget utrimque latus.... Hic specus horrendum, et sævi spiracula Ditis Monstrantur, ruptoque ingens Acheronte vorago,' &c. Meminit hujus pestiferæ terrarum partis Cicero de Divin. lib. I. pag. 189.

[x] *Ad Mephitis*] Ita codices Mss. omnes: etsi dubitet Hermolaus, num *Ditis* reponi potius oporteat. Mephitis ipsa Juno est, aëri corrupto præsidens, cui templum excitatum apud Cremonam auctor est Tacitus Hist. III. pag. 71. Et vetus Inscriptio ap. Gruterum, p. 96. MEFITI. L. CÆSIVS ARAM. ET. MENSAM. DEDIT. Hodie locus ipse Amsancti Mephitis retinet nomen, *Mufiti*. Ipsa vero Mephitis interdum pro putore sumitur, ut pro igne Vulcanus, Jupiter pro aëre. Ita Virgil. Æn. VII. 84. 'Sævamque exhalat opaca mephitim.'

[y] *Simili modo*] Hoc etiam refert Arist. vel quisquis est auctor libri de Mundo, cap. 4. pag. 607.

[z] *Hierapoli*] Refert hoc pluribus Strabo, lib. XII. pag. 579. et lib. XIII. p. 629.

[a] *Sacerdoti*] Ita Apuleius de Mundo. Innoxium quoque ceteris exsectis ac semiviris esse, tradunt Dio in Vita Trajani, Damascius apud Photium in Bibl. cod. 242. pag. 1053. et Ammianus lib. XXIII.

[b] *Alibi fatidici*] Hæc totidem verbis Arist. loc. cit.

[c] *Quædam vero*] Ad ingressum ambulantium, et equorum cursus, terræ quoque tremere sentiuntur in Brabantino agro, quæ Belgii pars est, et circa S. Audomari Fanum.

(XCV.) Quædam insulæ [d] semper fluctuant,[2] sicut in agro Cæcubo, et eodem Reatino, Mutinensi,[3] Statoniensi.[e] In Vadimonis [4 f] lacu, et ad Cutilias [g] aquas opaca sylva, quæ nunquam die ac nocte eodem loco visitur. In Lydia [h] quæ vocantur Calaminæ, non ventis solum, sed etiam con-

—2 Vet. Dalec. *semper fluitant*, et sic legit Pintian.—3 Ita codd. ap. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Mutiensi* Ald. Junt. Basil. Leyd. Lugd. Erasmi, Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox, *Stationensi* Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. *Statiniensi* conj. Dalecampius.—4 *In Vadimontis* Chiffl. et mox in eodem cum cod. Dalec. et ed. Harduin. 1. *die ac nocte*, ut in textu; Edd. vett. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 2. 3. Bi-

NOTÆ

[d] *Quædam insulæ*] Hæc Plinius e Seneca Natur. Quæst. III. 25. p. 873. 'Sunt multi,' inquit, 'lapides pumicosi et leves, ex quibus quæ constant insulæ, in Lydia natant. Theophrastus est auctor. Ipse ad Cutilias natantem insulam vidi. Alia in Vadimonis lacu vehitur: alia in lacu Statonensi. Cutiliarum insula et arbores habet, et herbas nutrit, tamen aqua sustinetur: et in hanc atque illam partem non tantum vento impellitur, sed et aura: nec unquam illi per diem et noctem in uno loco statio est: adeo movetur levi flatu. Huic duplex causa est: Aquæ gravitas medicatæ, et ob hoc ponderosæ: et ipsius insulæ materia vectabilis, quæ non est corporis solidi,' &c. Tales insulas, quæ arbores habeant, quæ contis impellantur quo lubet, et in quibus et pecudes et armenta pascantur, ad Fanum S. Audomari in Belgio, magna cum voluptate ipse spectavi. Quas vero Seneca se vidisse testatur, et Plinius hoc loco ex eo refert, earum hodie nulla fluctuat. De fluitantibus in Orchomeno, et Ægypto, vide Theophr. Hist. IV. 13.

[e] *Statoniensi*] In cod. Reg. 1. 2. et Chiffl. *Stationensi*. At Varro de Re Rust. III. 12. Statonensem, Plinius III. 8. Statones accolas vocat.

[f] *In Vadimonis*] De eo lacu Livius lib. IX. p. 166. sed multa eleganter Plinius Junior VIII. 20. Hodie *lago di Bessanello*, in Etruriæ parte, quæ Patrimonium D. Petri dicitur, milliaribus a Tiberi vix tribus.

[g] *Ad Cutilias*] De his III. 17. Vide et Varronem de Ling. Lat. lib. IV. p. 20.

[h] *In Lydia*] Martianus IX. 1. p. 214. 'Nonne,' inquit, 'ipsius vetustatis persuasione compertum, in Lydia Nympharum insulas dici, quas etiam recentior asserentium Varro se vidisse testatur: quæ in medium stagnum a continenti procedentes cantu tibiarum, primo in circulum motæ, dehinc ad littora revertuntur.' Locus Varronis, quem laudat, est de Re Rust. III. 17. ubi Fulvius Ursinus in Notis, Sotionis fragmentum affert, hoc ipsum de iis insulis quæ sunt in lacu, qui Calamina dicebatur, commemorantis. Ut inde liqueat Calaminæ paludis, λίμνης Καλαμίνης, partem aliquam ac veluti sinum fuisse Nympheum, de quo mox Plinius, in quo exiguæ illæ, ceterisque minores, ad ictum pedum, qui in symphoniæ cantu fieri solet, moverentur.

tis quo[5] libeat impulsæ, multorum civium Mithridatico bello salus. Sunt et in Nympheo parvæ, Saltares dictæ:[6] quoniam in symphoniæ[i] cantu ad ictus modulantium pedum moventur. In Tarquiniensi[j] lacu magno Italiæ duæ nemora circumferunt,[7] nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam complexu, ventis impellentibus: quadratam nunquam.

XCVII. (XCVI.) Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cujus quandam aream[1 k] non impluit. Item in Nea,[l] oppido Troadis, circa simulacrum Minervæ. In eodem et relicta sacrificia non putrescunt.

XCVIII. Juxta Harpasa[a] oppidum Asiæ cautes stat horrenda, uno digito mobilis: eadem, si toto corpore impellatur, resistens. In Taurorum peninsula in civitate Parasino[1 b] terra est, qua sanantur omnia vulnera. At circa Asson Troadis[c] lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: Sarcophagus[d] vocatur. Duo sunt[e] mon-

---

pont. et Franz. *die ac noctu.*—5 Vet. Dalec. *contis, vel quo.*—6 *Sunt in Nympheo, saltares dictæ* codd. Regg. Brot. 1. 2. 5. *Sunt et in Nymphæo Saltares dictæ* Salmasius p. 125. *Sunt et in Nymphæo parvæ, Saltuares dictæ* Venett. Rom. Brix. Parm. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Dalec. Frankf. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Mox Salmasius, *ad ictum.*—7 Chiffl. *nemora circumierunt.*

CAP. XCVII. 1 Chiffl. et Harduin. 1. *aram.* Ed. pr. Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 2. 3. Bipont. et Franz. *aream.*

CAP. XCVIII. 1 *Characena*, pro *Parasino*, margo Dalec. et Gronov. et sic

NOTÆ

[i] *Symphoniæ*] De hac voce dicemus, IX. 8.

[j] *Tarquiniensi*] *Lago di Bracciano*, ab oppido proximo nomen habet, in Etruria.

[k] *Aream*] Vide Notas et Emend. num. 81.

[l] *In Nea*] Steph. pag. 487. Νέα, κώμη καὶ φρούριον Φρυγίας.

[a] *Harpasa*] De eo oppido, v. 29.

[b] *Parasino*] Ita omnes codices Mss. libriique editi: quorum ab auctoritate desciscere vix ausim, etsi eruditi quidam *in civitate Characena* scribendum putent. Ptolemæo III. 6. p. 83. Παράσσια urbs est Tauricæ Chersonesi, eadem forte cum Parasino.

[c] *Asson Troadis*] De qua v. 32.

[d] *Sarcophagus*] Quoniam corpora comest. Σὰρξ enim *corpus* seu *carnem*, φαγεῖν *comesse* sonat. Σαρκοφάγος λίθος Stephano, p. 126. verbo Ἄσσος. Vide quæ dicturi sumus XXXVI. 27. In littore Veraguæ in America septemtrionali eandem vim inesse arenis observarunt Hispani, ut testatur Herrera lib. VIII. Decad. 1.

[e] *Duo sunt*] De hoc miraculo ite-

tes juxta flumen Indum: alteri natura est ut ferrum omne teneat, alteri ut respuat. Itaque si sint clavi in calciamento, vestigia avelli in altero non posse, in altero sisti.[a] Locris et Crotone[f] pestilentiam nunquam fuisse, nec ulle terræ motu laboratum, annotatum est.[3] In Lycia vero semper a terræ motu XL. dies serenos esse. In agro Arpano[4] frumentum satum non nascitur. Ad aras Mucias[5 g] in Veiente, et apud Tusculanum, et in sylva Ciminia[h] loca sunt, in quibus in terram depacta non extrahuntur. In Crustumino natum foenum ibi noxium: extra, salubre est.

XCIX. (XCVII.) Et de aquarum natura complura dicta sunt: sed æstus maris accedere, et reciprocare, maxime mirum, pluribus quidem modis, verum causa in Sole, Lunaque.[a] Bis inter duos exortus Lunæ affluunt, bisque remeant, vicenis quaternisque semper horis.[b] Et primum

vet. exempl. Erasmi. Vide Not. Var.—2 Margo Dalec. et Gronov. *in altero obsisti.*—3 Chiffl. *ne illo terræ motu adnotatum est.*—4 Ita codd. Harduini, et margo Dalec. et Gronov. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Ardano* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—5 Ita codd. Harduini, et edd. antiquissimæ; item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Mutias* margo Dalec. et Gronov. *Murtias* Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.

NOTÆ

rum dicetur XXXVI. 25.

[f] *Crotone*] Unde nata parœmia, cujus Strabo meminit lib. VI. p. 262. ob salubritatem aëris, ὑγιέστερον Κρότωνος. Scribit etiam Scaliger Exerc. 32. in Cardan. p. 140. oram illam occidentalis Æthiopiæ, quæ Nigir fluvium accolit, etsi calidissima sit, pestilentiæ quoque omnis expertem esse.

[g] *Mucias*] Vide Notas et Emend. num. 82.

[h] *Ciminia*] Saltus Ciminius prope Viterbium in Etruria, unde nomen, *Monte Viterbo:* adjacet ei lacus cognominis, *Lago di Ronciglione.* De utroque Virgil. Æneid. VII. 697. 'Et Cimini cum monte lacus.' De sylva Ciminia, Livius lib. IX. p. 165.

[a] *In Sole, Lunaque*] Plures e veteribus cum Plinio ad utrumque: Pytheas Massiliensis ad solam Lunam, Heraclitus ad Solem unum, retulit, teste Plutarcho de Placitis Philos. III. 17. p. 897. Merito tamen Luna videtur in hac scena vel omnes una per se, vel certe præcipuas partes agere: quando tam admirabilis est hujus cum Lunæ motu connexio, ut cæcum esse necesse sit qui non animadvertat.

[b] *Semper horis*] Πλατικῶς loquitur, et ad vulgi sensum. Alias enim vicenis quaternis horis cum dodrante,

attollente se cum ea mundo intumescentes, mox a meridiano cœli fastigio vergente, in occasum residentes: rursusque ab occasu subter cœli ima, et meridiano contraria accedente, inundantes: hinc, donec iterum exoriatur, se resorbentes.[a] [1] Nec unquam eodem tempore, quo pridie, reflui, ut ancillante[c] sidere, trahenteque secum avido haustu maria, et assidue aliunde, quam pridie, exoriente:[2] paribus tamen intervallis reciproci, senisque semper horis, non cujusque diei aut noctis, aut loci, sed æquinoctialibus: ideoque inæquales vulgarium horarum spatio, utcumque plures in eas[3][d] aut diei aut noctis illarum mensuræ cadunt, et æquinoctio tantum pares ubique.[b] Ingens argumentum, plenumque lucis ac vocis etiam diurnæ,[4] hebetes esse, qui

[a] *Et attollente se ab ortu versus meridiem cum Luna cælo, æstus intumescunt: mox a meridiano cœli vertice, cælo vergente in occasum, residunt: rursusque ab occasu ad oppositum meridianum, qua spectat antipodas, iterum æstuant: hinc donec ad horizontem nostrum exortivum perveniat, rursum subsidunt.*

[b] *Non cujuslibet diei noctisve horas vulgares, aut cujusvis loci proprias intelligo, sed æquinoctiales et pares. Ideoque æstus sunt inæquales, si vulgarium horarum, ut sunt Italicæ, spatium intelligas, cum plures vulgares horæ, sive diei hybernæ, sive noctis æstivæ paucioribus horis æquinoctialibus respondeant: æquinoctio tantum ubique sint pares.*

Cap. xcix. 1 Ita Tolet. Harduini codd. et edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *se sorbentes* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov.—2 Chiffl. *ut ancillantes sideri avido, trahentique secum haustu maria, et assidue aliunde, quam pridie, exorienti.*—3 Margo Dalec. et Gronov. *eos*, sc. æstus.—4 Margo ed. Dalec. et Gronov. *etiam*

NOTÆ

seu minutis horæ octo et quadraginta, dicere debuisset: cum Luna tantundem insumat spatii, ut ad idem Meridiani punctum remeet, quod ubi est assecuta, affluxus maris est maximus.

[c] *Ut ancillante*] Credas ancillari sidus, et indulgere mari, ut non ab eadem parte, qua pridie, pastum ex Oceano hauriat. Hæc vero poëtis venditanda ratio, non physicis.

[d] *Plures in eas*] Cum enim horæ illæ vulgares, exempli gratia, Italicæ, sic numerentur, ut ab exortu Solis ad occasum duodecim esse lubeat, totidemque rursum ab occasu, donec Sol iterum exoriatur, noctis æstivæ atque hybernæ diei horas duodecim necesse est esse brevissimas, atque adeo plures illarum uni horæ æquinoctiali respondere. Horas hybernas fuisse breviores Plautus indicat, in Pseud. v. 2. 10. 'Sr. Credo equidem potesse te, scelus, Massici montis uberrimos quatuor Fructus ebibere in hora una. Ps. Hyberna, addito. Sr. Haud male mones.' Frustra est Dalecampius, nec Plinii mentem est assecutus, cum legendum admonuit, *Plures in eos*, subintelligens maris æstus.

negent subtermeare sidera, ac rursus eadem resurgere: similemque terris, immo vero universæ naturæ exinde faciem, in iisdem ortus occasusque operibus: non aliter sub terra manifesto sideris cursu, aliove effectu, quam cum præter oculos nostros feratur.

Multiplex etiamnum lunaris differentia, primumque septenis diebus. Quippe modici a nova ad dividuam æstus, pleniores ab ea exundant, plenaque maxime fervent. Inde mitescunt.[5] Pares ad septimam primis: iterumque alio latere dividua augentur. In coitu Solis pares plenæ.[c e] Eadem [6] Aquilonia,[f] et a terris longius recedente mitiores, quam cum in austros digressa, propiore nisu vim suam exercet. Per octonos [g] quoque annos ad principia motus et paria incrementa centesimo Lunæ revocantur ambitu, augente [7] ea cuncta Solis annuis causis, duobus æquinoctiis maxime tumentes, et autumnali amplius, quam verno: inanes vero bruma,[8] et magis solstitio.[d] Nec tamen in ipsis, quos dixi, temporum articulis, sed paucis [h] post diebus:

[c] *A plenilunio ad diem inde septimum pares sunt æstus prioribus, a nova Luna scilicet ad dividuam: rursum cum alio latere dividua est, (alterum vocant Lunæ quadrantem,) augeri æstus incipiunt: in conjunctione cum Sole, seu novilunio, æstus sunt pares iis qui plena Luna fiunt.*

[d] *Depressiores æstus, ac minus tumentes, &c.*

---

divinæ.—5 Ita Chiffl. *Quippe m. nova ad d. æ. pleniore ab ea exundent* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *Quippe m. nova ad d. æ. pleniores, &c.* codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Ita Chiffl. cum edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *pares plane. Eadem, &c.* cod. Dalec. et vet. exempl. Erasmi: *pares. Plane eadem, &c.* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Elz. et Gronov. Vid. Not. Var. Mox *cum* deest in Chiffl. probante Dalecampio.—7 Vet. cod. Dalec. et Pintian. *augentibus.*—8 Codd. Tolet. et Salmant. *manes vero bruma;* unde Pintian. conj. *mansuetio-*

NOTÆ

[e] *Pares plenæ*] Vide Notas et Emend. num. 83.

[f] *Eadem Aquilonia*] Ex vicinitate Lunæ ad terras æstum augeri fatetur etiam Franc. Resta, in Meteorol. tract. I. de Mari, cap. 15. p. 668. ex Alberto M.

[g] *Per octonos*] Cur vero non potius annis undeviginti redeunt hæ vices, cum Sol Lunaque tunc ad eosdem ferme situs revertuntur? aut cur non aliis lunaribus periodis? Id fieri Plinius existimat, quod octo annorum spatio centum Lunæ circuitiones numerentur.

[h] *Sed paucis*] Altero nempe post

sicuti neque in plena aut novissima, sed postea: nec statim ut Lunam [i] mundus ostendat occultetve, aut media plaga declinet, verum duabus fere horis æquinoctialibus serius: tardiore semper ad terras omnium, quæ geruntur in cœlo, effectu cadente, quam visu,[9] sicuti fulguris, et tonitrus, et fulminum.

Omnes autem æstus in Oceano majora integunt spatia inundantque, quam in reliquo mari: sive quia totum in universitate animosius est quam in parte, sive quia magnitudo aperta sideris vim laxe grassantis efficacius sentit, eandem angustiis arcentibus. Qua de causa nec lacus, nec amnes similiter moventur. Octogenis [j] cubitis supra Britanniam intumescere æstus Pytheas Massiliensis auctor est. Interiora [e] autem maria terris clauduntur, ut portu. Quibusdam tamen in locis spatiosior laxitas ditioni [f] paret,[10] utpote cum plura exempla sint, in tranquillo mari, nulloque velorum impulsu, tertio die [k] ex Italia provecte-

[e] *Mediterranea.* [f] *Lunæ Solisque efficientiæ, quæ ciet æstum.*

---

res v. bruma.—9 Margo ed. Dalec. et Gronov. vet. qnoque Erasmi, *quam nisu*, ut conj. Pintian.—10 Chiffl. *dictioni paret*; al. ap. Dalec. et Gronov. *ditioni patet*. Mox in Chiffl. *velorum pulsu*, et paulo post, *ex Italia perrecterum*.

NOTÆ

die: non igitur ipso interlunii, pleniluniive, aut Lunæ διχοτόμου, sed altero tantum post ea temporum momenta die.

[i] *Ut Lunam*] Nec in eo præcise puncto quo Lunam terris cœlum ostendit, subducitve, aut in meridiana cœli plaga sistit: cœlum enim secum rapere ac torquere sidera novimus; sed aliquanto post.

[j] *Octogenis*] Vix Pytheæ hac in parte habenda fides. Tamesis certe, ubi æstus est maximus, mare vix recipit ad cubitos XIV. Inter Norvegiam et Daniam vix sentitur æstus. At in ora Galliæ San-Macloviana, quæ Anglicæ opponitur, usque ad LXX. pedes æstus attolluntur, et quandoque ad XC. ut aiunt Furnerius Hydrogr. IX. 21. p. 353. Fr. Resta, tract. 2. de Mari, cap. 15. et alii.

[k] *Tertio die*] Africana littora, ad Uticam, Tunetum, Hipponem, aliasque quasdam oras, sentiunt quidem aliquem æstum, sed levem: et Melita certe multo majorem. Quare quod tertio die ex Italia Uticam descensus sit factus, id non tam æstui, quam prono aquarum Ponti, Propontidis, et Ægæi maris lapsui in mare internum, atque inde in oras Africanas, adjuvante tamen nonni-

rum Uticam, æstu fervente. Circa littora autem magis quam in alto deprehenduntur hi motus: quoniam et in corpore[1] extrema pulsum venarum, id est, spiritus magis sentiunt. In plerisque tamen æstuariis propter dispares siderum in quoque tractu exortus, diversi existunt æstus, tempore, non ratione, discordes, sicut in Syrtibus.[m]

c. Et quorundam tamen privata natura est, velut Tauromenitani[1] euripi[a] sæpius, et in Eubœa septies die[b] ac nocte reciprocantis. Æstus idem[2 c] triduo in mense consistit, septima, octava, nonaque Luna. Gadibus,[d] qui est

---

CAP. C. 1 Ita Chiffl. *Tauromnitani* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—2 *Idem æstus* margo ed. Dalec. et Gronov.

NOTÆ

hil, si ita videtur, ipso æstu, tribuendum est.

[1] *Quoniam et in corpore*] Adjuvat forsan hanc similitudinem Furnerii doctrina, statuentis Hydrogr. x. 8. p. 340. ut in corporibus nostris febrium statas reversiones, sic in mari æstus cieri, commotis vaporibus halitibusque marina aqua inclusis.

[m] *In Syrtibus*] De his Solinus, cap. 27. p. 49. 'Syrtes inaccessas undosum ac reciprocum mare efficit, cujus sali defectus vel incrementa haud promtum est deprehendere: ita incertis motibus nunc in brevia crescit dorsuosa, nunc æstibus inundatur inquietis: et auctor est Varro, perflabilem ibi terram ventis penetrantibus, subitam vim spiritus citissimi aut evomere maria, aut resorbere.'

[a] *Euripi*] 'Euripon vocant,' inquit Mela, II. 7. p. 43. agens de Chalcidico, 'rapidum mare, et alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis, adeo immodice fluens, ut ventos etiam ac plena ventis navigia frustretur.'

[b] *Septies die*] Ita Strabo lib. I. p. 55. Cicero de Nat. Deor. lib. I. aliique. At Gillius, qui ea loca vestigavit, ut narrat Fr. Resta in Meteorol. tract. I. de Mari, cap. 13. p. 656. dicisse se ex incolis ait, bis tantum fluere, bisque refluere, non septies æstuare: aliquando tamen has vices minime observare. Ita etiam Gassendus in lib. X. Laërtii p. 1091.

[c] *Æstus idem*] Consistentia, sive mediocritas aquarum non solum septima die sentitur, sed et octava, ac nona durat. Hoc Veneti proverbio Italo signant, *Dalli otto alli nove l'acqua no' si muove*, hoc est, ab octava die ad nonam aqua non se movet: idemque aiunt accidere ultima quadratura: *Dalli ventiuno alli ventidue la no' va ne in sù ne in Zue*: hoc est, a 21. ad 22. neque crescit neque decrescit.

[d] *Gadibus*] Ita Polybius apud Strabonem lib. III. p. 172. Et in Petrocoriis Galliæ oppido fons est omnino similis, qui simul cum Oceano augetur minuiturque, quanquam ipse a mari dissitus leucis circiter XL. hoc est, passuum millibus fere centum.

delubro Herculis proximus, fons inclusus ad putei modum, alias simul cum Oceano augetur minuiturque, alias vero utrumque contrariis temporibus. Eodem in loco alter Oceani motibus consentit. In ripa Bætis oppidum est, cujus putei crescente æstu minuuntur, augescunt decedente, mediis temporum immobiles. Eadem natura in Hispali oppido uni puteo, ceteris vulgaris. Et Pontus [e] semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.

CI. (XCVIII.) Omnia plenilunio [f] maria purgantur: quædam et stato tempore. Circa Messanam [g] et Mylas fimo similia exspuuntur in littus purgamenta: unde fabula, Solis boves [h] ibi stabulari. His addit (ut nihil, quod equidem noverim, præteream) Aristoteles, nullum animal nisi æstu [i] recedente expirare. Observatum id multum in Gallico [j] Oceano, et duntaxat in homine compertum.

CII. (XCIX.) Quo vera conjectatio existit, haud frustra spiritus sidus [k] Lunam [l] existimari. Hoc esse quod [2] terras

Cap. CII. 1 Codd. Chiffl. et Dalec. *spirituosum sidus Lunam*, &c. edd. vett. ante Harduin. *spiritum sidus lunæ;* vet. Dalec. *spiritus sidus lunæ.*—2 *Hoc est*

NOTÆ

[e] *Et Pontus*] Arist. Meteor. lib. II. 1. p. 550. Strabo lib. I. p. 55. Plutarchus, lib. de Garrul. p. 503. Senéca Natur. Quæst. IV. 2. p. 887. aliique. Est illud sane admirabilitatis maximæ, Ponti aquas et Ægæi maris in internum seu mediterraneum mare labi: nihil vicissim ex eo in Pontum refluere: adeoque parum in Atlanticum Oceanum, per Gaditanum fretum, ut cum sex horis in Oceanum illud effluat, Oceanus ipse, quasi victor in mediterraneum pelagus ingrediatur per horas duodeviginti, uti observatum est a Furnerio Hydrogr. IX. 6. p. 338. nec tamen tanta aquarum copia terras inundari.

[f] *Omnia plenilunio*] Hæc Plinius ex Seneca Natur. Quæst. III. 26. p. 874. ubi etiam addit quibusdam hoc fontibus simili ratione contingere. Strabo quoque lib. I. p. 53.

[g] *Circa Messanam*] Hæc totidem verbis Seneca loc. cit. Id experimento comprobatum a se visumque olim testatur Fazellus, decad. I. de Rebus Siculis, IX. 8.

[h] *Solis boves*] Seneca loc. cit. Apollonii Schol. ad IV. 965. aliique. Hanc tamen fabulam confictam a veteribus, ob eximiam in locis illis pascuorum felicitatem, auctor est Theophrastus, Hist. Plant. VIII. 8.

[i] *Nisi æstu*] Deprehensum usu est in maritimo Belgii tractu, eos qui obesiore paulo corpore essent, æstu accedente periclitari: qui graciliore et sicco, eodem recedente.

[j] *In Gallico*] Et in Atlantico juxta Gades, ut refert Philostratus de Vita

saturet, accedensque corpora impleat, abscedens inaniat. Ideo cum incremento ejus augeri conchylia,[l] et maxime spiritum sentire, quibus sanguis non sit. Sed et sanguinem hominum[3 m] etiam cum lumine ejus augeri ac minui: frondes quoque ac pabula (ut suo loco[n] dicetur) sentire, in omnia eadem penetrante vi.

CIII. (C.) Itaque Solis ardore siccatur liquor:[o] et hoc esse masculum sidus accepimus, torrens cuncta sorbensque.[1]

CIV. Sic mari late patenti saporem incoqui salis, aut quia[a] exhausto inde dulci tenuique, quod facillime trahat vis ignea, omne asperius[1] crassiusque linquatur: ideo summa[b] æquorum aqua dulciorem profundam: hanc esse veriorem causam asperi saporis, quam quod mare terræ

---

quod cod. Chiffl.—3 Ita Chiffl. cum edd. Hardnin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sed et sanguine hominem* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov.

CAP. CIII. 1 *Ita cum Solis ardore siccetur liquor* (*nam et hoc, &c. sorbensque*) *sic mari, &c.* Pintian.

CAP. CIV. 1 Chiffl. *omne et asperius.* Mox nonnulli ap. Dalec. et Gronov.

NOTÆ

Apoll. v. 1. p. 210.

[k] *Spiritus sidus*] Hoc est, vitæ sidus, quod vitalem humorem ac spiritus in corporibus rebusque omnibus varie temperet. Ita rescripsimus ex Reg. cod. 1. cum prius legeretur, *spiritum sidus Lunæ*. In Chiffl. *spirituosum*.

[l] *Conchylia*] Horat. II. Sat. 4. 30. 'Lubrica nascentes implent conchylia Lunæ.' Vide quæ diximus cap. 41.

[m] *Sanguinem hominum*] Ita R. 1. 2. Chiffl. Tolet. &c. non *sanguine hominem*, ut editi. Egregie in eam sententiam Julius Firmicus Mathes. in Præfat. lib. IV. p. 84. 'Nam et crescentis Lunæ,' inquit, 'augmenta in corporibus nostris, et deficientis luminis damna sentimus. Medullæ enim humani corporis, cum Luna crescit, crescunt: cum vero inanis cœperit luminibus destitui, tenuati corporis fatigatione languescunt,' &c.

[n] *Ut suo loco*] Libro præsertim XVIII. cap. 75.

[o] *Siccatur liquor*] Hoc est, mare, quod magis magisque exsiccari a Sole in dies, futurumque aliquando ut totum absumatur, affirmanti Aristoteli Plinius credidit, Meteorol. lib. II. 1. p. 549.

[a] *Aut quia*] Tergeminam in medio causam proponit, cur salsum sit mare. Hanc priorem hausit ex Hippocrate, de Aëre, Locis, et Aquis, cap. 4. p. 197. tom. VI. et ex Arist. lib. II. p. 552. Eam porro fuisse et Anaximandri sententiam, auctor est Plut. de Placitis Philos. III. 16. p. 896.

[b] *Ideo summa*] Vide Notas et Emend. num. 84.

sudor[c] sit æternus: aut quia plurimum[d] ex arido misceatur illi vapore:[4] aut quia terræ[e] natura sicut medicatas[3] aquas inficiat. Est in exemplis, Dionysio Siciliæ tyranno, cum pulsus est[f] ea potentia, accidisse prodigium, ut uno die in portu dulcesceret mare.

(CI.) E contrario ferunt Lunæ fœmineum ac molle sidus, atque nocturnum, solvere humorem, et trahere, non auferre. Id manifestum esse, quod ferarum occisa corpora in tabem visu suo resolvat, somnoque sopitis[g] torporem contractum in caput revocet, glaciem refundat,[h] cunctaque humifico

ideo summam æquorum aquam dulciorem profunda.—2 Chiffl. et Salmant. *plurimus ex arido misceatur illi vapor.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *natura medicatis* Frankf. Leyd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *natura medicatas* Lugd. Erasmi.

NOTÆ

[c] *Terræ sudor*] Id quod existimavit Empedocles, ut refert Plutarch. loc. cit. p. 897. allique veteres apud Arist. Meteor. II. 1. p. 550. quorum ipse opinionem ridet.

[d] *Aut quia plurimum*] Altera ratio, quam pro salsugine maris explicanda proponit: Quia aqua maris ab exhalationibus terræ siccioribus calorem habet admixtum, sibique ingenitum. Quod autem calidum est, salsius est quam quod dulce, *τὸ γὰρ ἁλμυρὸν, θερμότερον τοῦ ποτίμου*, inquit Arist. Probl. XXIII. 30. p. 788. Vide Notas et Emend. num. 85.

[e] *Aut quia terræ*] Tertia ratio. Forte id evenit, inquit, quia terræ, quæ marinis aquis substernitur, natura est hujuscemodi, ut medicata sua vi seu amarore aquas inficiat. Multos esse in maris alveo salinos montes, et veluti fodinas, quæ subinde renascantur, haud improbabile recentioribus physicis videtur: cum tota pæne insula, quæ *Ormuz* appellatur, nihil sit præter durum candidumque salem, ex quo ædes ipsæ exstrui in eo tractu solent. Sed hoc urinatorum expe-rientiæ adversatur, qui dulcem aquam ex imo mari in vitreis vasculis attulerunt.

[f] *Cum pulsus est*] Ac literas deinde puerulos Corinthi docuit, magister ludi factus ex tyranno, ut ait Valerius Max. VI. 9. p. 329. usque eo imperio carere non poterat, inquit Cic. Tusc. lib. III. p. 379.

[g] *Somnoque sopitis*] Elegans Macrobii in eam rem locus, Saturn. VII. 16. p. 641. 'Non est ergo mirum, si, ratione proprietatis quæ singulis inest, calor Solis arefacit, lunaris humectat. Hinc et nutrices pueros alentes experimentis obtegunt, cum sub Luna præterennt: ne plenos per ætatem naturalis humoris amplius lunare lumen humectet ... Hoc quoque notum est, quia si quis diu sub Luna somno si dederit, ægre excitatur, et proximus fit insano, pondere pressus humoris, qui in omne ejus corpus diffusus atque dispersus est proprietate lunari, quæ, ut corpus infundat, omnes ejus aperit et laxat meatus,' &c.

[h] *Refundat*] Solvat. Certum est in plenilunio non esse nocturna frigora

spiritu laxet. Ita pensari naturæ vices, semperque sufficere, aliis siderum elementa cogentibus, aliis vero fundentibus. Sed in dulcibus[i] aquis Lunæ alimentum esse, sicut in marinis Solis.

CV. (CII.) Altissimum mare XV. stadiorum[j] Fabianus tradit. Alii in Ponto[k] ex adverso Coraxorum gentis (vocant *Βαθία*[l] Ponti) trecentis fere a continenti stadiis immensam altitudinem maris tradunt, vadis nunquam repertis.

CVI. (CIII.) Mirabilius[1] id faciunt aquæ dulces, juxta mare[a] ut fistulis emicantes. Nam nec aquarum natura a miraculis cessat. Dulces mari invehuntur, leviores haud dubie. Ideo et marinæ, quarum natura gravior, magis in-

---

CAP. CVI. 1 *Mirabile* Chiffl. et mox in codd. Dalec. et Laet, *ut fistulis emanan-*

NOTÆ

tam efficacia, quam alio tempore: idque a Lunæ lumine, in quo videtur aliquid inesse caloris.

[i] *Sed in dulcibus*] Ita Zeno, Chrysippus, Posidonius, aliique apud Laërt. in Zenone, lib. VII. *Τρέπεσθαι δὲ τὰ ἔμτυρα ταῦτα καὶ τὰ ἄλλα ἄστρα, τὸν μὲν ἥλιον, ἐκ τῆς μεγάλης θαλάττης, τὴν δὲ σελήνην, ἐκ ποτίμων ὑδάτων.*

[j] *XV. stadiorum*] Scribit quoque Priscianus, Julii Cæsaris cura emensis maribus, missis per orbem, qui eorum profunditatem explorarent, eam XV. stadiorum altitudinem repertam esse. Multo breviore mensura rem Scaliger definit, Exerc. 38. ubi ait, 'Aquæ profunditatem raro excedere passus LXXX. Pluribus locis non accedere ad vicenos: paucissimis ad centenos: paucioribus, hunc numerum superare.' Vide Riccioliun, de varia profunditate marium, tom. I. p. 728.

[k] *Alii in Ponto*] Hæc Plinius ex Arist. transtulit, Meteorol. I. 13. p. 546. *Κατὰ Κοράξους περὶ τὰ καλούμενα Βαθέα τοῦ Πόντου, ταῦτα δ' ἐστὶν ἄπειρόν τι τῆς θαλάττης βάθος, οὐδεὶς γοῦν πώποτε καθιεὶς ἠδυνήθη πέρας εὑρεῖν· ταύτῃ δὴ πόρρω τῆς γῆς σχεδὸν περὶ τριακόσια στάδια, κ. τ. λ.*

[l] *Βαθέα*] Hoc est, maris immensa profunditas. Eadem porro altitudo esse dicitur in mari Caspio, in freto Britanniæ et Hiberniæ, et prope Ulmam Sueciæ. Mare juxta Taprobanen Plinius VI. 24. profunditate tanta esse ait, nullæ ut anchóræ sidant. De staguis etiam Seneca Natur. Quæst. III. 19. p. 871. 'Jam quis ignorat,' inquit, 'esse quædam stagna sine fundo?'

[a] *Juxta mare*] Qualis est fons ille qui juxta Aradum, de quo v. 34. In insula S. Jacobi, novo orbe, mille passibus a littore fons in alto emicat suavissimi saporis, tanta vi emergens, ut supra mare exsiliat ad cubiti altitudinem.

vecta sustinent.[a] Quædam vero et dulces inter se supermeant alias. Ut in Fucino lacu invectus amnis,[b] in Lario Addua, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Sevino Ollius, in Lemanno Rhodanus, hic trans Alpes, superiores in Italia, multorum millium transitu hospitales suas tantum, nec largiores,[c] quam intulere,[3] aquas evehentes. Proditum hoc et in Oronte[d] amne Syriæ, multisque aliis.[e]

Quidam vero odio maris subeunt vada, sicut Arethusa[f] fons Syracusanus, in quo redduntur jacta in Alpheum, qui per Olympiam fluens, Peloponnesiaco littori infunditur. Subeunt terras,[4] rursusque redduntur, Lycus in Asia,[g] Erasinus in Argolica, Tigris in Mesopotamia. Et quæ in Æs-

---

tes.—2 Tolet. vet. cod. Dalec. et vet. exempl. Erasmi : *marina natura grassior, magis invecta sustinet.* Paulo post, Rezzon. conj. *Ut in Expilio lacu invectus Lamber.*—3 Cod. Dalec. *quam tulere.*—4 *Subeunt terræ* Chiffl.—5 Codd. Dalec. et

NOTÆ

[b] *Invectus amnis*] Vide Notas et Emend. num. 86. Fucinus lacus, hodie *Lago di Celano.* Larius, *lago di Como.* Verbanus, *lago Maggiore.* Benacus, *lago di Guarda.* Sevinus, *lago di Seo*, vel *d'Iseo.* Lemannus, *le lac de Geneve.* Amnium nomina dicemus III. 23.

[c] *Nec largiores*] Si flumina lacubus innatare hoc uno Plinius argumento colligit, quod in exitu non majorem evehant aquæ vim, quam quantam intulerunt, ludit operam. Nam etsi aquæ permisceantur inter se vel maxime, imminui lacus non continuo debet, si per eum amnis transierit. Quid quod enim ex iisdem amnibus nati lacus? qui amnes ubi depressiorem locum, hoc est, alveum lacus impleverint, eandem aquæ molem trahentes pergunt porro ulterius, quo patitur declivitas loci, alveique sinus. Alioqui tamen, cum amnes quidam violentius per lacus feruntur, impermixtas ferme aquas servare vulgo existimantur: qua ratione fluvii quidam insigniores retinent in mari per milliaria aliquot et cursus sui tenorem, et saporem aquæ.

[d] *In Oronte*] Ita Strabo, lib. VI. pag. 275. De Oronte dicemus V. 18.

[e] *Multisque aliis*] Singulare est in eo genere, quod de Tigri et Arethusa narratur VI. 31.

[f] *Arethusa*] Dicemus de ea re opportunius, XXXI. 30.

[g] *Lycus in Asia*] Ovid. Met. XV. 273. 'Sic ubi terreno Lycus est epotus hiatu, Exsistit procul hinc, alioque renascitur ore: Sic modo combibitur, tacito modo gurgite lapsus, Redditur Argolicis ingens Erasinus in arvis.' Citat hos versus etiam Seneca loc. cit. p. 873. subjungitque porro, 'Idem et in Oriente Tigrin facere: absorberi; et desideratum diu, tandem longe remoto loco, non tamen dubium an idem sit, emergere.' Vide quæ dicenda sunt VI. 31. et quæ scribit de Tigri, Oronte, aliisque Strabo lib. VI. p. 275.

culapii fonte[h] Athenis immersa sunt,[5] in Phalerico[i] reddantur. Et in Atinate[j] campo fluvius mersus, post XX. M. pass. exit, et in Aquileiensi Timavus.[6 k]

Nihil in Asphaltite Judææ lacu, qui bitumen gignit, mergi potest; nec in Armeniæ majoris Arethusa: is quidem nitrosus pisces alit. In Salentino juxta oppidum Manduriam[7 l] lacus ad margines plenus, neque exhaustis aquis minuitur, neque infusis augetur. In Ciconum[m] flumine, et in Piceno[n] lacu Velino lignum dejectum, lapideo cortice

---

Chiffl. *emersa sunt.*—6 'In Lucania, nunc *la Principauté citérieure*, est campus Atinas, oppidumque Atinum, nunc *Ateno:* ibi mergitur per quatuor circiter passuum millia fluvius Tanager, nunc *Negro*. Unde crediderim Plinium olim scripsisse: *Et in Atinate campo fluvius IV. M. pass. mersus: post XX. M. pass. exit et in Aquileiensi Timavus*, nunc *Timao*. Et forte librarii utrumque numerum junxere. Nam Posidonius de Timavo prodidit tantum CXXX. stadia; ut videre est apud Strabonem lib. v. pag. 215.' *Brotier.*—7 *Anduriam* codex ap.

NOTÆ

[h] *Æsculapii fonte*] De hoc fonte Pausanias in Atticis.

[i] *Phalerico*] Fonte, cui nomen a Phalera Atheniensium portu, de quo IV. 11.

[j] *Et in Atinate*] Tanagrum intelligit Principatus Citerioris in Italia amnem, qui in Silarim, *Selo*, defluit. Is infra Atinum, *Ateno*, ad diversorium publicum, *la Polla*, in specum magno sese cum murmure montis condens, post quatuor circiter passuum millia, haud procul oppido *Auletta* iterum emergit, ad diversorium, cui ex ea re facta appellatio, *L'hosteria del Pertuso*, hoc est, Diversorium foraminis.

[k] *Timavus*] Hunc voragine absorptum per CXXX. stadia sub terras decurrere, ac rursum emergere, scribit Posidonius apud Strabonem, lib. v. p. 215. His adde Persidis amnem Elæum, de quo VI. 31.

[l] *Manduriam*] In Chiffl. cod. *Anduriam*. Livius lib. XXVII. p. 304. Manduriam in Salentinis agnoscit. Stephano, Μανδούριον, πόλις Ἰαπυγίας. Lacus qui hic describitur, *Andoria* hodieque appellatur, VII. circiter pass. mill. ultra Tarentum, ad oppidum *Casalnuovo*, ut ait Leander.

[m] *In Ciconum*] Seneca Natur. Quæst. III. 20. p. 871. 'Interest utrum per loca sulfure, an nitro, an bitumine plena aquæ transeant. Hac ratione corruptæ, cum vitæ periculo bibuntur. Hinc illud de quo Ovidius ait Met. XV. 313. 'Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.'' Ac paulo post: 'Inde est quod res abjectæ in eundem lacum lapideæ subinde extrahuntur. Quod in Italia quibusdam locis evenit, sive virgam, sive frondem demerseris, lapidem post paucos dies extrahis,' &c. De Ciconum regione dicetur IV. 18.

[n] *In Piceno*] Hoc est, ut ego quidem interpretandum benigne censeo, in ea Sabinorum regione, ex qua orti sunt Picentes, ut dicetur III. 18. nam

obducitur, et in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem plerumque durans [8] adhuc integat cortex. Similiter in Silaro,[9] [o] ultra Surrentum, non virgulta modo immersa, verum et folia lapidescunt, alias salubri potu ejus aquæ. In exitu paludis Reatinæ [p] saxum crescit. Et in Rubro [q] mari oleæ, virentesque frutices enascuntur.[10]

Sed et fontium plurimorum natura mira est fervore. Idque etiam in jugis Alpium, ipsoque in mari inter Italiam et Ænariam, ut in Baiano sinu, et in Liri fluvio, multisque aliis. Nam dulcis [r] haustus in mari [11] plurimis locis, ut ad Chelidonias insulas, et Aradum, et in Gaditano Oceano. Patavinorum [s] aquis calidis herbæ virentes innascuntur:

Laet, et Chiffl.—8 Pintian. conj. *plerumque durus;* et sic margo edd. Dalec. et Gronov.—9 Ita codd. Harduini, Tolet. et Salmant. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Similiter in flumine Silaro* Lugd. 1606. Dalec. Elz. et Gronov. *S. in f. Silari* Lugd. Erasmi. Mox, Regg. Brot. 5. 6. habent *verum et volatilia lapidescunt.*—10 'Ita cod. Reg. 5. et libri omnes editi. Hæc vero in aliis Mss. codicibus omissa sunt, et omissa volebat eruditus Harduinus; quod forte sunt translata e lib. XIII. cap. 48. ubi eadem occurrunt.' *Brotier.* Desiderantur etiam in codd. Tolet. et Salmant.—11 Vet.

NOTÆ

in mediis Sabinis, quæ quarta Italiæ regio est, lacus est Velinus, *lago di Pie di Luca:* non in vero Piceno, quo quinta Italiæ regio continetur.

[o] *In Silaro*] De eo III. 9. Eadem refert Strabo lib. v. p. 251. Silius Italicus lib. VIII. 'Nunc Silarus quos nutrit aquis, quo gurgite tradunt Duritiem lapidum mersis inolescere ramis.'

[p] *Paludis Reatinæ*] Reate in Sabinis: de quo III. 17. De hac palude rursum XXXI. 8.

[q] *Et in Rubro*] Vide Notas et Emend. num. 87.

[r] *Nam dulcis*] De mari certe quod Aradum alluit, id Strabo diserte affirmat, lib. XVI. p. 754. modumque idem aperit, quo ex ipso maris fundo dulcis aqua peti ibi soleat: qui modus hodieque in usu frequenti est ad Ormusiam insulam, ut Farnerius refert Hydrogr. IX. 26. p. 358. De Gaditano fonte seu puteo diximus cap. 100.

[s] *Patavinorum*] Aquas Aponenses dictas significat, a Patavio quinto lapide dissitas: quarum e rivulis virides se florentesque plantas excerpsisse scribit Falloppius, de Aquis Thermal. cap. 17. cum aquas illas non calidas modo, ut Plinius ait, sed et ferventissimas esse idem Falloppius asseveret: Claudianus item, Carmine 49. cujus lemma, 'Aponus:' 'Fataque vicinis noxia pellis aquis, &c. Ardentis fœcundus aquæ, quacumque cavernas Perforat, offenso truditur igne, latex, &c. Quis sterilem non credat humum? fumantia vernant Pascua: luxuriat gramine cocta silex,' &c. Eximia est hujus fontis descriptio apud Cassiodorum, Variar. II. 39. quæ est Theodorici Re-

Pisanorum,[t] ranæ: ad Vetulonios[u] in Etruria non procul a mari pisces. In Casinate fluvius appellatur Scatebra,[v] frigidus, abundantior æstate. In eo, ut in Arcadiæ Stymphali,[w] enascuntur[12] aquatiles musculi.[x] In Dodone[y] Jovis fons cum sit gelidus, et immersas faces extinguat, si extinctæ admoveantur, accendit. Idem meridie semper deficit: qua de causa *Ἀναπαυόμενον*[13][z] vocant. Mox increscens ad medium noctis exuberat: ab eo rursus sensim deficit. In Illyriis supra fontem frigidum expansæ vestes accenduntur. Jovis Hammonis stagnum[a] interdiu frigidum,[14] noctibus fervet. In Troglodytis[b] fons Solis[c] appellatur

cod. Dalec. *in maris*. Mox, in Chiffl. *Arabum* pro *Aradum*.—12 Cod. Dalec. *nascuntur*.—13 *Anapausomenon* omnes edd. ante Harduin.—14 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *fons interdiu frigidus* Ald.

NOTÆ

gis ad Aloisium Architectum.

[t] *Pisanorum*] Tertio fere a Pisis lapide, qua Lucam iter est.

[u] *Vetulonios*] Vetulonii oppidi rudera, *Vetuglia*, juxta sylvam *Vetletta*, visuntur etiamnum, in Etruria. Similis huic Vetuloniorum fonti fons ille, de quo Busbequius *αὐτόπτης*, Epist. I. pag. 10. 'Illud quoque,' inquit, 'dum eram Budæ in Hungaria videre juvit, fontem qui est extra portam, qua iter est Constantinopolim in summo mire ferventem, in cujus tamen fundo natantes despicias pisces: quos inde nisi coctos eximi posse non putes.'

[v] *Scatebra*] Præterfluit oppidum S. Germani prope Cassinum, influit in Vinium, cujus Varro meminit: ambo deinde in Lirim, quem vocant *il Gariglione*.

[w] *Stymphali*] Arcadiæ is lacus est, Στυμφαλὶς Herod. lib. VI. p. 358.

[x] *Aquatiles musculi*] Mures aquatici: non mituli pisces, ut visum est nonnemini. Vide XXXI. 10.

[y] *In Dodone*] Meminere hujus fontis, ac miraculi, Lucretius lib. VI. Mela II. 3. Solinus cap. 7. p. 22. Augustin. de Civit. XXI. 5. Isidorus XIII. 13. aliique.

[z] *Ἀναπαυόμενον*] Quasi alternis requiescens, ac meridians: diem diffindens, ut Varro loquitur, insititia quiete. Similem plane fontem in Provincia, quæ Galliæ pars est, Collis-Martiensem appellatum, describit eleganti oratione Gassendus in lib. X. Laërtii, p. 1060.

[a] *Hammonis stagnum*] Vide Notas et Emend. num. 88. Hæc *πικρὰ καλουμένη λίμνη*, *amarum stagnum*, apud Diodorum lib. VII. p. 527. centum fere stadiis dissitum ab oppidulis, quæ nomine Jovis Hammonis censentur: quod nomen et stagno hæsit.

[b] *In Troglodytis*] Æthiopibus scilicet, de quibus v. 5. et 8. Horum in confinio positam ædem Jovis Hammonis ad septemtrionem, Curtius auctor est IV. 29. p. 138. Harum regionum confusi sæpe permixtique

dulcis, circa meridiem[15] maxime frigidus: mox paulatim tepescens, ad noctis media fervore et amaritudine[d] infestatur.

Padi fons mediis diebus æstivis velut interquiescens semper aret. In Tenedo insula fons, semper a tertia noctis hora in sextam[e] ab æstivo solstitio exundat. Et in Delo insula Inopus fons[16][e] eodem, quo Nilus, modo, ac pariter cum eo decrescit augeturque. Contra Timavum amnem insula parva[f] in mari est cum fontibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt, minuunturque. In agro Pitinate[g]

[e] *A tertia noctis hora post Solis occasum, ad sextam, quæ media nox.*

Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. et Gronov.—15 Ita Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *circa diem* Harduin. 2. quod recepit Franzius, haud conscius erroris typographici. —16 *Inolus fons* Chiffl. et cod. ap. Laet. Mox, vocabula *ac pariter* deleret

NOTÆ

fines fecerunt ut ab aliis scriptoribus aliubi collocaretur fons Solis, ipsumque Hammonis nemus ac fanum. In Libya nonnulli, alii in Marmarica, in Cyrenaica alii, aliubi alii posuerunt.

[c] *Fons Solis*] De eo Herod. lib. IV. p. 282. n. 181. Diodorus lib. XVII. p. 528. Mela, I. 8. Curtius loc. cit. num. 30. p. 139. aliique. Neque mirum debet videri, Garamantico fonti alteri, de quo v. 5. easdem prope mutationes adjudicari, vicesque caloris ac frigoris: cum tota hæc regio, etiam mediis in arenis, multis manet fontibus et dulcibus aquis, ut Curtius monet loc. cit.

[d] *Amaritudine*] Hoc in eo fonte singulare, nec cum Garamantico, aliisve, sed cum stagno tamen, de quo proxime dictum est, ei commune.

[e] *Inopus fons*] Prodigiosa commenta augent, inquit Strabo lib. VI. p. 271. qui Inopum e Nilo in Delum derivant: Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ἴνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τοῦ Νείλου περαιοῦντες. Idem habet et Pausanias. Strabo lib. X. p. 458. fluviolum ait esse. Hunc igitur subterraneis occultisque meatibus venire Delum putabant: atque inde pares cum eo amne habere incrementi vices. Hodie nec hujus fontis ullum, nec fluvii ibi vestigium est.

[f] *Insula parva*] Peninsula est, cujus latus meridionale clauditur mari: orientale, Timavo amne: septemtrionale, fluviolo in Timavum defluente, cui cognomen a D. Antonii nomine inditum. Fontes calidi, i *bagni di monte Falcone*, ab oppido cognomine proximo appellantur: iidemque i *bagni di S. Antonio*, ab ædicula huic Divo sacra. Distant a mari uno atque altero teli jactu: a Timavi fontibus, passibus fere mille. Hinc idem cum maris æstu incrementum detrimentumque patiuntur. Vide Senecam Natur. Quæst. III. 16. 'Sed quare quidam fontes senis horis pleni, senisque sicci sunt?' Causam afferre conatur Plinius Junior lib. IV. Epist. ult. et Licetus lib. V. de Quæsitis per Epist. p. 277.

[g] *Pitinate*] Pitinum civitas Epis-

trans Apenninum fluvius Novanus[h] omnibus solstitiis torrens, bruma siccatur.

In Falisco[i] omnis aqua[j] pota[17] candidos boves facit: in Bœotia[k] amnis Melas oves nigras: Cephissus ex eodem lacu profluens, albas: rursus nigras Peneus,[l] rufasque[m] juxta Ilium Xanthus, unde et nomen amni. In Ponto fluvius Astaces[n] rigat campos,[18] in quibus pastæ nigro lacte equæ gentem alunt. In Reatino fons Neminie[19] appella-

---

Dalecampius.—17 *In Falisco Clitumi amnis aqua potata* codd. Dalec. vet. ejusdem, Laet, et vet. exempl. Erasmi. Vid. Not. Var.—18 *Astacenos rigat. campos. irrigat* Chiffl. Paulo post, codd. Dalec. et vet. ejusdem: *oves pastæ nigro lacte, et equæ, &c.*—19 Ita codd. Harduini, et Chiffl. item edd. Harduini 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Neminia* Dalec. Lugd. 1606. Els. et Gro-

NOTÆ

copalis fuit, ut apparet ex Concilio Rom. sub Symmacho. Extare ejus vestigia ait Holstenius in Geogr. tribus circiter mill. pass. ab Aquilana civitate: Loco nomen, *Torre di Pitino.*

[h] *Novanus*] Forte *Vomanus* legi satius fuerit. Nam de Vomano flumine trans Apenninum in Piceno mentio III. 18. Exempla plurima fontium, amniumque, qui arescant hyeme, æstate redundent, vide apud Fr. Restam, in Meteorol. tract. II. de Flumin. et Font. p. 735. Et in Vapicensi agro Galliæ, *Gap en Dauphiné*, referente Nic. Chorier, teste oculato ac locuplete, Hist. Delphin. lib. I. p. 36. fontes visuntur solstitio exundantes, qui sensim postea in dies usque ad brumam decrescant.

[i] *In Falisco*] De Falisca, III. 8. Ovid. Amor. III. 12. 'Ducuntur niveæ, populo plaudente, juvencæ, Quas alnit campis herba Falisca suis.'

[j] *Omnis aqua*] Vide Notas et Emend. num. 89.

[k] *In Bœotia*] Hoc de utroque Bœotiæ amne, tacito tamen nomine, refert ex Varrone Solinus, cap. 7. p. 23. Seneca miraculum explicat, vel etiam auget, Natur. Quæst. III. 25. p. 872. 'Quibusdam fluminibus vis inest mira. Alia enim sunt, quæ pota inficiunt greges ovium: intraque breve tempus, quæ fuere nigræ, albam fecerunt lanam: quæ albæ venerant, nigræ abeunt. Hoc etiam in Bœotia amnes duo efficiunt: quorum alteri ab effectu Melas nomen est: uterque ex eodem lacu exeunt, diversa facturi.'

[l] *Peneus* [*Penius*] Vel, ut scribitur IV. 15. *Peneus.* Græcis Πηνειὸς est. Seneca eleganter loc. cit. p. 873. 'Si lana opus fuerit nigra, puellis paratus gratuitus infector est: ad Peneum gregem appellunt.' Sic enim prius legebatur, quam Muretus ad Ceronem scriberet.

[m] *Rufasque*] Hoc Plinius ex Arist. Hist. Animal. III. 10. pag. 353. ubi ξανθὰ πρόβατα ex Scamandri potu, qui deinde Xanthus ab ea re dictus est, provenire scribit. Vitruvius pariter VIII. 3. p. 162. ξανθὰ πρόβατα, *armenta rufa* transtulit. Alii *fulva* malunt. Refert hoc ipsum Ælianus Histor. Animal. VIII. 21.

tus, alio atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significans. Brundisii in portu fons incorruptas præstat [20] aquas navigantibus. Lyncestis [p] aqua, quæ vocatur acidula, vini modo temulentos facit. Item in Paphlagonia,[q] et in agro Caleno.[r] In Andro [s] insula templo Liberi patris fontem Nonis Januariis semper vini sapore fluere Mucianus ter cos. credit: *Διὸς Θεοδοσία* [t] vocatur.[21] Juxta Nonacrin [u]

nov. *Neminiæ* Lugd. Erasmi.—20 Chiffl. *incorruptas in spira præstat*, probante Nic. Heinsio in Adv. III. 2. p. 411. cod. Dalec. *semper præstat*.—21 *Dies Theodosia appellatur* Tolet. et Salmant. *Dios Tecosia vocatur* vet. Dalec. *Dies Tecnosia vocatur* edd. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *Diotecnosia vocatur*

NOTÆ

[a] *Astaces*] Vel *Astacenos*: hoc est, Astacenæ regionis.

[o] *Incorruptas præstat*] Ita Reg. 2. At Reg. 1. et Chiffl. *incorruptas in spira præstat*: forte, pro *incorruptas semper præstat*.

[p] *Lyncestis*] Nomen habet a Lynco oppido, de quo IV. 17. *Ἔστι δὲ καὶ περὶ Λύγκον κρήνη τις ὕδατος ὀξέος*, inquit Arist. Meteorol. II. 3. pag. 558. Vitruvius VIII. 3. p. 163. 'Sunt nonnullæ,' inquit, 'acidæ venæ fontium, uti Lyncesto,' &c. Seneca III. 20. pag. 872. 'Hoc habet mali et Lyncestius amnis, 'Quem quicumque parum moderato gutture traxit, Haud aliter turbat, quam si mera vina bibisset.'' Ovidiani sunt versus, ex Met. XV. 329. Vide D. de Boissieu, de Septem Miraculis Delphinatus, p. 123. in Œnirhoë, seu fonte vinoso, agri Vapincensis. Plinius a Theopompo hæc accepisse se profitetur, XXXI. 13. De aqua Lyncestide Theopompum laudat auctorem et Sotion, in Excerptis de Fluminibus ac Fontibus, p. 140.

[q] *In Paphlagonia*] Vitruvius loc. cit. pag. 164. et Athenæus lib. II. pag. 42.

[r] *Agro Caleno*] In Campania. Valerius Max. I. 8. pag. 77. 'Vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam, proprietatem vini, qua homines inebrientur, possidere natura voluerit.'

[s] *In Andro*] De hoc miraculo dicetur XXXI. 13.

[t] *Διὸς Θεοδοσία*] Ita codices Reg. 1. 2. tresque alii, et Pintiani duo: tanquam si dixeris, divinum Jovis munus hunc fontem esse. Ea lectio potior videtur, quam quæ hactenus recepta est in libris editis, *Διὸς τεκνωσία*, perinde ac si Jovis partus, (quia Jovis femore Liberum genitum fabulæ ferunt) ad hunc fontem quicquam attineat.

[u] *Juxta Nonacrin*] Vitruvius loc. cit. pag. 163. Plinius ipse XXXI. 19. aliique. Magnifice, ut solet, Seneca Natur. Quæst. III. 25. p. 872. 'Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis, advenas fallit, quia non facie, non odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum venena, quæ deprehendi nisi morte non possunt.' Vide et Strabon. lib. VIII. p. 389. Hoc refert ex Varrone Solinus cap. 7. p. 22.

in Arcadia [22] Styx, nec odore differens, nec colore, epota illico necat. Item in Libroso [23] [v] Taurorum colle tres fontes, sine remedio, sine dolore mortiferi. In Carrinensi [24] [w] Hispaniæ agro duo fontes juxta fluunt, alter omnia respuens, alter absorbens. In eadem gente alius, aurei coloris omnes ostendit pisces, nihil extra illam aquam ceteris differentes. In Comensi juxta Larium lacum, fons largus,[x] horis singulis semper intumescit ac residet. In Cydonea [y] insula [25] ante Lesbon fons calidus, vere tantum fluit Lacus Sinnaus [26] [z] in Asia circumnascente absinthio inficitur.[b] Colophone in Apollinis Clarii specu lacuna est, cujus potu [a] mira redduntur oracula, bibentium breviore vita. Amnes

[b] *Amarescit.*

Basil. et Lugd. Erasmi.—22 *Juxta Nonacrim in Arcadia* Chiffl. *Juxta Nonacrim Arcadiæ* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Nostram lectionem exhibent Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—23 *Item in Beroso* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. aliæ edd. ante Harduin. qui ex codd. suis nostram lectionem recepit, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz.—24 Nonnulli legunt *Catanensi*, monente Dalecampio. Paulo post, Chiffl. *In eadem gente alveus.*—25 *In Sydonia insula* quædam edd. vett. *In Cydonia insula* Lugd. Erasmi. *In Cydonea* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—26 *Lacus Innaus* nonnulli ap. Laet, et Chiffl.

NOTÆ

[v] *In Libroso*] Ita Reg. 1. At Reg. 2. *Libereso.* Editi deterius, *Beroso.* De Tauris Scythiæ populis, IV. 26.

[w] *Carrinensi*] Pagus est tenuis, quatuor fere a Conimbrica leucis, quod etiamnunc incolæ appellant *Carromeu*, ut forte *Carrimensi* scribi in Pliniano contextu oporteat. Ibi tres ii fontes visuntur, quos Plinius hoc loco commemorat. Alterum ex iis omnia absorbentem, *Fervença* vocant, quod perenni aquarum et arenarum ebullitione fervet. Vide Vasconcellium in descriptione regni Lusit. et Andr. Resendium, Antiq. Lusit. lib. II.

[x] *Fons largus*] Hunc fontem describit eximie Plinius Junior lib. IV. Epist. ult. Est ad orientalem Larii lacus plagam, *Lago di Como*, X. mill. pass. a Como.

[y] *Cydonea*] Vide V. 39.

[z] *Lacus Sinnaus*] In Reg. 2. *Sannaus.* R. 1. et Colb. 2. *Annaus.* Chiffl. *Innaus.* Alii, *Amaus.* Σύναδα urbs est magnæ Phrygiæ Ptolemæo V. 2. pag. 138.

[a] *Cujus potu*] Tacitus Annal. II. p. 58. de Germanico: 'Appellit Colophona, ut Clarii Apollonis oraculo uteretur. Non fœmina illic, ut apud Delphos: sed certis e familiis, et ferme Mileto accitus sacerdos, numerum modo consultantium, et nomina audit: tum in specum digressus, hausta fontis arcani aqua, ignarus plerumque literarum et carminum, edit responsa,' &c.

retro fluere et nostra vidit ætas, Neronis principis annis supremis, sicut in rebus ejus retulimus.[b]

Jam omnes fontes æstate quam hyeme gelidiores esse, quem fallit? Sicut illa permira naturæ opera, æs et plumbum in massa mergi, dilatata fluitare: ejusdemque ponderis alia sidere, alia invehi. Onera in aqua facilius moveri. Scyrium[27] [c] lapidem, quamvis grandem, innatare, eundemque comminutum mergi. Recentia cadavera ad vadum labi, intumescentia[d] attolli. Inania vasa haud facilius, quam plena, extrahi. Pluvias salinis[e] aquas[28] utiliores esse, quam reliquas: nec fieri salem, nisi admixtis dulcibus. Marinas tardius[f] gelare, celerius accendi.[g] Hyeme mare[h]

Lacus Ainnaus alii ap. eundem Laet.—27 *Thyrreum* edd. vett. ante Harduin. —28 Chiffl. Tolet. et Salmant. *salinis aquis*.—29 Ita Chiffl. aliique codd. ap.

NOTÆ

[b] *Retulimus*] In libris historiarum, quos a fine Anfidii Bassi composuit, ut dictum est in Præfatione ad Vespas.

[c] *Scyrium*] Vide Notas et Emend. num. 90.

[d] *Intumescentia*] Post duos vel tres dies, inquit Cardanus: post septem, Levinus Lemn. de Occultis Nat. Causam hujus emersionis cadaverum ex aqua, refundunt Physici in spiritus, quibus pulmo et meatus omnes implentur, cum putrescit corpus, et intabescit. Vide Fr. Rostam, tract. I. de mari, p. 706. Negant Lusitani cadavera in mare projecta cis Æquatorem aquis immergi: ultra, mergi aiunt. Vide Furnerium Hydrogr. III. 28. p. 117.

[e] *Pluvias salinis*] Hoc illud est quod rursum ait XXXI. 39. 'Sal vulgaris, plurimusque in salinis, mari affuso, non sine aquæ dulcis riguis, sed imbre maxime juvante.'

[f] *Marinas tardius*] Quia aquæ salsæ calidiores sunt, ut ex Arist. diximus cap. 104.

[g] *Celerius accendi*] Ita Arist. Problem. XXIII. 15. p. 786. et Plutarch. Sympos. Quæst. I. 9. p. 627. Αὐτή τε ἡ θάλαττα προσραινομένη ταῖς φλαξὶ συνεκλάμπει, καὶ καίεται μάλιστα τῶν ὑδάτων τὸ θαλάττιον· ὃς δ' ἐγχέεται, διὰ τοῦτο καὶ θερμότατόν ἐστιν, *Injecta in flammam aqua marina simul exardescit; neque ulla alia est aqua quæ perinde incendatur: utique mea fert sententia, idcirco etiam est calidissima.* Quia pinguior est, ut indicio est oleum, quod ex sale exprimitur, idcirco deuri posse Philosophus loc. cit. putat, et Problem. 32. p. 788. Et sane Dio refert, cum in pugna Actiaca Antonii milites conarentur plenis situlis ignem a Cæsarianis immissum restinguere, majores inde vires cepisse.

[h] *Hyeme mare*] Arist. Probl. XXVI. 60. p. 806.

calidius esse, autumno[i] salsius. Omne oleo[j] tranquillari. Et ob id[k] urinantes ore spargere: quoniam mitiget naturam asperam, lucemque deportet. Nives[l] in alto mari non cadere. Cum omnis aqua deorsum feratur, exsilire fontes: atque etiam in Ætnæ radicibus flagrantis in tantum, ut quinquagena et centena millia passuum arenas flammarum globo[29] eructet.

CVII. Jamque et ignium,[1] quod est naturæ quartum elementum, reddamus aliqua miracula. Sed primum ex aquis.

CVIII. (CIV.) In Commagenes urbe Samosatis[1] stagnum est, emittens limum (maltham[a] vocant) flagrantem. Cum quid attigit[2] solidi, adhæret: præterea tactu sequitur fugientes. Sic defendere muros oppugnante Lucullo: flagrabatque miles armis suis. Aquis etiam[3] accenditur. Terra tantum restingui docuere experimenta.

CIX. (CV.) Similis est natura naphthæ:[1b] ita appellatur

Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *cineres et flammarum globos* cod. Dalec. *arenas flammarum globus* edd. vett. ante Harduin.

CAP. CVII. 1 *Namque et ignium* cod. Chiffl.

CAP. CVIII. 1 Chiffl. *in urbe Comagenes Samosata.*—2 Vet. cod. Dalec. *Cum quid attingit.* Mox Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Leyd. Frankf. Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. *tactus;* codd. Chiffl. et Harduin. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tactu.*—3 Vox *etiam* deest in Chiffl.

CAP. CIX. 1 Vet. exempl. Erasmi, *naturæ naphtha.*—2 Ita codd. Har-

NOTÆ

[i] *Autumno*] Forte a pluviis primo autumno decidentibus, quas esse tum salsiusculas docet Arist. Meteorol. II. 3. p. 556. Alioqui æstate salsius esse mare, ait Plutarchus in Quæst. Natur. p. 914.

[j] *Omne oleo*] Vide Plutarch. loc. cit. Διὰ τί τῆς θαλάττης ἐλαίῳ καταῤῥαινομένης γίνεται καταφάνεια καὶ γαλήνη; *Cur mare oleo conspersum, perlucidum fit et tranquillum?*

[k] *Et ob id*] Plutarch. loc. cit. p. 915. Gerere tum credas oleum vicem conspiciliorum, quibus lux major vegetiorque excipitur.

[l] *Nives*] Ob calidos halitus e mari exhalantes, quibus nix ante solvitur, quam decidat. Hinc etiam in locis maritimis est hyems mitior.

[a] *Maltham*] Vide Notas et Emend. num. 91. Malthæ igitur nomine duo notantur a Plinio. Primum quidem, mixtura quædam ex calce recenti, adipe suillo, et ficu, ut XXXVI. 58. Deinde limus flagrans, hoc capite in quo versamur. Hæc maltha nativa, illa factitia fuit. De nativa, Agricola de Nat. Fossil. lib. I. p. 101. De factitia, lib. VII. p. 321.

[b] *Naphthæ*] Vide quæ dicemus in

circa Babylonem,[2 c] et in Astacenis[d] Parthiæ, pròfluens, bituminis liquidi modo. Huic magna cognatio ignium, transiliuntque[e] protinus in eam undecumque visam. Ita ferunt[3] a Medea pellicem crematam, postquam sacrificatura ad aras accesserat, corona igne[f] rapta.

CX. (CVI.) Verum in montium miraculis, ardet Ætna noctibus semper, tantoque ævo ignium materia[1] sufficit, nivalis hybernis temporibus, egestumque cinerem pruinis operiens. Nec in illo tantum natura sævit, exustionem[g] terris denuntians. Flagrat in Phaselide[2 b] mons Chimæra,

---

duini et Chiffl. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *Babyloniam* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. Mox in iisdem edd. *Austagenis*; Chiffl. *Austacenis*; Salmas. *Astacene*; codd. Harduini, edd. Harduin. 1. 2. 3. Bipont. Miller. et Franz. *Astacenis*.—3 *Ita fertur* Chiffl.

CAP. CX. 1 Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Elz. et Gronov. *ignium materiæ*; codd. Dalec. et Chiffl. *materia ignium*; Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ignium materia*.—2 *Phaselitis* Chiffl. et To-

NOTÆ

Notis et Emend. num. 91.

[c] *Babylonem*] Juxta Euphratem, ubi fontes bituminis plurimi, πηγαὶ ἀσφαλτίτιδες, inquit Isidorus Charac. p. 186.

[d] *In Astacenis*] Vide Notas et Emend. num. 92.

[e] *Transiliuntque*] Concipiunt ignem illico, et arripiunt. Vide Dioscorid. I. 101. et Strabon. lib. XV. p. 743. Ii naphtham et aphtham vocant.

[f] *Corona igne*] Nota historia: Medeam iratam, veneno infectam pallam misisse ad pellicem Jasonis: ex qua palla ignis exiliens, regiam cum Creonte socero et nova nupta deussit. Horatius in Epod. v. de venenis Medeæ; 'Quibus superba fugit ulta pellicem Magni Creontis filiam: Cum palia, tabo munus infectum, novam Incendio nuptam abstulit.' Coronam fuisse, non pallam, auctor est Plinius. Astipulatur Apuleius, Asin. Aur. lib. I. p. 64. 'Et ut illa Medea, unius dieculæ a Creonte impetratis induciis, totam ejus domum, filiamque, cum ipso sene, flammis coronalibus deusserat,' &c.

[g] *Exustionem*] Ignes subterraneos magis magisque crescere in dies, veteres opinabantur, ex quo rerum omnium consecuturam aliquando conflagrationem, τὴν ἐκπύρωσιν, putabant. Vide quæ dicturi sumus in eam rem, VII. 16.

[b] *In Phaselide*] De hac Lyciæ pariet, sive, ut alii volunt, Pamphyliæ, quia in utriusque confinio sita, dicetur V. 26. Ctesiæ Cnidii, quem Plinius nunc in partes vocat, verba ipsa recitat Photius in Bibl. cod. 73. p. 146. Ὅτι πῦρ ἐστιν ἐγγὺς Φασήλιδος ἐν Λυκίᾳ ἀθάνατον, καὶ ὅτι ἀεὶ καίεται ἐπὶ πέτρας καὶ νύκτα καὶ ἡμέραν, καὶ ὕδατι μὲν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ ἀναφλέγει· φορυτῷ δὲ σβέννυται. Veteres codices le-

et quidem immortali diebus ac noctibus flamma. Ignem ejus accendi aqua, extingui vero terra, aut fœno,[3] [c] Cnidius Ctesias tradit. Eadem in Lycia Hephæstii [d] montes, tæda flammante tacti, flagrant adeo,[4] ut lapides quoque rivorum, et arenæ in ipsis aquis ardeant: aliturque ignis ille pluviis. Baculo si quis ex iis accenso traxerit sulcos,[a] rivos ignium sequi narrant. Flagrat in Bactris Cophanti noctibus vertex. Flagrat in Medis, et Sittacene,[5] [e] confinio Persidis: Susis quidem ad Turrim albam, e XV. caminis, maximo eorum et interdiu. Campus Babyloniæ flagrat, quadam veluti [6] piscina jugeri magnitudine. Item Æthiopum juxta Hesperium[7] montem,[f] stellarum modo campi noctu nitent. Similiter in Megalopolitanorum agro: tametsi internus [b] sit ille, jucundus, frondemque densi supra se nemoris non adurens. Et juxta gelidum [g] fontem semper ardens Nymphei crater [8 h] dira Apolloniatis suis portendit,[i] ut Theo-

[a] *Duxerit in terra sulcos.* [b] *In interiore nemore abditus.*

let. *Phaselite* cod. ap. Laet.—3 Longolius, *aut fimo.*—4 Chiffl. *tracti flagrant et adeo.*—5 Ita ex conjectura edidit Harduinus, eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *et in cutigente* Reg. Hard. 1. *in contigente* Reg. Hard. 2. *et Cæstia* (vel *Cestia*) *gente* Venett. Rom. Parm. Brix. Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Leyd. Frankf. Lugd. 1606. Elz. et Gronov.—6 Chiffl. *eorum. Et inter campos Babyloniæ flagrat quædam velut.*—7 *Hesperum* Salmant. et Tolet. unde Pintian. legit: *Hesperu montem.* Vid. Not. Var.—8 Ita ex codd. suis interpunxit Laet: ita quoque Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Et*

NOTÆ

gunt *in Phaselitis*, quemadmodum Antigonus in Mirab. Histor. cap. 181. *περὶ τὴν τῶν Φασηλιτῶν χώραν.*

[c] *Aut fœno*] Ctesias *φορυτῷ* dixit, quæ vox congesta stramenta significat: cujusmodi sunt fœni strues ex stabulis egeri solita. Quæ causa fortassis fuit, cur *fimo* mallet legi Longolius quam *fœno.*

[d] *Hephæstii*] De iis dicetur v. 28.

[e] *Et Sittacene*] Vide Notas et Emend. num. 93.

[f] *Hesperium montem*] Sive Ἑσπέριον κέρας, de quo VI. 35.

[g] *Et juxta gelidum*] Vide Notas et Emend. num. 94.

[h] *Nymphei crater*] Sic petram vocabant flammas eructantem, cui fontes suberant, unde bitumen manaret, in finibus Apolloniatarum positam. Strabo, lib. VII. p. 310. Ἐν δὲ τῇ χώρᾳ τῶν Ἀπολλωνιατῶν καλεῖταί τι Νυμφαῖον· πέτρα δ' ἐστὶ πῦρ ἀναδιδοῦσα, κ. τ. λ. De hoc Nympheo rursum III. 26.

[i] *Portendit*] Cum dies noctesque ardere perseveret, intermisisse semel fama est apud Apolloniatas, inquit

pompus tradidit. Augetur[j] imbribus, egeritque bitumen, temperandum[c] fonte illo ingustabili: alias omni bitumine dilutius.[9] Sed quis hæc miretur? in medio mari Hiera insula Æolia[k] juxta Italiam[10] cum ipso mari[l] arsit per aliquot dies sociali bello,[m] donec legatio senatus[n] piavit. Maximo tamen ardet incendio Θεῶν ὄχημα[o] dictum, Æthiopum jugum, torrentesque Solis ardoribus[p] flammas egerit. Tot locis, tot incendiis rerum natura terras cremat.

CXI. (CVII.) Præterea cum sit hujus unius elementi ratio fœcunda, seque ipsa[1] pariat, et minimis crescat scintillis, quid fore putandum est in tot rogis terræ? Quæ est illa natura, quæ voracitatem in toto mundo[2] avidissimam sine damno sui pascit? Addantur iis sidera innumera, ingensque Sol. Addantur humani ignes,[a] et lapidum quoque insiti naturæ, attrita inter se[b] ligna, jam nubium et origines fulminum. Excedit profecto omnia miracula ullum diem[3]

[c] *Diluendum.*

juxta g. f. s. ardens. Nymphæi, &c. edd. vett. Vide Not. Var.—9 Cod. Dalec. *dulcius.*—10 Quædam edd. ante Gelen. *Hiera insula ardet. Æolia insula juxta Italiam.*

CAP. CXI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *seque ipsum.*—2 Cod. Dalec. *in isto mundo.*—3 Chiffl. *miracula omnia unum diem.* Paulo post Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. et Gronov. *etiam accendantur*; Chiffl. cod. ap. Laet: item edd. Elz. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ac-

NOTÆ

Ælianus Var. Hist. XIII. 16. quo tempore cum Illyriis bellum gesserunt. Ita desinendo magis, quam ardendo, Apolloniatis dira portendit.

[j] *Augetur*] Vide Notas et Emend. num. 95.

[k] *Æolia*] Una ex Æoliis, de quibus III. 14.

[l] *Cum ipso mari*] Refert hoc ostentum Posidonius apud Strabonem, lib. VI. p. 277. multo uberius accuratiusque.

[m] *Sociali bello*]De quo diximus cap. 85.

[n] *Legatio Senatus*] De re tota certior factus Senatus a T. Flaminio Siciliæ Prætore missis legatis Hieram Liparamque, rem sacram fecerunt Diis manibus, marinisque, inquit Posidonius loc. cit. τοῖς τε καταχθονίοις θεοῖς, καὶ τοῖς θαλαττίοις.

[o] Θεῶν ὄχημα] Currum Deorum Latine licet interpretari. De eo dicemus VI. 35.

[p] *Solis ardoribus*] Vide Notas et Emend. num. 96.

[a] *Humani ignes*] Hi nostri ignes, quos vitæ usus requirit, ut Tullius ait de Nat. Deor. lib. II. p. 67.

[b] *Attrita inter se*] Ea de re dicemus XVI. 77.

fuisse, quo non cuncta conflagrarent: cum specula[c] quoque concava adversa Solis radiis facilius etiam accendant, quam ullus alius ignis. Quid quod innumerabiles parvi,[4] sed naturales scatent? In Nympheo exit e petra flamma, quæ pluviis accenditur. Exit et ad aquas Scantias.[d] Hæc quidem[e] invalida, cum transit, nec longe in alia materia durans. Viret æterno[5] hunc fontem igneum contegens fraxinus. Exit in Mutinensi agro statis Vulcano[f] diebus.[6] Reperitur apud auctores, subjectis Ariciæ[g] arvis, si carbo deciderit, ardere terram.[h] In agro Sabino et Sidicino[i] unctum flagrare lapidem. In Salentino oppido Egnatia,[j] imposito ligno in saxum quoddam ibi sacrum, protinus flammam existere. In Laciniæ[z] Junonis

cendant.—4 Nonnulli ante Gelen. *partus* pro *parvi.*—5 *Viret ex æterno* cod. Dalec. *Viret superne* alii ap. Dalec. et Gronov.—6 *Vulcanis diebus* cod. Da-

NOTÆ

[c] *Cum specula*] Specula, inquit, concava, Solis opposita radiis facilius accendunt, quam quivis alius ignis. Annon igitur excedit omnia miracula, ullum diem esse, quo non cuncta conflagrent et ab ipso Sole, qui ingens est, et a sideribus innumerabilibus, cum tanta vis insit radiis hujus unius, vel speculo exceptis?

[d] *Aquas Scantias*] In Campania. Meminit sylvæ Scantiæ non semel Cicero, Orat. I. de Lege Agrar.

[e] *Hæc quidem*] Imbecilla, inquit, ea flamma est, cum a vena pabuli sui discessit, hoc est, a suo fonte. Mirabilius est quod de fonte Gratianopolitano semper Ardente, (id enim ei nomen est) narrat August. de Civit. Dei, et oculatus testis Nic. Chorier, de Hist. Delph. lib. I. p. 47. Luculentius vero elegantiusque quam ceteri, Præses de Boissieu, de Septem Mirac. Delphin. p. 1. 'Fons,' inquit, 'ille celebratus in agro Vocontiorum, ad radices Alpium Maritimarum, tertii lapidis a Gratianopoli diverticulo, qui jugi flammarum exhalatione post hominum memoriam, noctu quidem violentius, interdiu segnius inæstuat, ea liquoris et ignis seu fidelitate, seu pervicacia, ut neque liquorem ignis calefaciat, neque ignem liquor extinguat,' &c. Hoc miraculum concinno admodum carmine idem exornavit.

[f] *Vulcano*] Mense Augusto celebrata Vulcanalia scimus ex Columella XI. 3.

[g] *Ariciæ*] In Latio. Vide III. 9.

[h] *Ardere terram*] Sulfurei quiddam aut bituminosi inesse huic terræ necesse est.

[i] *Et Sidicino*] Teani Sidicini agro in Campania, de quo III. 9.

[j] *Egnatia*] Ridet hoc miraculum Horatius I. Sat. 5. 97. 'Dehinc Gnatia lymphis Iratis exstructa dedit risusque, jocosque: Dum flamma sine, thura liquescere limine sacro Persuadere cupit: Credat Judæus Apella, Non ego.'

[z] *In Laciniæ*] Val. Max. I. 8. p.

ara sub dio sita, cinerem immobilem esse, perflantibus undique procellis.

Quin et repentinos existere ignes,[7] et in aquis, et in corporibus etiam humanis. Trasymenum lacum arsisse totum: Servio Tullio[k] dormienti in pueritia, ex capite flammam emicuisse: L. Marcio[l] in Hispania interemtis Scipionibus concionanti, et milites ad ultionem exhortanti, arsisse simili modo, Valerius Antias[m] narrat. Plura mox et distinctius, nunc enim quadam mixtura rerum omnium exhibentur miracula. Verum egressa[8] mens interpretationem naturæ, festinat legentium animos per totum orbem velut manu ducere.

CXII. (CVIII.) Pars nostra[a] terrarum, de qua memoro, ambienti (ut dictum est)[b] Oceano velut innatans, longissime ab ortu ad occasum patet, hoc est, ab India ad Herculis columnas Gadibus sacratas, octogies quinquies[c] centena, sexaginta octo[1] mill. pass. ut Artemidoro auctori placet.

lec.—7 Ita Chiffl. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ignes existere* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasmi, Dalec. Lugd. 1606. Elz. et Gronov. Mox *et in aquis* deest in ed. Harduin. 2. ex errore typothetæ; et sic, ut fere semper, Franz. et, quod magis mirandum, Bipont.—8 *Iterum egressa* Tolet. unde Pintian. conjectabat, *Interim egressa.*

CAP. CXII. 1 Edd. vett. *octuagies quinquies centena septuaginta octo;* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *octuagies quinquies centena sexaginta*

NOTÆ

76. 'Quapropter Crotone in templo Junonis Laciniæ aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit potissimum natura.' Fuisse hanc aram Crotone, scribit etiam Dionys. Perieg. vs. 371.

[k] *Servio Tullio*] Val. Max. I. 6. n. 1. pag. 37. 'Servio Tullio etiam tum puerulo dormienti circa caput flammam emicuisse, domestici oculi annotaverunt. Quod prodigium Prisci Tarquinii regis uxor Tanaquil admirata, Servium serva natum in medum filii educavit, et ad regium fastigium evexit.' Vide pariter Livium lib. I. Dionys. Halic. lib. IV. ipsumque adeo Plinium XXXVI. 70.

[l] *L. Marcio*] Vide Val. Max. loc. cit. n. 2. p. 38.

[m] *Valerius Antias*] Ex quo eandem historiam recitat et Livius lib. XXV. p. 278.

[a] *Pars nostra*] Exscripsit hæc Martianus a Plinio, totidem fere verbis, usque ad eum locum, 'Alia via quæ certior,' &c. lib. VI. c. de longitudine terræ, p. 198. et 199. Exscripsere et Theodosii Missi, sed vitiosissime.

[b] *Ut dictum est*] Cap. 66.

[c] *Octogies* [*octuagies*] *quinquies*] Hoc est, octuagies quinquies centena millia passuum, ac præterea octo millia.

Ut vero Isidoro, nonagies octies centena, et XVIII.[a] mill. Artemidorus adjicit amplius, a Gadibus circuitu sacri promontorii ad promontorium Artabrum, quo longissime frons procurrit Hispaniæ, IↃↃↃXCI.[3 d] Id mensuræ duplici currit via. A Gange amne ostioque ejus, quo se in Eoum Oceanum effundit, per Indiam Parthienenque ad Myriandrum urbem Syriæ in Issico sinu positam, quinquagies bis[e] centena, XV. mill. pass.[4] Inde proxima navigatione Cyprum Insulam, Patara[5 f] Lyciæ, Rhodum, Astypalæam in Carpathio mari insulas, Laconicæ Tænarum,[6] Lilybæum Siciliæ, Calarim[7 g] Sardiniæ, vicies et semel[h] centena, tria mill. pass.[8] Deinde Gades duodecies[i] centena, et quinquaginta mill. pass. Quæ mensura universa ab eo mari efficit octogies quinquies centena, LXVIII. mill. pass.[9 j]

octo. Vid. Not. et Emend. n. 97.—2 Sabellicus: *stadiorum millia nonaginta octo, ac præterea octodecim.* Chiffl. *n. o. centena et LXVIII.*—3 'Ita quidem emendavit eruditus Harduinus ex Agathemero I. 4. At Mss. Reg. habent, *DCCCXCI.* Quod satis concordat cum locorum situ. Nam a Gadibus, *Cadiz*, circuitu Sacri promontorii, *le Cap Saint-Vincent*, ad promontorium Artabrum, *le Cap Finisterre*, sunt stadia multo plura, quam 491. et si spectentur oræ Hispanicæ sinus et anfractus, non pauciora sunt, quam 891. Nihil tamen mutavi ob Agathemeri auctoritatem.' *Brotier.* Edd. vett. *octingenta M. nonaginta unum.*—4 Sabellicus, *quinquaginta quinque millia stadiorum.* Vid. Not. et Emend.—5 *Pataras* margo edd. Dalec. et Gronov. *Pataram* edd. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—6 Chiffl. *Tænarum Laconiæ.*—7 *Caralim* Dalec. ex Strabone et Ptolemæo; unde etiam infra lib. III. cap. 13. propinquum promontorium 'Caralitanum' appellatur.—8 Edd. vett. *tricies quater centena quinquaginta M.* Chiffl. *trigesies quinquaginta, &c.*—9 Sabellicus, *nonaginta octo millia stadiorum.* Chiffl. *octogies q. c. LXVIII.* Gronov.

NOTÆ

ria, et sexaginta. Vide Notas et Emend. num. 97.

[d] *CCCCXCI.*] Vide Notas et Emend. num. 98.

[e] *Quinquagies bis*] Ita codices ante laudati. Hoc est, quinquagies bis centena millia passuum, ac præterea XV. milliaria. Vide Notas et Emend. num. 99.

[f] *Patara*] Vide Notas et Emend. num. 100.

[g] *Calarim*] Artemidorus apud Agathemerum loc. cit. ἐπὶ δὲ Κάραλιν Σαρδοῦς. Vide quæ dicturi sumus III. 13.

[h] *Vicies et semel*] Vide Notas et Emend. num. 101.

[i] *Gades duodecies*] Vide Notas et Emend. num. 102.

[j] *LXVIII. mill. pass.*] Vide Notas et Emend. num. 103.

Alia via, quæ certior, itinere terreno maxime patet, a Gange ad Euphratem amnem quinquagies et semel[k] centena[10] mill. pass. et LXIX. Inde Cappadociæ Mazaca, CCCXIX. mill.[11 l] Inde per Phrygiam, Cariam, Ephesum, CCCCXV. mill.[m] ab Epheso per Ægæum pelagus Delum, CC.[n] Isthmum, CCXII. quingenti.[12 o] Inde terra, et Lechaico[p] mari,[13] et Corinthiaco sinu Patras Peloponnesi, XC. mill.[q] Leucadem LXXXVII.[14 r] millia quingenti: Corcyram totidem:[s] Acroceraunia[t] CXXXII. millia quingenti:[15] Brundisium LXXXVII.[u] millia quingenti: Romam CCCLX.[v] millia. Alpes usque ad Scingomagum[w] vicum

---

LXXVIII. &c.—10 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. 'Numeros illos et sequentes eruditus Harduinus ex Agathemero, loc. cit. emendavit, quod non sibi constent Mss. Plinii codices; et recte quidem emendavit. Nondum tamen omnia cum ipso locorum situ plane concordant, qualis nobis compertus est astronomicis observationibus, quæ certissimum sunt geographiæ munimentum. Multo potior est scriptura Mss. Reg. 1. et 2. in quibus legitur, *CCCCCLVI.* In Ms. Reg. 5. et editione principe, *quingenta LVI. millia.* Hæc enim abunde sufficiunt ad utriusque loci distantiam.' *Brotier.* Sabellicus, *quinquaginta millia stadiorum et novemdecim.* Gronov. *quinquagies centena M. pass. et XXI.*—11 Gronov. et al. vett. *CC. M. XLIV.*—12 Eædem edd. *CII. M.*—13 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Laconico mari* edd. vett. Mox in iisdem, *ducenta duo M. quingenti.*—14 Ita Chiffl. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *LXXXVI.* edd. vett. ante Harduin. Mox *quingenti* deest in Chiffl.—15 In eodem codice deest *quin-*

NOTÆ

[k] *Quinquagies et semel*] Vide Notas et Emend. 104.

[l] *Mazaca, CCCXIX. mill.*] Vide Notas et Emend. num. 105. Mazaca porro Cæsarea Cappadociæ est.

[m] *Ephesum, CCCCXV. mill.*] Vide Notas et Emend. num. 106.

[n] *Delum, CC.*] Consentit plane hic numerus, et cum libris omnibus, et, quod caput est, cum Artemidoro, qui stadia numerat 1600. Ἀπὸ δὲ Ἐφέσου εἰς Δῆλον διὰ τοῦ Αἰγαίου, στάδια ᾱχ'.

[o] *Isthmum, CCXII. quing.*] Vide Notas et Emend. num. 107.

[p] *Et Lechaico*] Vide Notas et Emend. num. 108.

[q] *XC. mill.*] Vide Notas et Emend. num. 109.

[r] *Leucadem LXXXVII.*] Vide Notas et Emend. num. 110.

[s] *Corcyram totidem*] Artemidorus: ἐπὶ Κορκύραν, στάδια ψ'. stadia 700. sive LXXXVII. mill. D. pass.

[t] *Acroceraunia*] Consentit plane Artemidorus: ἐπ' Ἀκροκεραύνια ὄρη στάδια ᾱξ'. Stadia 1060. sunt passuum CXXXII. mill. cum quingentis.

[u] *Brundisium LXXXVII.*] Vide Notas et Emend. num. 111.

[v] *Romam CCCLX.*] Artemidorus astipulatur, qui stadia numerat β'ϡν', 2880.

[w] *Scingomagum*] Hodie *Suze*. Vide Notas et Emend. num. 112.

DXVIIII.[16] [x] Per Galliam ad Pyrenæos montes Illiberim DCCCCXXVII.[17] [y] Ad Oceanum et Hispaniæ oram CCCXXXI.[18] [z] Trajectu Gadis[a] VII. millia quingenti. Quæ mensura Artemidori ratione[19] efficit octogies novies[b] centena, XLV.

Latitudo autem[c] terræ a meridiano situ ad septemtrionem dimidio fere[20] minor colligitur, quadragies[d] quater centena LXXXX. millia. Quo palam fit, quantum et hinc vapor[e] abstulerit, et illinc rigor.[21] Neque enim deesse arbitror terris, aut non esse globi formam: sed inhabitabilia utrimque incomperta esse. Hæc mensura currit a littore Æthiopici Oceani, qua modo habitatur, ad Meroën decies centena[f] millia.[22] Inde Alexandriam, duodecies[g] centena millia quinquaginta. Rhodum, DLXIII.[23] [h] Gnidum, LXXXVII.[24] [i] millia quingenti. Con, XXV.[j] millia. Samum,

---

genti. Mox Gronov. et al. vett. *LXXX. sex millia quingenti.*—16 Vet. Dalec. *Calcincomacum vicum M. CCCCCXVIII.* Gronov. et al. vett. *Cincomagum vicum M. CCCCCXVIII.*—17 Edd. vett. *quingenta quinquaginta sex M.*—18 Eædem edd. *trecenta triginta duo M.*—19 *Artemidoro attestante* vett. Dalec. et Erasmi. Mox edd. vett. et Gronov. *octuagies sexies centena octoginta quinque.*—20 Chiffl. *dimidio ferme.* Mox edd. vett. et Gronov. *quinquagies quater centena sexaginta duo millia.*—21 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et illinc liquor.*—22 Edd. vett. *ad Meroën CCCCLM.* Chiffl. *ad Meroën D.CCCV. millia.*—23 Chiffl. *octog. quat.* Edd. vett. et Grouov. *octogintaria.*—24 Chiffl. *octog. quinque.* Edd.

NOTÆ

[x] *DXVIIII.*] Vide Notas et Emend. num. 113.

[y] *Illiberim DCCCCXXVII.*] Vide Notas et Emend. num. 114.

[z] *CCCXXXI.*] Vide Notas et Emend. num. 115.

[a] *Gadis*] Favet Artemidorus, qui trajectum Gadis ait esse stadiorum LX.

[b] *Octogies novies*] Vide Notas et Emend. num. 116.

[c] *Latitudo autem*] Hæc totidem verbis Martianus lib. VI. p. 199. cap. de latitudine Terræ.

[d] *Quadragies*] Vide Notas et Emend. num. 117.

Hinc vapor] Hinc calor, et illinc frigus.

[f] *Decies centena*] Vide Notas et Emend. num. 118.

[g] *Alexandriam, duodecies*] Convenit plane hic numerus et cum Artemidoro, qui stadia decies mille statuit, et cum ipso Plinio et Eratosthene, uti diximus cap. 75. ubi Syenen a Meroë et Alexandria, medio itinere positam, abesse aiunt utrimque DCXXV. mille pass.

[h] *Rhodum, DLXIII.*] Vide Notas et Emend. num. 119.

[i] *Gnidum, LXXXVII.*] Vide Notas et Emend. num. 120.

[j] *Con, XXV.*] Sic Artemidorus, de intervallo utriusque insulæ: εἰς Κῶ,

c. mill. Chium, LXXXXIV.[25 k] millia. Mitylenem, LXV.[l] millia. Tenedon, XLIV.[26 m] millia. Sigeum[n] promontorium, XII. millia quingenti. Os Ponti, CCCXII. millia, quingenti. Carambin promontorium, CCCL. Os Mæotidis, CCCXII. mill. quingenti. Ostium Tanais, CCLXXV.[27 o] mill. qui cursus compendiis maris brevior fieri potest, LXXXIX. mill.[p] Ab ostio Tanais nihil modicum diligentissimi auctores fecere: Artemidorus[q] ulteriora incomperta existimavit, cum circa Tanaim Sarmatarum gentes degere fateretur ad septemtriones versas. Isidorus adjecit[r] duodecies centena millia quinquaginta,[28] usque ad Thulen, quæ conjectura divinationis est. Ego non minore, quam proxime dicto spatio Sarmatarum fines nosci intelligo. Et alioquin quantum esse debet, quod innumérabiles gentes subinde sedem mutantes capiat? Unde ulteriorem mensuram inhabitabilis plagæ multo esse majorem arbitror. Nam et a Germania immensas insulas non pridem compertas, cognitum habeo.

De longitudine ac latitudine hæc sunt, quæ digna memoratu putem. Universum autem[s] hunc circuitum Erato-

---

vett. et Gronov. *octoginta quatuor*.—25 Chiffl. *XLIV*. Edd. vett. et Gronov. *LXXXIV*.—26 Chiffl. *CXIX*. Edd. vett. et Gronov. *XXVIII*.—27 Chiffl. *CCLXII*. Edd. vett. *CCLXV*.—28 Sabellicus, *duodecim millia stadiorum et*

NOTÆ

στάδια σ'. εἰς Σάμον, στάδια ώ.

[k] *Chium, LXXXXIV.*] Vide Notas et Emend. num. 121.

[l] *Mitylenem, LXV.*] Eodem recidunt Artemidori stadia 520. εἰς Μιτυλήνην, στάδια φ'κ'.

[m] *Tenedon, XLIV.*] Vide Notas et Emend. num. 122.

[n] *Sigeum*] De intervallo locorum consentit Artemidorus: εἰς Σίγειον, ρ'. Stadiis centum respondent ex æquo XII. millia passuum, cum quingentis. De Ponti item, Carambis, Mæotidisque distantia: ἐπὶ τὸ στόμα Πόντου, β'φ'. Stadia 2500. Ἐπὶ Κάραμβιν, στάδια β'ώ. Stadia 2800. Εἰς στόμα Μαιώτιδος, β'φ'. Stadia 2500. Quæ omnia cum Plinianis numeris plane congruunt.

[o] *Ostium Tanais, CCLXXV.*] Vide Notas et Emend. num. 123.

[p] *LXXXIX. mill.*] Vide Notas et Emend. num. 124.

[q] *Artemidorus*] Apud Agathemerum, loc. cit. Τὰ γὰρ ἄνω τῶν ἐκβολῶν τοῦ Τανάϊδος ἀγνοεῖται εἰς Βορρᾶν.

[r] *Isidorus adjecit*] Vide Notas et Emend. num. 125.

[s] *Universum autem*] Hæc Martianus lib. VI. pag. 194. Strabo lib. II.

sthenes in omnium quidem literarum subtilitate, et in hac utique præter ceteros solers, quem [29] cunctis probari video, ducentorum quinquaginta duorum millium stadium prodidit. Quæ mensura [t] Romana computatione efficit trecenties quindecies centena millia pass. Improbum ausum: verum ita subtili argumentatione [30] comprehensum, ut pudeat non credere. Hipparchus [u] et in coarguendo eo, et in reliqua omni diligentia mirus, adjicit stadiorum paulo minus XXV. millia.

(CIX.) Alia Dionysodoro [v] fides: neque enim subtraham exemplum vanitatis Græcæ [w] maximum. Melius [31] [x] hic fuit, Geometrica scientia nobilis. Senecta diem obiit in patria. Funus duxere [y] ei propinquæ, ad quas pertinebat hæreditas. Eæ cum secutis diebus justa peragerent, in-

quinquaginta.—29 Ita Chiffl. aliique codd. ap. Harduin. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quam* edd. vett. et Gronov.—30 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *computatione* edd. vett. et Gronov.—31 *Chius* cod. Dalec. *Cydius*, et *Cydnius* margo edd. Dalec. et Gro-

NOTÆ

Vitruvius I. 6. p. 14. Macrobius lib. II. in Somn. Scip. cap. 20. pag. 102. Censorinus, cap. 13. p. 82. aliique.

[t] *Quæ mensura*] Ita Martianus lib. VI. cap. de circuitu terræ, p. 198. Et verum id quidem. Nam stadium CXXV. passibus constat. Proinde si 252000. per 125. multiplices, fiant 31500000. pass. Sed Eratosthenis errorem detegit Ricciolus, tomo I. Almag. p. 61.

[u] *Hipparchus*] Ejus sententiam de terræ ambitu multis explicat Strabo lib. II. pæne toto.

[v] *Dionysodoro*] Aliter, inquit, et cautius multo Dionysodorus est audiendus, qui miraculo solo nititur, quam Hipparchus et Eratosthenes, qui Geometricis nituntur principiis. Laudatur Διονυσόδωρος ab Hesychio, verbo Γλαύκου τέχνη, p. 218. Hujus inventum esse genus quoddam horologii, quod 'Conum' vocabant, auctor est Vitruvius IX. 9. p. 199. Amisenum Mathematicum hunc fuisse auctor est Strabo XII. p. 548. et alterum ejusdem nominis Geometram extitisse.

[w] *Vanitatis Græcæ*] Quod nimirum Geometricam suam ratiocinationem experimento post mortem testari voluerit. At si mensuram spectes, non vanitatis illud, sed veritatis est: quippe ad eam mensuram accedit, quam viri hodie eruditi probant: nec ab Eratosthene ea abludit.

[x] *Melius*] Ita Reg. 1. 2. &c. Ex insula Melo, de qua IV. 23.

[y] *Funus duxere*] Funus ducere, prosequi est, non antecedere. Ita VIII. 64. 'Rex defuncto ei duxit exequias.' Soli tibicines, præficæque, et quicumque pompæ inserviebant, antecedere soliti.

venisse dicuntur in sepulcro epistolam Dionysodori nomine ad superos scriptam: Pervenisse eum a sepulcro ad infimam terram, esseque eo stadiorum quadraginta duo millia.[z] Nec defuere geometræ, qui interpretarentur significare epistolam a medio terrarum orbe missam, quo deorsum ab summo longissimum esset spatium, et idem pilæ medium.[a] Ex quo consecuta computatio est, ut circuitu esse ducenta quinquaginta duo [b] millia stadiorum [32] pronuntiarent.

CXIII. Harmonica [c] ratio, quæ cogit rerum naturam sibi ipsam congruere, addit huic mensuræ stadia XII. millia: [1 d]

nov. *Cydnius* etiam vet. exempl. Erasmi.—32 Chiffl. et Vet. Dalec. *ducenta quinquaginta duo millia stadiorum.*

CAP. CXIII. 1 Ita ex codd. Regg. 1. 2. et Dalec. emend. Harduin. eumque secuti Miller. Bipont. et Franz. *stadia septem millia* edd. vett. et Gronov.

NOTÆ

[z] *Stadiorum quadraginta duo millia*] Sive passuum quinquagies bis centena quinquaginta millia.

[a] *Pilæ medium*] Atque adeo dimetientis dimidia pars, quam semidiametrum vocant. Diametros igitur fuerit 84. millium stadiorum, seu centies quinquies centenum mill. pass. 10500000. pass.

[b] *Quinquaginta duo*] Ita Chiffl. cod. cum alii habeant CCLV. ut editi. Quod si a pilæ medio, quæ est dimetientis dimidia pars, colliguntur XLII. millia stadiorum, dimetiens erit LXXXIV. mill. Qui numerus si triplicetur, (neglecta enim videtur septima dimetientis pars, quam Plinius mox addendam esse admonebit,) existet prædictus numerus CCLII. mill. stad. quam mensuram paulo antea Eratosthenes quoque assignavit. Quod si ad triplicatam diametri mensuram, id quod exacta ratio requirit, septimam dimetientis partem adjeceris, nempe stadiorum millia duodecim, conficientur 264000. sive ducenta sexaginta quatuor millia stadiorum, pro circuitu: hoc est passuum Romanorum 33000000. trecenties trigesies centena millia. Recentiores hodie terræ ambitum aiunt esse 10270. leucarum, cum tribus leucæ quadrantibus, posita leuca communi duum millium expedarum, seu pedum 12000. quod Romana veteri computatione efficit 24648400. pass. hoc est, ducenties quadragies sexies centena quadraginta millia, cum quadringentis pass.

[c] *Harmonica*] Ratio naturæ nihil nisi apte, nihil nisi perfectum absolutumque molientis, cogit addi ad superiorem mensuram stadiorum 252. mill. septimam dimetientis partem. Nam triplicata diametros cum septima diametri parte circuli perfectam rationem exhibet, ut dictum est sect. 21. Diametri porro, quem constare vidimus stadiorum millibus LXXXIV. partem septimam necesse est esse, duodecim millium stadiorum.

[d] *XII. millia*] Ita vetus codex Dalec. cum in ceteris perperam legatur, *VII. millia*, ut vidit ante nos Pintia-

terramque nonagesimam[e] sextam totius mundi partem facit.[2]

—2 Ita ex codd. suis emend. Harduin. ita quoque edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. cum antea legeretur, *nonagesimam sextam millesimam totius, &c.*

NOTÆ

nus. Et ratio ipsa Arithmetica cogit credi, tertiam dimetientis partem, ut diximus, quam superaddi Plinius præcipit, esse XII. millium stadiorum.

[e] *Nonagesimam*] Ergo ambitus terræ, quantus quantus est, multiplicetur per 96. quæ inde summa colligetur, prodet ambitum cœli. Terræ porro circuitus constat, ut diximus 264000. stadiis. Igitur cœli circuitus erit stadiorum 25344000. quæ Romana computatione passuum efficiunt 3168000000. tricies millies sexcenties octogies centena millia.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM II.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. Cap. I. *Mundum, et hoc quod nomine alio cœlum appellare libuit*] Cœlum ipsum Mundi appellatione censeri, apud Latinos scriptores, tralatitium est. Apud ipsum Ciceronem legimus lib. III. de Univers. 'Omne igitur cœlum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, hoc a nobis nuncupatum sit.' Et Manilius Astron. lib. I. dum Augustum prædicat cœlo dignum, quo jam pater Julius receptus post mortem putabatur, ita cecinit: 'Concessumque Patri mundum Deus ipse mereris.' Nulla magis Plinio nostro familiaris locutio est, toto præsertim hoc libro. Et pariter *κόσμον* pluribus modis Græci accipiunt: tum ut sit collectum quiddam e cœlo, atque terra, et naturis utroque comprehensis: tum ut sit sola fixarum stellarum sphæra: ut diserte docet Laërtius in Zenone, lib. VII. et Diodorus apud Achill. Tatium in Phænom. cap. 5. p. 129. Quod ut verissimum sit, atque exploratum, haud tamen assentior viri docti conjecturæ, existimantis ob id hanc Pliniani operis frontem ita refingendam: *Mundum, hoc est, quod alio nomine cœlum appellare libuit.* Neque enim de cœlo nno duntaxat, sed de universa rerum omnium complexione, toto hoc capite, atque adeo consequentibus, est instituta disputatio: neque reclamantibus libris omnibus quicquam in eo genere temere est audendum.

2. Ibid. *Cujus circumflexu teguntur cuncta*] Placet quibusdam legi, *cujus circumflexu reguntur cuncta:* quod cœlum inferioribus rebus sic dominari veteres crederent, in primisque Stoici, ut quod ratio et mens est homini, id cœlum toti mundo velut quandam cœlestem rationem, mentemque divinam, esse vellent. Quos Manilius secutus I. 27. cœlum appellat, 'Mundum, quo cuncta reguntur.' Sed aliena est a Plinii cogitationibus hæc emendatio: tum enim ille dixisset, cujus motu, nutu, sapientia reguntur cuncta, potius quam circumflexu. Haud ita vehementer abhorret a mente scriptoris ea lectio, quam Regius uterque codex præfert, et vetus Dalec. *cujus circumflexu degunt cuncta*, hoc est, intra cujus convexitatem degunt cuncta. Omnium sincerissima est recepta jam lectio, quam defendit hoc versiculo Ovidius Met. I. 5.

' Et quod tegit omnia cœlum.'

3. Cap. III. *An dulcis quidam*] Sic Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. Id vero ipsa sententia postulabat. Non equidem facile dixerim, inquit, an sit immenso a nobis dissitus intervallo rotatæ cœli molis sonitus ingens, tinnitusque siderum: an dulcis quidam suaviorque concentus: nobis certe, &c. Minus commode prius legebatur, *an dulci quidem, &c.* Adjuvat emendationem Censorinus, cap. 13. p. 81. ' Ad hæc accedit,' inquit, ' quod Pythagoras prodidit, hunc totum mundum musica factum ratione: septemque stellas, inter cœlum et terram vagas, quæ mortalium geneses moderantur, motum habere εὔρυθμον, et intervalla musicis diastematis congruam, sonitusque varios reddere, pro sua quamque altitudine, ita concordes, ut dulcissimam quidem concinant melodiam, sed nobis inaudibilem,' &c.

4. Ibid. *Quod clarissimi auctores dixere, rerum argumentis indicatur*] Ita restituimus secuti Pintianum: adductique familiari huic auctori nostro loquendi formula, qua etiam capite priore usus est: ' Argumenta,' inquit, ' rerum docent:' quam et apud Tertullianum memini me legere. Plinius ipse iterum, XII. 20. ' Apparetque rerum argumentis asperitate aquarum illas ali.' In editis vulgo: *quod clarissimi auctores dixere tenerum, argumentis indicatur.* Quam lectionem uti defendat Dalecampius, gemino utitur testimonio: Tullii altero de Natura Deor. lib. II. ubi de aëre loquens, ' Qui terram tenero,' inquit, ' circumjectu amplectitur.' Altero Virgilii, eo versiculo, ' Et ipse tener mundi concreverit orbis.' Quæ duo nemo non videt aliorsum spectare, quam ad propositum Plinianum.

5. Cap. IV. *Ignium summum*] Alii *ignem, ignitum* alii frustra reponunt: alii probabilius, *igneum.* De quatuor elementis, illud quod summum est, contineri ait stellis ac sideribus, tum iis quæ vaga sunt, tum quæ fixa dicuntur: hæc esse natura flammea, hos æternos ignes, ut vates ait Æneid. II. Præter hos autem astrorum ignes, et ætheris, in quo ea volvuntur, elementarem, quem vocant, ignem, alium nullum agnoscit. Stoicorum hæc opinio fuit, et Anaxagoræ: de qua Plutarchus de Placitis Philos. II. 13. p. 888. Fuit adeo et Ciceronis ipsius de Nat. Deor. lib. II. p. 87. ubi de aëre: ' Hunc,' inquit, ' rursus amplectitur immensus æther, qui constat ex altissimis ignibus,' &c.

6. Ibid. *Eodem spiritu*] Quæcumque demum opinio veterum fuit de cœlorum, in quibus planetæ volvuntur, soliditate, ac concretione, si tamen ulla fuit ejuscemodi; id enim excutere diligentius neque est otii, neque instituti nostri; sed si fuit illa cujusquam, ab ea certe abest longissime Plinius: neque consistentes reipsa siderum errantium orbes informavit animo, quibus illa intra statos continerentur cursus, non secus atque in stadio septa, atque in Circensibus adduntur euripi, ut coërceantur equi et quadrigæ intra finem certum. Nam si ' spiritus ' spatium totum illud est, in quo feruntur, non idem certe concretioris cujuspiam naturæ est. ' Si in eo spiritu pendent,' propria hæc septem sidera virtute niti oportet, non aliena fulciri. ' Si certis discreta spatiis,' non ea orbibus tanquam claustris sejuncta ac seclusa mutuo, aut intellexit ipse, aut vero intelligenda sunt.

7. Ibid. *Occultat, illustrat*] Hanc posteriorem vocem addidimus ex Reg. 1. 2. Chiffl. &c. sensusque est, non reliquis sideribus a Sole lumen impertiri, hoc enim mox dicendum est; sed quemadmodum vices temporum ex usu naturæ temperat, ut statim subjungit, sic vices dierum alternat, et noctium; cum sidera præsens occultat, illustrat absens. Hinc

porro liquet, quam parva sit hujus loci lectio, quam Rigaltius in Tertullianum affert, p. 122. *Hic reliqua sidera oculat.*

8. Ibid. *Hic suum lumen*] Hoc loco Plinium Dalecampius arguit: ac cetera ait, præter Lunam, sidera, de sue lucere, ita monente Scaligero adversus Card. Exerc. 64. At certum est omnibus Astronomorum sententiis, sidera omnia, quæ vaga dicuntur et errantia, mutuato a Sole lumine, et, ut aiunt, reflexo, splendescere. Vide Astron. P. Claud. Dechales, lib. v. p. 469. Ea vero sidera, quæ affixa cœlo sunt, negat a seipsis habere lumen Metrodorus apud Plut. de Plac. Philos. II. 17. p. 889. cui suffragari Plinius videtur. Affirmat contra Macrobius, in Somn. Scip. I. 19. pag. 94. cui astipulantur e recentiore schola viri extra omnem aleam ingenii et eruditionis positi, Galilæus, Cartesius, Ricciolus. Neque vero id modo tantorum virorum auctoritate, sed et rerum argumentis evincitur, ex incredibili Solis a stellis distantia petitis: quæ dilucide explicat laudatus antea P. Dechales, loc. cit.

9. CAP. VI. *In terræ mentione aptius dicetur*] Quid si legas, *in terræ mensione*, hoc est, mensura? subjicitur enim statim post æquorum ac terrarum mensuram, in calce libri sexti, hæc, quam modo pollicetur, circulorum sphæralium, sive parallelorum, explicatio. Et est Latine recepta *mensio* pro dimensione, ac Tulliano ore consecrata vox. Tamen 'in cæli mentione' dixit idem, III. 6. Itaque nihil moveo.

10. Ibid. *Rerum fores aperuisse*] Ita Reg. 1. 2. ac vetustæ editiones omnes: Latius in sua, seu Elzeviriana, ex vestigiis Rigaltiani cod. *Siderum ortus fores* edi curavit: quibus verbis quæ satis idonea huic loco subesse sententia possit, fateor me non satis intelligere. Eadem emendandi cupiditate paulo post legi jubet, *spharam ipso pandente mundo Atlas*, sane frigide, ut verbo levissimo utar. Alio nomine Plinium hoc eodem loco Dalecampius in jus vocat, quasi μυθικῷ ἁμαρτήματι, quod Atlanti modo ascribit, illud ipsum Anaximandro adjudicet, VII. 57. dum ait: 'Astrologiam Atlas . . . sphæram in ea Milesius Anaximander.' At hoc posteriore loco sphæræ appellatione censeri puto, non cœlestem globum, ut aiunt, sed terrestrem, in quo situs gentium describuntur. Auctor ita conjiciendi Laërtius in Anaximandro, ipso libri secundi initio: Καὶ γῆς καὶ θαλάττης, inquit, περίμετρον πρῶτος ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ σφαῖραν κατεσκεύασε. *Terræ et maris ambitum primus descripsit, et terrenæ molis similitudinem globo facto expressit:* descriptis scilicet, atque additis in eo, uti nunc mos est, iisdem circulis, qui in cœlesti globo pingi peculiariter solent. Primus certe omnium orbem terrarum descripsit in tabula, teste Agathemero, Geograph. I. 1. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουστὴς Θάλεω, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πίναξι γράψαι.

11. Ibid. *Olympiade quinquagesima octava*] Aut numeros necesse est insigniter esse corruptos, aut Plinium graviter hallucinatum fuisse. Laërtius enim Pythagoram refert in ejus Vita, lib. VIII. p. 225. ad LX. Olympiadem, τὴν ἑξηκοστήν. Clemens Alexandr. Strom. lib. I. p. 302. ad LXII. τὴν ἑξηκοστὴν δευτέραν. Tatianus item, Orat. contra Gentes, p. 187. Olymp. LXX. decessisse scribit Eusebius. Et crassius sane ac πλατικωτέρως locutus videtur Dionys. Halic. qui lib. II. p. 121. post quinquagesimam, μετὰ τὴν πεντηκοστήν, floruisse ait. Quamobrem proclivi admodum errore scriptum fuisse suspicor a librariis, *Olymp. XLII.* pro *LXXII.* Atque ad normam Olympiadis a librariis corruptæ, annum quoque Urbis concinnatum ab eruditis, CXLII. pro CCXII. Nihilominus, etsi hic locus manifesto errore

teneatur, a recepta editione desciscere, ubi potissimum exemplaria etiam scripta parum juvant, religio fuit. In Reg. 2. cod. *Urbis Romæ annus CXVI.* In eodem et in Colbert. 2. *Olympias XXXIII.* numeratur: quæ tempora sane haud satis apte inter se congruunt.—'*Ol. circiter XXXII. qui fuit urbis Romæ annus CXIII.*] Ita Mss. Reg. num. 191. 4761. 4762. 4763. 4792. 4793. cum Vaticano uno, et Colbertino. Lege, permutato literarum situ, *annus XCIII.* In altero Colbertino legitur, *Olympiade circiter XXXIII.* fortassis rectius; quoniam Olympias XXXIII. tunc proxime appetebat, inciditque in annum Urbis XCIV. Annus autem Urbis in libris editis hactenus fuit *CXLII.* corrupto numero ex *XCIII.* mutatoque primum in *XCIII.* deinde a librariis in *CXLII.*' Ed. sec.

12. Ibid. *Nonnunquam maculosa*] Hoc est, uti diximus, cum est *διχότομος*. Sententiam Plinianam perturbat, et omnium exemplarium auctoritati Pintianus adversatur, cum legit, *Nunquam non maculosa.*

13. CAP. VIII. *Non posset quippe totus Sol adimi terris, intercedente Luna, si terra major esset quam Luna*] Unus est hic locus ex iis, in quibus vel sideralis scientiæ imperitus, vel improbe fixisse crucem Astronomis Plinius hactenus visus est. Corruptos illi codices conquesti sunt, atque in diversas deinde emendando conjiciendoque abiere partes. Zieglerus sic quidem legit, *Non posset quippe totus Sol non adimi terris, ... nisi terra major;* vel, *si terra non major esset quam Luna.* Dalecampius: *si Luna major esset, quam terra.* Salmasius: *si terra minor esset quam Luna.* Milichium is hac parte sequitur, ita rescribentem: *Nam posset totus Sol adimi terris, si terra minor esset, quam Luna.* Plerique pugnantia secum locutum esse Plinium, et a veritate alienissima arbitrati sunt: quorum falsas conjectiones simplici admodum illa quidem, at Plinianæ menti, rerumque adeo veritati consona interpretatione, ut sane remur, elusimus. Quid enim? In ea fuisse Plinium hæresi volunt, quæ toti terrarum orbi, quantus quantus est, posse simul Solis lumen eripi statuat. Quo argumento tandem? Totum ille quidem adimi Solem terris audio, quod et auctoritas, et experimenta magnorum artificum probant: totis adimi terris, non audio. At terram universam minorem esse Luna pronuntiat. Falsum. Hoc negat unum, ut diximus, partem terræ eam, cui Sol adimitur, quæ lunaris umbræ mucrone tegitur, Luna ipsa, quæ umbram emittit in mucronem, posse esse majorem. Adeone vero stipes ac fungus fuit, ut, immemor eorum quæ plane modo superiore sectione dixerat, quæque iterum hac ipsa mox inculcat, nempe umbra terræ in conum desinente obscurari Lunam, id nunc affirmet, cum quo stare hoc postremum nequit? Nam si terra universa minor quam Luna fuerit, qui tandem ejus umbræ meta obscurari Luna possit? Sed eam esse Plinii mentem, quam diximus, transcriptor Plinii Martianus declarat, qui cum hunc locum haberet ante oculos, ita reddidit libro octavo, cap. 'Quod Luna minor sit quam tellus,' p. 290. 'Reperi,' inquit, 'duodevicesimam partem terræ umbram, quam Luna fecerat, continere. Sed quoniam majus corpus ejus est, quo umbra metaliter jacitur, quam ipsa umbra. . . . compertum est, triplo majorem esse ipsam Lunam umbra sua.' Quo sensu 'umbra sua' dixit Martianus, hoc ipso Plinius 'terra' dixit, pro ea terræ portione scilicet, cui Sol adimitur, quam Lunæ umbra obscurat, ad vulgi, ut monuimus, sensum accommodate. Lunam alioqui terræ magnitudine quadragies quinquies superari, demonstrant Mathematici.

14. Ibid. *Ut noctium opacitate terras*

reficiat] Sic codices omnes Mss. et editi ante Dalecampium, qui *capacitate* substituit, vocem isto prorsus alienam loco: quanquam Latius in suis Notis capacitatem ait Plinium hic dixisse videri, pro longitudine. Nihil occurrit frequentius evolventi veterum scripta, quam 'noctes opacæ,' 'opaca et frigida in sylvis loca,' &c. Sed, quod familiam ducit, ita Plinium scripsisse Tullius persuadet, cujus sententiam totidem fere verbis reddere Plinius videtur. Sic enim ille de Nat. Deor. lib. II. p. 71. 'Primusque Sol.... ita movetur, ut cum terras larga luce compleverit, easdem modo his, modo illis partibus opacet,' &c.

15. CAP. IX. *Urbis conditæ anno CLXX.*] Frustra Chiffl. cod. *CLXXX.* et Latius, *CLXVI.* Olympiades enim XLVIII. complectuntur annos 192. ex quibus si demas 24. qui elapsi sunt ante Romam conditam, quæ Olympiade tantum septima ineunte est condita, teste Dionysio Halic. quam Chronologiam Plinius ubique sequitur, reliqui sunt anni 168. Hoc igitur anno CLXVIII. Thales defectionem Solis prædixit, quæ post biennium esset futura, hoc est, anno, ut Plinius recte scripsit, CLXX. Sed nec Tullium, nec Eusebium audio, qui cum Astyage ipso prælia-tum esse tum volunt: quos tamen sequitur Hermolaus, ut Plinium emendet, neglecta veterum codicum et priorum editionum auctoritate ac fide. Eusebii errores in notatione temporis, quo hæc contigerunt, detegit Petavius, de Doctr. Temp. x. 1. p. 153. idemque existimat Herodoteam defectionem Solis a Pliniana esse diversam: illam Olympiadis XLV. anno quarto, U. C. anno CLVI. istam Olymp. XLVIII. anno quarto, Urbis CLXX. adjudicat. Unam eandemque censet esse Buntingus, a Keplero laudatus, Astron. Opt. cap. 8. p. 290. eamque ex calculo Prutenico, ad annum a Plinio assignatum refert.—'*Urbis conditæ anno CLX.*] Ita Mss. Reg. 4972. Quinque alii habent, cum omnibus fere libris editis, *CLXX.* hoc est *septuagesimo*, pro *septimo et quinquagesimo*: quo anno plane, ante Christum 597. et anno IV. Olympiadis XLVIII. ille Solis defectus contigit, die IX. Julii, feria tertia, hora 6. matutina; clara nempe in luce, qua solent prælia conseri.' *Ed. sec.*

16. CAP. X. *Eundem bis in triginta diebus*] Ita correximus, cum *eundem* prius legeretur: secuti codices Mss. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. et Milichii conjecturam: quodque his omnibus præstat, Ptolemæum ipsum, qui Almag. VI. 6. p. 139. in eodem habitat argumento de Solis defectuum recursu bis in mense. Mathematicis rationibus Riccioius id evincit, tomo I. Almag. lib. v. p. 347. theoremate 5. De Sole certe Plinium esse locutum, vel ipsa Latini sermonis ratio clamat, quæ Solem in defectu supra terras occultari dicit, non Lunam, quam etiam in ipso defectu esse conspicuam dictum est, cap. 6. Sequitur mox eodem cap. *Nam ut quindecim diebus utrumque sidus quæreretur .... Vespasiano patre IV. filio iterum Coss.* Antea *duodecim* legebatur: atque ita legit Dungalus, in Epist. ad Carolum Magnum, tom. x. Spicilegii, p. 151. Librariorum incuria sæpe contigit, ut in Pliniano contextu notæ numerorum confunderentur. Facit vero inprimis affinitas harum notarum, *V.* et *II.* in veteribus libris ac nummis, ut invicem, magno Chronologicæ rei periculo, permutentur. Id vero semel atque iterum in hoc uno loco accidit: in quo perperam hactenus lectum est *XII. diebus*, pro *XV.* Quanquam primæ notæ codices, Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. Tolet. et alii, atque Paris. edit. 1543. diserte *quindecim* exprimunt, sine ullis notarum compendiis. Sic et paulo post haud leviore errato, *III.* hoc est, tertias

Vespasiani Patris Consulatus, cum altero filii Consulatu componitur: cum *IV.* scribi, non *III.* oportuerit, ita postulantibus Fastis, Inscriptionibus, ac nummis tribus apud Occonem. Prioris vero numeri emendationi, non sola codicum fides, sed et experientia, ratioque suffragatur: constare enim alioqui necesse esset circuitum aliquem lunarem, diebus tantum quatuor et viginti, quod fieri non potest. Porro hunc locum geminus Plinii interpres, Gallicum dico, et Italum, ingenti hallucinatione ita reddiderunt, ut totos dies quindecim nec Solem visum esse, nec Lunam affirment: quod a scriptoris mente abhorret longissime.

17. CAP. XII. *Amplius undenis*] Sic libri omnes, etiam manu exarati. At Julius Firmicus II. 9. p. 21. 'Sciendum,' inquit, 'quod Saturni stella cum a Sole duodecim recesserit partibus, id est, cum præcedens orta fuerit, matutina erit. Simili modo etiam Jupiter undecim partibus recedens, matutinum se facit præcedentem: Mars autem octo.' Quin Plinius ipse paulo post diserte ait Solem iterum, ubi est stellas assecutus in duodenis partibus, illas occultare, cum vespertini fiunt occasus. Eodem certe intervallo temporis ante Solem oriuntur, quo post illum occidunt. Denique Plinii transcriptor Martianus, qui lib. VIII. p. 299. cap. de stella Saturni, 'Ortus tam ei,' inquit, 'quam duabus inferioribus sunt similes: cum ultra partes duodecim, eas matutini radius non præcesserit Solis.'

18. Ibid. *Postea radiorum ejus contactu reguntur*] *Reguntur* scripsimus, non, ut prius, *teguntur*, ex codd. Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. ac Turnebi favente conjectura. Tegi sane hæc sidera post exortum matutinum, qui tandem possunt? Admonuit me hujus emendationis Vitruvius IX. 4. p. 188. 'Quemadmodum,' inquit, 'omnes res evocat fervor, et ad se ducit, ... eadem ratione Solis impetus vehemens, radiis trigoni forma porrectis, insequentes stellas ad se perducit, et ante currentes veluti refrænando retinendoque non patitur progredi, sed ad se cogit regredi, et in alterius trigoni signum esse,' &c. Et librum octavum Martianus ita concludit p. 300. 'Sed cursus diversitates, altitudinisque causas consistendi, retrogradiendique, atque incedendi, omnibus supradictis importat radius Solis affulgens, qui eas percutiens aut in sublime tollit, aut in profundum deprimit, aut in latitudinem declinare, aut retrogradare facit.' Hæc veterum Mathematicorum opinio fuit, qui causam motus planetarum conjecerunt in aspectus Solis. Hos refellit Riccioius, tomo I. Almag. VII. 5. 3. p. 648. Haud multum absunt ab eo errore novi Mathematici, quos inter Keplerus, cum ad magneticas Solis tractiones, quibus planetas trahat et circumducat, referunt hos diversos motus, sive retardandi, sive sistendi, sive incitandi, seu denique retrahendi causas. Confirmat rursum emendationem nostram ipse Plinius, qui cap. 18. de iisdem stellis agens, 'Percussæ,' inquit, 'Solis radio inhibentur rectum agere cursum, et ignea vi levantur in sublime.'

19. CAP. XIII. *Altera sublimitatum causa, quoniam a suo centro absidas altissimas, &c.*] Deceptum hoc loco Plinium exclamant interpretes Astronomique, affinitate videlicet et cognatione vocabulorum, exaltationis, et elevationis: quæ tamen re et natura in hac arte diversa sunt. Elevatio enim planetæ fit, quando loco aut circulo revera attollitur: exaltatio vero in vi tantum et potestate consistit, quando scilicet in eo loco est, in quo efficacissime vires suas exerit. Astrologi enim singulis planetis singulas Zodiaci partes assignarunt, in quibus vehementiores, quam in ceteris partibus forent. Ea

vero loca altitudines appellarunt, seu exaltationes: Græci ὑψώματα: opposita autem ταπεινώματα, et dejectiones. Itaque Plinium aiunt ista miscuisse: nec quid ὕψωμα Græce sonaret, intellexisse. Quo vero id argumento probent? Nam et Martianus, lib. VIII. pag. 299. de absida epicycli pariter intellexit: in Marte primum: 'Ejus altitudo,' inquit, 'id est, ubi se ejus circulus a terra altius tollit, sub signi Leonis regione consurgit... absidem etiam habet, recessumque sublimem in Capricorni confinio, parte XXVIIII.' Et de Jove: 'Altitudo ejus circuli in Virgine reperitur: absis vero in Cancri decima quinta portione.' Denique de Saturno: 'Altitudo quidem ejus circuli in Scorpionis signo grandescit: verum absis ipsius in Libræ vigesima portione.' Quamobrem non ante Plinium hallucinatum esse evicerint, quam elevationem planetarum demonstrarint in iisdem signis cum exaltatione non posse congruere. Id vero nunquam sane ab ejus artis peritis impetrarint. Quin etiam id in causa esse arbitror, cur summi artifices planetarum altitudinem sive exaltationem, in quo vires ii suas efficacius exercent, ad eadem signa transtulerint: Ptolemæus lib. I. de Judiciis, cap. de altitudinibus, p. 389. ubi hoc argumentum prolixe tractat: ac paulo etiam explanatius Julius Firmicus II. 3. p. 17. cujus verba operæ pretium fuerit hic referre, quandoquidem et quid illa sit exaltatio dejectioque aperit, et Plinianos numeros insigniter corruptos ad castigatiorem lectionem, quam secuti sumus, aptissime revocat. 'Scire etiam debemus,' inquit, 'quæ sint stellarum altitudines singularum, in quibus naturali quadam sublimitate magnitudinis eriguntur: quæve sint earum dejectiones: in quibus constitutæ, oppressa auctoritatis suæ potestate, minuuntur.... Altitudines autem dictæ sunt ob hoc, quod cum in ipsa parte fuerint stellæ in qua exaltantur, in opportunis scilicet genituræ locis, homines faciunt beatos. Dejectiones autem earum faciunt miseros.....Sol igitur in Arietis parte decima nona exaltatur, in Libræ vero decima nona dejicitur. Luna exaltatur in Tauri parte tertia, in Scorpionis tertia parte dejicitur. Saturnus exaltatur in Libræ parte vicesima, in Ariete rursus decima nona parte dejicitur. Jupiter exaltatur in parte Cancri quintadecima, dejicitur vero in Capricorni decima quinta. Mars exaltatur in Capricorni parte vicesima octava, dejicitur vero in Cancri parte XXVIII. Venus exaltatur in Piscium parte vicesima septima, dejicitur vero in Virginis parte XXVII. Mercurius exaltatur in Virginis parte decima quinta, dejicitur vero in Piscium parte XV.' Suffragatur aliqua ex parte emendationi nostræ, præter Firmicum, codex Chiffl. in quo legitur *Arietis decima nona*. Ex Firmico et Plinio Martianum corriges, apud quem perperam scribitur lib. VIII. p. 299. 'Mars Capricorni vicesima nona.'

20. CAP. XIV. *Primum igitur dicatur cur Veneris stella*] In libris hactenus editis legebatur: *Primum igitur dicatur, cum sint diversæ stellæ, cur Veneris stella, &c.* Verum hæc clausula, *cum sint diversæ stellæ*, in probatissimis codd. deest, quales sunt Regius uterque, Chiffl. aliique: nataque videtur ex prava lectione verborum sequentium, *cum Veneris stella:* unde conflatum primo, *cum universæ stellæ*, ut in vet. cod. Dalec. postmodum *cum diversæ stellæ*, ut in editis. Nam quo tandem hæc verba spectant?

21. CAP. XX. *Dorio moveri phthongo*] In editis hactenus libris legebatur, *Dorio moveri, Mercurium phthongo.* Sed de Mercurio silent omnes ad unum codices manu exarati. Inepti emendatores, qui tria viderent esse apud antiquos vocum discrimina, quæ nos

retulimus, tertium, nempe Lydium, a Plinio prætermissum, Mercurio adjudicarunt, quem inter Saturnum et Jovem præpostere vel sic collocari a se non animadverterunt.

22. CAP. XXI. *Quadraginta stadiorum*] *Quadring. stad.* scriptum primo fuisse, idque postea in *quadraginta* immutatum, suspicantur Nonnius, Thaddæus Haggæcius, et Tycho, quos citat Ricciolus, tomo 1. Almag. lib. II. pag. 82. quique se *quadringenta* legisse in vetustis exemplaribus testantur. Auget suspicionem eorum, id quod Plinius statim subdit, plures extitisse scriptores, qui nongentis stadiis subire nubes in altitudinem prodiderint: quod intervallum propius abest ab eo numero, cccc. stadiorum. Posidonium nihilominus scripsisse *quadraginta*, mihi ex eo capite verisimile fit: quod et id veritati magis consentaneum sit, et is ad veritatem proxime omnium scripsisse videatur, ubi de altero agitur spatio a nubibus ad Lunam. Accedit eo quod omnes, quos quidem vidi, codices ad unum constanter legunt *quadruginta*. Nubes certe haud ultra quintum milliare Italicum, seu stadia XL. attolli pæne certum est, ex observationibus variis quas loco ante laudato colligit Ricciolus. Paucis interjectis eadem sectione legitur: *sed tam prodenda, quam sunt prodita*. In Reg. 2. cod. brevius: *sed prodenda, quia sunt prodita*. Sic XXX. 47. 'Vix est serio complecti quædam: non omittenda tamen, quia sunt prodita.'

23. CAP. XXII. *Titus Imperator*] Monet Dalecampius *Tiberium* legi oportere, non *Titum*: quod in Auctorum Indice Tiberius recensetur. At ipsum Indicem esse corruptum, vel ex hoc loco manifestum est: de Tito enim sic Plinium loqui haud sane dubiis efficitur argumentis: cum de novissimo ad eum diem viso cometa scriptum illud carmen esse declarat. Namque a Tiberii temporibus multos similes fulsisse ignes, notatosque a Plinio, Claudii ac Neronis principatu, mox Plinius ipse testatur. Non igitur Tiberii fuit illud carmen, quod de novissimo ad eum diem, quo hæc scribebantur, viso cometa est editum, sed Titi. Adde, omnia exemplaria manu exarata, Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. &c. cum editione vulgata plane facere, ac *Titum* exhibere. Adde postremo etiam, habere similitudinem veri maximam, in eum cometam versus a Tito compositos esse, quo viso Vespasianus pater, ut narrat Aurelius Victor, p. 609. facete lusit, aiens illum 'pertinere ad Regem Persarum,' vel, ut Dio habet, in Epitome Xiphilini, p. 753. lib. LXVI. 'ad Regem Parthorum, cui capillus effusior.'

24. Ib. *Urbis anno quadringentesimo octavo*] Ita nos emendamus, damnata vetere lectione, *trecentesimo nonagesimo octavo*. Nam Olympiades 108. annos efficiunt CCCCXXXII. Detractis vero inde annis quatuor et viginti, qui ante Urbem conditam Olympiadibus jam institutis effluxerant, remanent anni CCCCVIII. non vero CCCXCVIII. Pliniano igitur numero librarii imprudentes inseruerunt de suo decarii notam, *X*. quam nos expungimus. — '*Urbis anno trecentesimo nonagesimo octavo*] In Mss. Reg. 191. 4761. 4762. 4763. 4793. et duobus Vaticanis, et in libris omnibus editis, legitur: *Olympiade CVIII. Urbis anno CCCXCVIII.* Tantum lege, *Olympiade CVIIII.* ut in Ms. Colbertino 29. et in aliis duobus, qui *Clu.* et *Cla.* appellantur in margine editionis Basileensis, 1548. in Bibliotheca nostra, manu pervetusta, ante annos CXX. tunc intelliges, dici nihil posse accuratius. Nam re ipsa incidit annus Urbis CCCXCVIII. in annum ipsum I. Olympiadis CIX. ante Christum CCCLVI. calculo Olympiadum Pliniano.' *Ed. sec.*

25. CAP. XXIV. *Ac sidera ad nomen*

expungere] Hactenus editum fuit, *ad normam expangere:* verum emendationem nostram defendunt codices Mss. omnes, Regius uterque, Colb. 2. Chiffl. vetus Dalec. aliique. Expungere ad nomen sidera, est appellatis subinde sideribus, numeratisque stellis, quibus ea constant, ut ad alia fiat deinde progressio, priorum expungere nomina, quasi jam de iis cognitione peracta. Utitur eo verbo Tertullianus de Orat. I. 9. p. 133. ubi orationem Dominicam laudans, 'Compendiis paucorum verborum,' inquit, 'quot simul expunguntur officia? Dei honor in patre, fidei testimonium in nomine, oblatio obsequii in voluntate,' &c. Ubi 'expunguntur' id valet perinde ac si dicas, designantur, declarantur, continentur, implentur. Aliunde etiam sumta translatio potest videri, nempe a delectu militari, in quo faciendo recensendoque dare nomen juniores, ad nomenque cum citabantur, respondere mos erat. Livius lib. VIII. p. 122. 'Acerbitas in delectu, non damno modo civium, sed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæsis, qui ad nomina non respondissent, partim in vincula ductis, invisa erat.' Sidera igitur ad nomen expungere dicitur Hipparchus, qui dum eorum numerum recenset, quæ adessent, et ad nomen quodammodo responderent, transilit, ac si lubet, expungit, ut ad alia similiter appellanda pergat. Vide Rigaltii notam ad Tertull. Apolog. cap. 2. in hæc verba, 'Debito pœnæ nocens expungendus est.' Usus et ea forma loquendi Plautus in Cistellar. I. 3. 4. 'Nunc quod reliquum est, volo persolvere: Ut expungatur nomen, ne quid debeam.'

26. Ib. *Olympiadis centesimæ septimæ anno quarto*] Libri omnes habent *anno tertio*. Verum cùm eo anno nihil adversus Græcos movisse Philippum certum sit, anno vero sequente Olynthum oppugnare cœperit, quam anno post Olympiadis CVIII. primo expugnavit, uti ex Diodoro liquet lib. XVI. p. 450. nos nihil confidentius acturos putavimus, si errorem librariorum, quibus est proclive, ut ante monuimus, notas numerorum *III.* et *IV.* confundere, ita ut fecimus, sanaremus.—'Ita constanter libri etiam Mss. omnes habent *anno tertio*. Nihil igitur audemus hic mutare quamvis Diodoro aliter statuente, lib. XVI. p. 450.' *Ed. sec.*

27. CAP. XXVIII. *Ceu spiceæ coronæ*] Prius legebatur, *seu specie coronæ*. Verum præter codices omnes Mss. Reg. 1. 2. Colb. Chiffl. &c. confirmat emendationem nostram Julius Obsequens, cap. 128. p. 70. 'M. Antonio, P. Dolabella Coss. Soles tres fulserunt, circaque Solem imum corona spicæ similis in Urbem emicuit; et postea in unum circulum Sole redacto, multis mensibus languida lux fuit.' Dio rem signat expressius, lib. XLV. p. 278. iisdem Consulibus, post Cæsaris necem: *Τό, τε φῶς τοῦ ἡλίου ἐλαττοῦσθαί τε καὶ σβέννυσθαι· ποτὲ δὲ ἐν τρισὶ κύκλοις φαντάζεσθαι ἐδόκει· καὶ ἕνα γε αὐτῶν στέφανος σταχύων πυρίνων περίεσχεν. Solis lumen aliquando minui, et extingui: aliquando intra tres circulos effulgere ipse visus est: quorum unum corona spicea, eaque ignita circumdaret.*

28. CAP. XXXV. *Silanus Proconsul*] In libris hactenus editis legebatur, *Vidit hoc Licinius Syllanus Proconsul*, cum Mss. codd. ut Dalecampius de Chiffl. et alio vetere testatur, nullam Licinii mentionem faciant. Regius 2. codex totidem plane literis et apicibus scripsit, uti nos edi curavimus. Perillustris Romæ Silanorum familia fuit, non in Licinia gente, sed in Junia.—'In Licinia gente, ex qua fuit A. LICINIVS NERVA SILANVS IIIVIR Monetalis et ΣΙΛΑΝΟΣ in nummis ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ: et M. Silanus nepos neptis Augusti, pater Nervæ Cæsaris Imp. Quamobrem ipse ΣΙΛΑΝΟΣ AN-

TIOXEΩN Proconsul hic verius designari a Plinio nunc videtur, quam Junius, si quis fuit.' *Ed sec.*

29. CAP. XLIV. *Fluxus aëris*] Id maluimus, quam quod libri habent *fluctu aëris*. Nam Vitruvius I. 6. p. 12. 'Ventus,' inquit, 'est aëris fluens unda.' Seneca v. Natur. Quæst. I. pag. 895. 'Ventus,' inquit, 'est aër fluens in unam partem. Fluctus est maris in unam partem agitatio.' Et Arist. Meteorol. I. 13. p. 543. *Εἰσὶ δέ τινες οἳ φασι τὸν καλούμενον ἄνεμον, κινούμενον μὲν καὶ ῥέοντα, ἄνεμον εἶναι.* Et Hippocr. lib. de Flatibus, ventum definit, *ἦρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα, aëris fluxum, et fusionem.* Et ante eum Anaximander, apud Plutarch. de Placitis Philos. III. 7. p. 895. Sed et alia parte hunc locum suspicor esse vitiatum, ac pro *Solis impulsu, solo impulsu* legi oportere. Videtur enim tres celebriores complecti opiniones voluisse, quæ circumferuntur: quippe originem ventorum sunt qui ad terram, uti Aristoteles: sunt qui ad aquam, ut Metrodorus apud Plutarchum: sunt denique qui ad aërem agitatum referant, uti Anaximander, aliique auctores proxime appellati. Nam quod ad Solem attinet, is tam comprimit, quam auget flatus, ut dictum est cap. 48. Quanquam agitati aëris causam scio ab Anaximandro et Seneca, a nobis in notis prioribus laudato, in Solis calorem conjici.

30. Ibid. *Ac sinubus*] Prius legebatur *ac nivibus*, quod sane insulsum et experientiæ contrarium. Nobis auctor sic emendandi fuit Seneca loc. cit. cap. 7. p. 896. 'Fortasse apparebit quemadmodum fiant venti, si apparuerit quando et unde procedant. Primum ergo antelucanos flatus inspiciamus, qui aut ex fluminibus, aut ex convallibus, aut ex aliquo sinu feruntur.' Ἐκ *κόλπων* prodire, *ex sinubus*, dixit Arist. de Mundo, cap. 4. p. 605. atque inde *ἐγκολπίαι* dicti, quasi *sinuales*.

31. Ibid. *Concavi vallium sinus, scindentes inæqualitate ideo resultantem aëra..... ventos generant. Jam quidam et specus, &c.*] Hunc locum editores Plinii omnes insigniter corruperant, distinctis, ubi minime omniam oportebat, capitibus, tota idcirco orationis structura divulsa. Nos ope codicum R. 1. 2. et Colb. sanavimus ea vulnera. Sic enim editum est in hunc diem, *scindunt inæqualiter inde*: ubi Mss. habent, *scindentes inæqualitate ideo resultantem aëra*; quæ oratio veluti pendens et imperfecta, desiderare aliquid ultra videtur, id nempe, *ventos generant*, quam illi clausulam in caput alterum trajecerunt: quod non exemplaribus solum vetustis, sed, quod amplius est, Plinianæ maxime sententiæ adversatur. Is enim in eo totus habitat, ut ventorum originem variam explanet. E fluminibus, mari, ripa, superiore capite: e montibus, convallibusque, isto in quo versamur: e specubus denique, rupibus, domibusque nasci ventos prodit capite sequenti, quod ab iis verbis ducere initium debuit, *Jam quidam et specus*; addunt enim hanc voculam *et* Mss. Hæc a se invicem distrahere ac divellere, insignis cujusdam inconsideratiæ fuit.

32. CAP. XLVI. *Apelioten*] Sive *Apelioten* scripseris, ut editi libri habent, sive *Aphelioten*, ut Mss. perinde est. Seneca Natur. Quæst. v. 16. pag. 899. Ἀφηλιώτην vocat: Arist. Meteor. II. 2. pag. 563. et Agathem. Geograph. I. 2. pag. 4. ἀπ' *ἰσημερινῆς ἀνατολῆς* Ἀπηλιώτης, *καὶ ἀπὸ χειμερινῆς* Εὖρος.

33. Ibid. *Ab occasu brumali Africus*] Dalecampius, in margine editionis suæ, legendum admonet, *ab occasu solstitiali*. Repugnant vero libri ad unum omnes. Repugnat Arist. loc. cit. cujus hæc verba: Λὶψ *ἀπὸ δυσμῆς χειμερινῆς πνεῖ*. Item Agathemerus loc. cit. totidem verbis. Repugnat et Seneca loc. cit. cap. 14. p.

898. 'Ab occidente hyberno,' inquit, 'Africus furibundus et ruens: apud Græcos Λὶψ dicitur.' Africæ denique ipsius, unde is flat, et nomen habet, situs repugnat, quæ brumali occasui, ut vel ipsæ oculos tabulæ monent, non solstitiali obtenditur.

34. Ibid. *Ab occasu æquinoctiali Favonius*] Rursum hic omnia mutant Dalecampius, et Longolius, dum ille pro *æquinoctiali*, *brumali* substituit: iste ab ortu solstitiali Corum, sive Argesten, non ab occasu spirare jubet. Vulgatam lectionem defendit Agathemerus loc. cit. Ἀπὸ δύσεως ἰσημερινῆς Ζέφυρος· ἀπὸ δὲ δύσεως θερινῆς Ἀργέστης, ἤτοι Ὀλυμπίας. Defendit et Aristoteles loc. cit. totidem verbis. Ac denique Seneca loc. cit. cap. 16. p. 899. 'A solstitiali occidente,' inquit, 'Corus venit, qui apud quosdam Argestes dicitur. Æquinoctialis occidens Favonium mittit, quem Zephyrum esse dicent tibi, etiam qui Græce nesciunt.'

35. Ibid. *Thrascian media regione inter septemtrionem, et occasum solstitialem*] Iteram hic cœlum ventosque miscet Dalecampius, et brumalem occasum pro solstitiali corrigit. Frustra: Nam Timosthenes, quem Plinius sequitur, ut ante admonui, apud Agathemerum loc. cit. μέσον δὲ Ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου Θρασκίαν, ἤτοι Κίρκιον ὑπὸ τῶν περιοίκων, inter Aparctian, hoc est, septemtrionem, et Argesten, sive Corum, qui ab occasu solstitiali spirat, ut diximus, Thrascias sedem habet, quem accolæ istius oræ Circium quandoque appellant. Et Arist. Meteor. II. 6. p. 564. ὃν καλοῦσι Θρασκίαν, μέσος Ἀπαρκτίου καὶ Ἀργέστου. Adde Galenum in Comm. ad lib. Hippocr. de Humoribus, p. 569. tom. 8.

36. Ibid. *Itemque Cæcian.....ab ortu solstitiali*] Expungenda hæc verba postrema censuit olim Pintianus, reclamantibus omnibus Mss. Censuit et Salmasius, in Exercit. ad Solin. p. 1251. ubi se mire divexat in explicando hoc universo ventorum situ. Latius in editione sua reapse induxit ac prætermisit. Ego retinenda censeo, emendato solum præposteræ interpunctionis vitio, uti edi curavimus: cum antea sic perperam legeretur: *inter Aquilonem, et exortum æquinoctialem. Ab ortu solstitiali Phœniceam*, &c. Neque enim Phœnix, sed Cæcias ab exortu solstitiali est. Testis Agathemerus jam toties appellatus, qui ex Artemidori γεωγραφουμένοις, quem in Indice Auctorum hujus libri Plinius nominat, epitomen fecit. Is enim loc. cit. ἀπὸ δὲ τροπῆς θερινῆς Καικίας, inquit. Et Arist. loc. cit. p. 563. Καικίας, ἀνατολὴ θερινή.

37. Ibid. *Phœnicem*] Prius legebatur *Phœniceam*. At vero Agathemerus loc. cit. μέσον Εὔρου καὶ Νότου Φοίνικα τὸν καὶ Εὐρόνοτον· μέσον δὲ Νότου καὶ Λιβὸς τὸν Λευκόνοτον, ἤτοι Λιβόνοτον.

38. Ibid. *Inter meridiem et hybernum occidentem, Libonoton*] Adhuc hoc loco Dalecampius *æstivum* pro *hybernum* ponit. Verum ab hyberno occasu Liba spirare, a meridie Notum, quos inter medius est Libonotus, jam antea ex Agathemero Plinioque docuimus.

39. CAP. XLVII. *A. d. VIII. Kalendas Martii*] Ita Codices omnes Mss. R. 1. 2. Colb. 1. 2. Chiffl. &c. At Columella XI. 2. p. 372. a. d. VII. Calend. Martii hirundinem conspici ait, cui favere Plinius mox videtur ipse, cum a bruma ad Favonium, seu hirundinis visum, unum et sexaginta dies numerat.

40. Ibid. *Uno et LX. die post brumam*] Ita scribimus, reclamantibus licet omnibus libris, in quibus legitur, *uno et LXX.* A bruma enim, quæ auctore Columella IX. 14. Plinioque ipso XVIII. 59. octavo Kalend. Januar. conficitur, usque ad VIII. Kalend. Martii, sexaginta et unus, non unus et LXX. computantur dies.

41. Ibid. *Perflant his diebus quos Etesias appellant*] In libris hactenus editis erat, *perflant diebus XL.* Sed sine ullo dierum numero ita habent, ut edi jussimus, Reg. 1. Colb. 1. 2. Vet. Dalec. San-Victor. aliique. Quadragenarius certe numerus constare hoc loco non potest, sed, ut summum, tricenarius tantum, si Columellam audimus. Ille enim X. 2. Etesias ait spirare Kalendis Augusti incipere, desinere vero tertio Kalendas Septembris. Biduo ante Assyriæ desinere scribit ipse Plinius XVIII. 74. Et Arist. Meteorol. II. 5. p. 561. unde hæc Plinius mutuatus est, nulla dierum, quibus spirant Etesiæ, facta mentione, hoc ait unum, *συνεχεῖς γίνονται μετὰ τὰς θερινὰς τροπὰς, καὶ κυνὸς ἐπιτολήν, constanter spirant post solstitium, et Canis ortum.* Apollonius tamen Rhod. lib. I. ait spirare dies XL. et codex Reg. 2. Timosthenes, apud Schol. Apollonii, etiam decem adjicit.

42. Ibid. *Mollire eos*] Cur a vetere lectione tum codicum Mss. Reg. 1. 2. Chiffl. &c. tum priorum editionum Parm. Venet. 1. 2. Brix. &c. discessum sit, ut scriberetur, *Molliri eis*, nescio. Abest id enim longissime a Plinii mente: qui Aquilones Etesias, e ventorum frigidissimis, molliri ait Solis geminato calore ab ardore Caniculæ, ut mitiores ipsi fiant.

43. Ibid. *In III. Idus Novemb.*] Tamen Columella, XI. 2. 'Sexto Idus Novembris, Vergiliæ mane occidunt: hyemat.' Et sane ab VIII. Kalendas Octob. quo die fit æquinoctium, ad sextum Idus Novemb. dies intercedunt fere quatuor et quadraginta. Quod si tertio Idus Vergiliæ occidunt, ut libri omnes præ se ferunt, non *dies quatuor*, sed *octo et quadraginta* scribi oportuit. Notum est autem ab nota numeri *VI*, ad *III.* proclivem esse librariis lapsum. Nihilominus receptam scripturam esse retinendam, Plinius ipse admonet XVIII. 60. et 74. Et Columella XI. 2. p. 382. æquinoctii sidus triduo desinit, VIII. VII. et VI. Kalend. Octob.

44. CAP. XLVIII. *Sicci Corus et Vulturnus, præterquam desinentes*] Etsi exemplaria omnia legant *desinentes*, fortassis tamen rectius scripseris *desinens*, ut id de Vulturno solum intelligas. Nam Aristoteles, a quo hæc Plinius, Meteorol. II. 6. p. 565. *Ἠρεὶ δ' Ἀργέστης καὶ Εὖρος· ἀπαρχῆς δὲ οὗτος ξηρός· τελευτῶν δὲ, ὑδατώδης. Sicci, Corus, et Vulturnus: sed hic inter initia siccus est: desinens vero, humidus.* Nisi forte Plinius legentem audierit anagnosten, *τελευτῶντες ὑδατώδεις.*

45. Ibid. *Noxius Auster, et magis siccus*] Est in editione Dalecampii et Gronovii, conjectura Chiffletii admonentis, num rectius legatur, *Salubertimus omnium Aquilo, quia siccus et frigidior: noxius Auster fortassis, quia magis humidus.* Ausi sunt et alii ante eum hæc Plinii verba sic præpostere permutare, quod fieri contemta arche typorum fide, jamdudum Gelenius conquestus est. Nos receptam lectionem egregie tuemur Aristotelis auctoritate, Problem. I. 23. pag. 681. *Διὰ τί οἱ Νότοι οἱ ξηροὶ, καὶ μὴ ὑδατώδεις, πυρετώδεις εἰσίν; Cur Austri sicci, et nullo modo humidi, febres creare solent?* Ac paulo post: *Ὅταν μὲν οὖν ἄνευ ὕδατος πνέωσι, ταύτην ἐν ἡμῖν ποιοῦσιν τὴν διάθεσιν· ὅταν δὲ ἅμα ὕδατι, τὸ ὕδωρ καταψύχει ἡμᾶς. Cum igitur sicci sunt Austri, corpora nostra sic affici necesse est: at cum ventus imbre conjungitur, nos aqua refrigerat.* Et ante Philosophum Medicus Hippocrates, lib. de Humoribus, text. 15. p. 570. *ἀνυδρίαι νοτίαι, et siccitates*, inquit, *austrinæ sunt*: in quem locum Galenus, tom. VIII. p. 571. hujusmodi tempestates ait multum a naturalibus differre, creare morbos, &c.

46. Ibid. *Etesiæ noctu desinunt fere*] Aliqui codices, *desinunt flare*, haud improbabiliter. Arist. Meteorol. II. 5. pag. 561. de etesiis, *τὰς μὲν ἡμέρας*

πνέουσι, τὰς δὲ νύκτας παύονται. Et Problem. XXVI. 54. p. 894. sine dubitandi adverbio, λῆγούσης τῆς ἡμέρας λήγουσι, καὶ τῆς νυκτὸς οὐ πνέουσιν, *desinente die desinunt, nocte quiescunt:* Itaque *flare* haud sane displicet: sed magis arridet hanc vocalam *fere* ad sequentia referre: noctu enim semper quidem desinunt: sed non semper iidem hora tertia incipiunt: immo apud nos vix unquam ea hora. Sic igitur libenter legam, *Fere et a tertia diei hora oriuntur.* Alioqui et 'desiuere' absolute, voce ea non adjecta 'flare,' de ventis dicimus non invenuste. Plinius ipse paulo antea hac ipsa sectione: 'Sicci, Corus et Vulturnus, præterquam desinentes.' Et mox, 'Septemtriones impari fere desinunt numero.' Sic e diverso *incipere* pariter absolute dicuntur: Paulo post auctor ipse: 'Omnes venti vicibus suis spirant majore ex parte: aut ut contrarius desinenti incipiat.'

47. Ibid. *Intercalari anno Caniculæ ortu*] Vel *intercalario anno*, ut in scriptis quibusdam extat, atque ex vet. cod. adnotavit V. C. Pelicerius Ep. Montispessul. Salmasius pag. 553. reponere mavult ex conjectura sua, *in canario anno*. Sed hanc emendationem nemini vel leviter erudito probatum iri arbitror, qui quam erudite ac solide confutata sit a Petavio nostro Variar. Dissert. in Uranol. v. 5. p. 202. expendere secum voluerit. Interim operæ pretium fuerit admonere, poëtarum more locutum esse hoc loco Plinium, qui lustrum appellare visus sit quadriennii spatium: cum tamen certum sit intervallo quinque solidorum annorum constare lustrum. Id enim a censione populi Romani originem habuit: ea vero post quinque vertentes annos ex legis præscripto apud Censores fieri debebat. Qua de re Asconius Pedianus, in Orat. III. contra Verrem, ad ea verba, 'Neque census esset.' Atque hujus moris vestigium in Fastorum Capitolinorum reliquiis apparet: in quibus lustra nonnulla continuis quinquenniis interjectis condita visuntur: quod et Romanarum antiquitatum periti docent, Sigonius, aliique. Poëtæ nihilominus, ut dixi, aliique interdum, ob duarum periodorum istarum affinitatem, lustri Romani, et Olympicæ τετραετηρίδες, nomina licenter permutarunt, quadriennio lustri, lustro Olympiadis appellatione imputata. Posterioris exemplum habet Ovid. ex Ponto, IV. 6. 'In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est: Jam tempus lustri transit in alterius.' Prioris, Ausonius, in Epitaphiis Heroum, Carm. XXXI. 'Omnia, quæ longo vitæ conpiuntur in ævo, Ante quater plenum consumsit Anicia lustrum.' Hoc est ante annos sedecim solidos et perfectos. Fidem facit ipsa Epitaphii inscriptio: ANICIÆ. SEDECENNI. MATRONÆ.

48. CAP. LII. *Quæ humida, non urunt, sed infuscant*] Fortassis legendum, *quæ fumida*. Nam Arist. qui duo tantum posteriora fulminum genera attingit, quæ Plinius nunc commemorat: ἐὰν μὲν πάνυ λεπτὸν, inquit Meteorol. III. 1. pag. 574. οὐκ ἐπικάον διὰ λεπτότητα, ὃν οἱ ποιηταὶ ἀργῆτα καλοῦσιν· ἐὰν δ' ἧττον ἐπικάον, ὃν ψαλόεντα καλοῦσιν· ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν λεπτότητα φέρεται· διὰ δὲ τὸ τάχος, φθάνει διϊὼν, πρὶν ἐκπυρῶσαι, καὶ ἐπιδιατρίψας μελάναι· ὁ δὲ βραδύτερος, ἔχρωσε μὲν, ἔκαυσε δ' οὔ. 'Quod si fulmen admodum tenue fuerit, sed præ tenuitate non adurat, illud est quod poëtæ 'Clarum' vocant: si vero minus adurat, 'Fumidum.' Nam illud ob tenuitatem cito agitur: propter celeritatem ante penetrat quam adurat, vel mora facta infuscet. Illud cum sit tardioris naturæ, infuscat quidem, sed non adurit.' Ut ut est, multo distincte magis Plinius, quam Aristoteles, tria fulminum genera constituit: siccum,

humidum vel fumidum, et clarum. Duo priora non adurunt: sed siccum tenuitate sua dura dissipat: humidum tantum infuscat: clarum mira operatur: nam se se per omnes venas insinuat, &c.

49. Ibid. *In Catilinanis prodigiis*] Emendare ex hoc loco Julium Obseq. juvat, qui eandem historiam recitat, cap. 122. pag. 66. 'M. Cæsone, (lege 'M. Cicerone,') 'C. Antonio Coss. Fulmine pleraque decussa. Sereno Varguntеius Pompeius (lege, 'Pompeiis,' nam Plinius 'ex Pompeiano municipio' fuisse ait: est autem Pompeii Italiæ oppidum, de quo III. 9.) de cœlo exanimatus .... Ab his prodigiis Catilinæ nefaria conspiratio cœpta.' At ex Obsequente vicissim puto Plinium corrigendum. Quis enim non suspicetur ex hac voce, *Varguntеius*, factum esse a librariis primum *Marcuennius*; postea *Marcus Herennius* ab emendatore aliquo? Sunt diversæ apud Romanos familiæ, Vargunteia, et Herennia. Tacito viri nomine hoc ipsum Cicero refert inter prodigia, quæ tempore sui Consulatus, atque adeo inter Catilinana prodigia, acciderunt, de Divin. lib. I. p. 164. 'Aut cum terribili percutsus fulmine civis Luce serenanti vitalia lumina liquit.' Et ad id forte respexit Seneca Natur. Quæst. I. 1. p. 882. dum ait: 'Nam sereno quoque cœlo aliquando tonat ex eadem causa qua nubilo, aëre inter se colliso.'

50. CAP. LVII. *Et sæpe alias: sicut carne, P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coss.*] Præposterе permutata hæc verba in libris ad hunc diem editis legebantur: *et sæpe alias carne, sicut L. Volumnio, &c.* At sæpius carnibus pluisse falsum est, neque id habent codices Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. aliique, quos secuti sumus. Restituimus quoque Consuli Volumnio Publii prænomen, a Livio, ceterisque admoniti, qui id retulerunt. Valerius Max. I. 6. 5. pag. 40. 'Præcipuæ admirationis,' inquit, 'etiam illa prodigia, quæ P. Volumnio, Ser. Sulpicio Coss. in urbe nostra inter initia motusque bellorum acciderunt... Carnis quoque in modum nimbi dissipatæ partes ceciderunt: quarum majorem numerum præpetes diripuerunt aves: reliquam humi per aliquot dies, neque odore tetro, neque deformi aspectu mutatum jacuit.' Vide Liv. lib. III. pag. 46. Dionys. Halic. lib. X. statim initio, p. 627. et 628. Πόπλιος Οὐολούμνιος καὶ Σερούιος Σουλπίκιος.

51. Ibid. *T. Annius Milo occisus est*] In margine codicis unius e nostris scriptum est Pelicerii manu, *T. Manilius*, ex vet. cod. Ms. sed vitiosa, ut arbitror, lectione. Silent enim de hoc Manilio scriptores ceteri, neque hunc causam, ut Milonem, dixisse acta ulla referunt. Quod vero Milonem apud Compsam, Thurinorum oppidum, in oppugnatione urbis ictu lapidis ex muro periisse Cæsar ait Bell. Civ. lib. III. et Velleius lib. II. Carissanum castellum citius credidерim juxta Compsam fuisse, quam Carissanum idcirco in Compsanum castellum mutari oportere.

52. CAP. LVIII. *Ab Amerinis*] In Chiffl. cod. et aliis, *a Mamertinis*, male. Nam Plutarchus in Mario, p. 415. Ἐκ δὲ Ἀμερίας καὶ Τουδέρτου πόλεων Ἰταλικῶν ἀπηγγέλθη νυκτὸς ἄφθαι κατὰ τὸν οὐρανὸν αἰχμὰς τε φλογοειδεῖς, κ. τ. λ. Hinc emendabis Julium Obseq. cap. 103. p. 54. 'C. Mario, C. Flacco Coss. Arimini (lege, *Amerini*) canis locutus: arma cœlestia tempore utroque ab ortu et occasu visa pugnare, et ab occasu vinci.' Sed ex Julio vicissim Plinius fortassis emendandus, apud quem, librariorum incuria, hactenus editum est, *Tertio vero consulatu Marii*. Neque enim Consulatu tertio C. Flaccum Marius collegam habuit, sed secundo, tertio autem L. Aurelium Orestem. Itaque rectius fuerit, *Altero vero consulatu*.

53. Cap. lix. *Olympiadis septuagesimæ octavæ secundo anno*] Discrepat a Plinio anno uno auctor Chronici marmorei, quod in Marm. Oxon. recitatur, p. 160. Epoch. 58. Rem enim is contigisse ait Archonte Athenis Theagenide: *Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε, καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησε ..... ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεαγενίδου.* Fuit autem Theagenides Archon, Olymp. lxxviii. anno primo, qui annus incidit in annum U. C. cclxxxv. teste Dionys. Halic. lib. ix. p. 611. et Diodoro Siculo, lib. xi. p. 49.

54. Ibid. *Magnitudine vehis*] Hac voce rursum usus est Plinius xviii. 23. 'Justum est vehes octodecim jugero tribui.' Usus et Columella sæpius, quem citat Rob. Steph. A vehendo deductum vocabulum, pondusque certum illud significans, quod una vectatione ferri potest. Plura de ea voce dicemus xviii. 53. Salmasium nihil moror, qui, inusitato in Latina lingua verbo, *vehibilis* legit, reclamantibus libris omnibus.

55. Cap. lx. *Nisi quartadecima Luna posse*] In Chiffl. et aliis Mss. *nisi tricesima*. At est ea lectio contraria veritati: nam si arcus in nocte fit aliquis, Luna silente certe nullus. Contraria etiam Aristoteli, cujus verba ac sententiam referre se Plinius hoc loco testatur. Sic enim ille Meteorol. iii. 2. p. 575. *Ἐν τῇ πανσελήνῳ γὰρ ἀνάγκη γενέσθαι, εἰ μέλλει ἔσεσθαι καὶ τότε ἀνατελλούσης, ἢ δυνούσης· διόπερ ἐν ἔτεσι πεντήκοντα δὶς ἐνετύχομεν μόνον. Nam plenilunio fiat, si noctu futurus sit arcus, necesse est: idque oriente, vel occidente Luna: quamobrem in annis quinquaginta bis tantum animadvertimus.* Neque est quod quisquam existimet 'tricesimam lunam' mensem tricesimum hic appellari. Abest enim id longissime a Philosophi mente, in qua interpretenda Plinius unice habitat. Sed ipsa quoque Philosophi sententia abesse creditur a veritate: quoniam Snellius biennio bis lunarem iridem, Albertus Magnus etiam Luna non plena, dicuntur observasse. Sed illi fortasse area, sive ἅλως, circa Lunam visa pro iride fuit, ut animadvertit Gassendus in lib. x. Laërtii, p. 1127.—'*Nisi tricesima*] Ita vetustæ edd. Parm. Tarvis. et aliæ. Reposuere, *nisi quartadecima* recentiores, sed audacter, contra Plinii mentem, qui non de arcu lunari hoc loco disserit, ut falso creditum est, sed de solari, sole adhuc posito infra horizontem. Quod si tunc est aliquis arcus in Oriente apparens vel in Occidente, certe non potest nisi tricesima luna, sive silente, apparere.' *Ed. sec.*

56. Cap. lxiii. *Nullo magis sacra merito, quam quo nos quoque sacros facit*] Ita reposuimus ex Reg. cod. 1. Prius *sacramento* legebatur, nullo sensu: et oratione mirum in modum claudicante. Libro xxxiii. in proœmio, rursum tellurem 'sacram parentem' vocat. Sacros autem nos terra facit, suamque illa nobis divinitatem impertit, ratione bustorum inviolabilium.

57. Ibid. *Cujus numen ultimum jam nullis precamur irati grave*] Hermolaus legit *imprecamur rati grave*: rati scilicet illud grave fore iis qui nulli sunt, quibus etiam si superessent, officere tamen ipsa non posset, benigna, indulgens, et in humanos tantum usus intenta. Solebant antiqui, ut ex poëtis præsertim Latinis constat, Manibus ejus, 'cujus memoriam,' ut ait Tertullianus de Testim. Animæ, cap. 4. 'Cum alicujus offensæ morsu facerent, et cui maledicere vellent, terram gravem imprecari. Ejus vero, cui gratiam deberent, ossibus et cineribus refrigerium comprecari.' Hinc illa: 'Molliter ossa cubent.' 'Et cinerem tellus non onerosa premat.' Martialis v. 35. p. 275. 'Mollia nec rigidus cespes tegat ossa: nec illi Terra gravis

fueris: non fuit ille tibi.' Seneca in Hippol. Act. v. scena ult. 'Istam terra defossam premat, Gravisque tellus impio capiti incubet.' Detorsit ingeniose votum terræ levis in contrariam plane sententiam Ammianus in Anthol. II. 48. 1. *Εἴη σοι κατὰ γῆς κούφη κόνις, οἰκτρὲ Νέαρχε, Ὄφρα σε ῥηϊδίως ἐξορύσσωσι κύνες. Sit levis, infelix, tandem tibi terra, Nearche: Promtius effodiant ut tua membra canes.*

58. Ibid. *Non enim et ferro, quo carere non possumus, simili modo utimur*] Ita cum Pintiano scribimus, ex Reg. 1. 2. &c. Prius legebatur, *Nos enim*. At cum interrogationis nota concitatius efficaciusque dictum videtur. Etiam paulo ante ex iisdem Mss. rescripsimus, *Verum fateamur:* non, ut in libris editis, *Et ut verum*. Ac postea: *Quas non ad delicias*, pro *quasi*. Et, *nisi tamen quæ summa patiatur, &c.* pro, *Et tamen quæ summa patiatur:* eorundem codicum auctoritate ac fide.

59. CAP. LXVII. *L. Afranii in Consulatu collegæ*] In libris hactenus editis, *C. Afranii*. Dalecampius in margine editionis suæ admonet Sabellicum emendare, *Africani*. Manuscripti codices prænomen non habent. Nos ex Dione lib. XXXVII. p. 51. et ex Fastis, Lucium appellamus, qui cum Q. Cæcilio Metello Celere Consul fuit anno U. C. DCXCIV. triennio post Ciceronis consulatum.

60. Ibid. *A rege Suevorum*] Ita constanter libri omnes Mss. credidit Isaacus Vossius, in Melam, pag. 249. neque Suevis, neque Boiis, (quæ postrema vox nonnullis placuit,) locum hic esse posse, cum sint mediterranei populi. At cum ipse substituit, *a rege Bætorum*, Bætosque Batavos interpretatur, valde vereor, ut vades conjecturæ suæ codices ullos probatæ fidei possit afferre, aut Bætorum nomen pro Batavis familiare Plinio fuerit. Propius a vero abest Suevorum regem fuisse, ut scriptores tot uno consensu affirmant, ad quem deducti terrestri itinere Indi, qui ad oram Germaniæ tempestate fuissent abrepti, quam contra exemplarium fidem quicquam movere.

61. CAP. LXVIII. *Ac pruina tantum albicans lux. Media vero terrarum, &c.*] In Chiffl. et aliis codd. præpostera interpunctione legitur, *albicans. Lux vero media, &c.* Mendum corrigit Martianus hæc exscribens ac leviter immutans, lib. VI. p. 196. cap. de Zonis terræ: 'Nam duæ,' inquit, 'quæ axi utrique confines, algore immenso et frigoribus occupatæ, desertionis causas pruinis ninguentibus præbuere: media vero flammis atque ardoribus torridata,' &c.

62. Ibid. *Ut centum quindecim*] Hoc iterum repetit v. 12. cum hac eleganti exclamatione, 'Tam parvo distat ibi tanta rerum naturæ diversitas.' Neque existimandum est a seipso Plinium dissentire, cum illic ait a Pelusio ad Arsinoën Rubri maris oppidum, CXXV. passuum millia ab Agrippa tradi: nunc vero CXV. Propiorem enim Arabici sinus oram spectare videtur hoc loco, quam sit illud Arsinoës oppidum.

63. CAP. LXXII. *Nobili apud Arbela Alexandri M. victoria*] Juvat hoc loco incredibilem Martiani hallucinationem observare, qui cum hunc Plinii locum: *meridianos sæpius: Nobili apud Arbela, &c.* cursim raptimque transcriberet, legit, 'meridianos. Servius Nobilis apud, Arbela,' &c. ac deinde quæ de hac defectione narrantur a Plinio, ea Servio Nobili auctore, plane commentitio, venditat. Sed et operæ pretium fuerit annotare in codd. Mss. Reg. 1. 2. &c. legi, *apud Arabiam:* in Martiani libris item, *in Arabia*. In Arbelitide tamen Alexandri M. victoriam contigisse, præter innumeros alios scriptores, ipse Plinius testatur, VI. 16.—'Quamobrem neglectis codicibus Mss. prioribusque editionibus scripsere hoc loco

posteriores,' *apud Arbela.* At nobis religio est quicquam mutare: cum verisimile sit, Arbela Arabiæ attributa fuisse, velle Plinium indicare: ut conjicere est ex his quæ de amplitudine Arabiæ scribit, VI. 32.' *Ed. sec.*

64. Ibid. *Vipstano et Fonteio Coss.*] Male *Vipsanio* legebatur in libris hactenus editis. Alia Vipsania gens Romæ fuit, ex qua M. Vipsanius Agrippa: alia Vipstana, ex qua hic C. Vipstanus Apronianus Consul, cum L. Fonteio Capitone collega, anno U. C. DCCCXII. Neronis anno 6. In codd. Mss. *Viptano.* Apud Martiannm, *Alpiano.* Nos Vipstanum restituimus ex veteribus Fratrum Arvalium monumentis, apud Gruterum, p. 118.— '*Vipsanio et Fonteio Coss.*] In editione Romana, Parmensi, aliisque, *Vipsano.* In Mss. plerisque, *Vipiano.* In optimis editionibus *Vipsanio*: recte. Fuit enim Romæ, ut Fonteia, sic et Vipsania, gens nobilis. Vipsianus non potest nomen gentis esse, sed tantum familiæ cognomen: quod neque hoc loco cum gentis nomine Plinius conjungeret, nec sine prænomine. Itaque *Vipsanio* legi hoc loco, non *Vipsiano*, fas est.' *Ed. sec.*

65. CAP. LXXIV. *In oppido Ancone superest quinta. Decima in parte Italiæ, &c.*] Hactenus editum est: *In oppido Ancone superest quinta trigesima. In parte Italiæ, &c.* Mss. hic variant. Nos, ex certissima conjectura, edi curavimus: *Ancone superest quinta. Decima in parte Italiæ, &c.* In decima Italiæ regione Venetiam statuit in Geographicis libro sequente. Neque simile veri est in tot particulas, hoc est, in quintas tricesimas, ab homine πλατικωτέρως ubique agente, gnomonem, umbramve dividi.

66. CAP. LXXV. *Per eos XC. dies in meridiem umbras jaci*] Salmasius in Exercit. Plin. p. 424. hæc ita interpretatur, ut ridiculum Plinio affingat errorem: Solem nimirum per XC. dies fixum et immobilem stare supra verticem Ptolemaitarum. Sed alia longe Plinii mens est. Ptolemaitas ait, Meroëtas, et quotquot sub illo vivunt cœli tractu, XLV. diebus ante solstitium, totidemque postea, Sole XV. gradum in Tauro, ac deinde XV. in Leone obtinente, nullas meridiano tempore habere umbras. Ejusdem tamen diei ceteris horis, umbras quodammodo in meridiem cadere, propter obliquitatem sphæræ. Iis enim oritur Sol ad Cæciam, ad Corum occidit. Unde liquet his extremis diebus umbras meridie quidem ibi consumi, reliquis vero horis, et intermediis XC. diebus, umbras ad Austrum cadere, cum reliquo anni tempore in Septemtrionem porrigantur. Videre hoc ante nos alii.

67. CAP. LXXVII. *Continuos dies habere senis mensibus, noctesque e diverso Sole ad brumam remoto*] Quid est quod Pintianus, Longolliusque hanc lectionem solicitant? quorum ille *senis diebus*, iste *binis mensibus*, scribendum pronuntiant. At et sua vulgatæ scripturæ constat sententia, neque ea mutari sine contemtu veterum exemplarium, atque adeo sine veritatis dispendio potest. Sic enim scribere oportuisse Plinium, cogit ipsa ratio credi, ut ejus verbis utar: ita scripsisse docet Martianus, lib. VI. pag. 194. dum hunc locum transcribens, ita ait: 'Hinc est, quod in Meroë longissimus dies XII. æquinoctiales horas, et alterius bessem secat: Alexandriæ XIV. in Italia XV. in Britannia XVII. Solstitiali vero tempore, cum cœli verticem Sol invectus subjectas lævorsum terras perpetui diei continuatione collustrat: itemque brumali descensu semiannuam facit horrere noctem: quod in insula Thyle compertum Pytheas Massiliensis asseruit.' Semiannua nox, senorum certe mensium est. Vide quæ dicturi sumus IV. 26.

68. CAP. LXXVIII. *Sciothericon*] Negat Salmasius, p. 632. secutus Snel-

lium in Eratosthene Batavo, cap. 4. p. 21. negat, inquam, Sciothera illa horis signandis apta fuisse. sed solstitiis tantum, æquinoctiisque significandis. Negat horarum notationem aut nomen fuisse ante Alexandri M. tempora. Verum Laërtius, lib. II. p. 33. Anaximandrum ait rerum duarum inventorem fuisse. Primum ex Phavorino, gnomonem in solariis constituisse, εὗρε δὲ γνώμονα πρῶτος, utique ad designandas diei horas. Alterum, in horoscopiis sive solariis non quemlibet gnomonem panxisse, sed eum qui solstitia præterea, æquinoctiaque monstraret. Herodotus, lib. II. Gnomonicen et dierum in partes duodecim fractionem a Babyloniis ad Græcos manasse scribit: Πόλον μὲν γὰρ, καὶ γνώμονα, καὶ τὰ δώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρας παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἕλληνες. *Nam polum, et gnomonem, et duodecim diei partes a Babyloniis Græci didicerunt.* Ea vero non statim horarum nomine processerunt: sed, aut partium, ut indicat Herodotus, aut σημείων, *signorum*, ut Julius Pollux I. 8. refert ex Menandro. Hæc et alia multo plura Petavius Var. Dissert. in Uranol. VII. 8. p. 272. Sed rem meo quidem judicio planius conficit eximius Xenophontis locus, in quem incidi Memorab. lib. IV. p. 800. Οὐκοῦν καὶ ἐπειδὴ ὁ μὲν ἥλιος φανερὸς ὢν τάς τε ὥρας τῆς ἡμέρας ἡμῖν καὶ τἄλλα πάντα σαφηνίζει, κ. τ. λ. Ubi falsum apparet esse quod Salmasius aiebat vocem ὥραν, a nemine scriptorum qui Alexandri tempora aut Platonis anteiret, pro diei particula usurpatam. Mathematici porro illi qui horoscopia publice et in propatulo collocabant, non solis eruditis, et Astronomiæ peritis, sed vulgo ea proponebant. Igitur non ad sola discernenda solstitia ex umbrarum ratione, sed ad civiles diei partes, et ad quotidiana gubernanda negotia pertinebant. Quid enim interest plebeiorum hominum ac civium, scire quo momento exacte solstitia commissa sint? Et vero demum, id quod plurimum causæ nostræ patrocinatur, hoc Anaximenis horologium sciothericon designandis cujusque diei horis fuisse concinnatum, Plinius ipse verbis conceptis admonet VII. 60. non solstitiis, æquinoctiisve tantum signandis.

69. CAP. LXXX. *Ipsoque crurum argumento*] Ita Reg. cod. 2. aliique, quos secutus est primus omnium Gelenius. Priores enim editiones habent *ipsoque crinium argumento*: inductis in fraudem editoribus, propterea quia de capillo vibrato, promissisque crinibus proxime est facta mentio: id tamen Latius in editionem suam quoque inserui. Nos codices defendimus cum experientia, tum Galeni testimonio, de Temperam. III. 6. p. 72. tom. III. Εἰ μὲν ὑμαλοῦς ἅπαν ἔχει τὸ σῶμα τῆς κράσεως, οἷς μὲν ἰσχνὰ τὰ σκέλη, ξηροὶ πάντως εἰσὶν, ὑγροὶ δ' οἷς παχέα. Siccos ait esse, quibus macra sunt crura: humidos, quibus crassa. Quam apte cum Plinianis ista congruunt, cum ait illis, hoc est, Æthiopibus, in supera succum revocari, vi caloris desiccantis; his vero, nempe borealibus, in inferas partes, crura scilicet, depelli humore deciduo!

70. CAP. LXXXI. *Ut urbem ac tecta custodirent*] Significatu vocis paulo insolentiore, *custodirent* dixisse pro *caverent*, declarat tum unanimis codicum consensus, in quibus diserte legitur, *ut urbem ac tecta*, &c. tum ipse Cicero, a quo hæc totidem ferme verbis, ut alia, Plinius mutuatus est. 'Multa medici,' inquit ille lib. I. de Divin. p. 201. 'multa gubernatores, agricolæ etiam multa præsentiunt: sed nullam eorum divinationem voco: ne illam quidem, qua ab Anaximandro physico moniti Lacedæmonii sunt, ut urbem et tecta linquerent, armatique in agro excubarent, quod terræ motus instaret, tum, cum et urbs tota

corruit, et ex monte Taygeto extrema montis quasi puppis avulsa est. Ne Pherecydes quidem, ille Pythagoræ magister, potius divinus habebitur, quam Physicus: qui cum vidisset haustam aquam de jugi puteo, terræ motus dixit instare.' Quo in loco libentius legerim, *bibisset*, quam *vidisset*, et ex hoc Plinii contextu, et ex Apollonio, qui in Hist. Mirab. cap. 5. τὸν δὲ πίοντα, *bibentem*, id sensisse scribit. Tamen *vidisset* rursum scribitur, de Divin. lib. II. p. 223.

71. CAP. LXXXII. *Fiunt et Solis Lunæque defectu*] Pintianus emendat, *Fiunt et Lunæ defectu:* quod de sola Lunæ defectione Aristoteles egerit. Sed cum eadem causa et in Solis deliquio, quæ in deficiente Luna, terræ motum possit efficere, quod demonstrat egregie Cabeus in Meteorol. II. 49. p. 263. nihil ego, contra omnium librorum fidem, mutare ausim.

Juvat hic porro corollarii vice breviter subdere, quid de terræ motus causis recentior Physica statuat. Ait enim terræ motum perinde contingere ex repentina inflammatione halitus sulfurei ac bituminosi, qui ignem facile concipiat in cryptis subterraneis: quemadmodum in cuniculis factitiis usuvenit, quas *minas* vocant, in quibus conclusus, inflammatusque pulvis pyrius, superextantes concutit, exturbatque moles. Ita fere Gassendus in lib. X. Laërtii, p. 1045.

72. CAP. LXXXIX. *Inter Lebedum et Teon*] Quanquam Salmasio magis arridet lectio Chiffletiani codicis, *inter Lesbum*, nihil tamen moveo contra fidem ceterorum, ut Reg. 2. &c. et vetustarum editionum: cum præsertim hæc Halone rursum a Plinio memoretur v. 38. proxime Myonnesum, quam Stephanus p. 477. statuit inter Lebedum et Teon, μεταξὺ Τέω καὶ Λεβέδου.

73. Ibid. *Olympiadis CXXXV.*] Atqui longe Thera ante hanc Olympiada extitit, uti ex Herodoto constat lib. IV. p. 272. ceterisque. Hanc enim, Callisten antea nominatam, Cadmus incolis frequentavit: Battus deinde Cyrenarum conditor tenuit. Similis est Senecæ lapsus, qui Therasiam Valerio Asiatico iterum Consule prodiisse scribit, Natur. Quæst. II. 26. p. 853. et VI. 21. p. 910. hoc est, Claudii principatu. Meminit enim ejus insulæ Strabo, qui dudum ante obierat, lib. X. p. 484.

74. Ibid. *Post annos CX.*] Igitur id contigisse necesse est anno Urbis DCCLVII. At, non ante annum DCCLXXII. Tiberii Imp. sextum, Consules fuere M. Junius Silanus, L. Norbanus Balbus Flaccus. Itaque scribendum fuisset *Post annos CXXV.*

75. Ibid. *Stagnum emersisse*] Dubitat Ortelius in Thes. Geogr. num *Statinas* pro *Stagnum* rescribi oporteat, ob eum Papinii Statii versiculum: 'Ænariæque lacus medicos, Statinasque renatas.' Venere in eandem suspicionem ante eum Scaliger, et Longolius, et *Stativas* ii reponi malunt: sed nocet conjectoribus nimia quandoque eruditio. Ego ab exemplaribus Mss. Reg. 2. Colb. 2. &c. vetustisque libris, quos vidi, minime discedendum aio. Triplicem terræ motum a Plinio numerari in una eademque insula: oppidum hiatu haustum, primo: altero, stagnum emersisse: postremo, montes provolutos, Prochytamque enatam. Nam a Pithecusis Prochytam fuisse avulsam, auctor est Strabo lib. V. p. 247. νῆσος ἡ Προχύτη, Πιθηκουσσῶν δ' ἔστιν ἀπόσπασμα.

76. CAP. XC. *Euboeæ Atalantem*] Cum antea Chersonesus esset, isthmo vi maris abrupto, ex peninsula factam esse insulam Atalanten, scribit Diodorus lib. XII. p. 111. Persuasit et Plinio. Etiam et Straboni lib. I, p. 60. Sed vetustissimus omnium Diodorus ceteros impulit in er-

rorem, cum Thucydidis verba, a quo id accepit, prave intellexit. Ait enim Thucydides lib. III. p. 233. Atalanten insulam, inundatione subita, quæ Olympiade LXXXVIII. contigit, totam aquis fuisse superfusam. Igitur ante id tempus insula fuit. Quod etiam ex lib. II. p. 119. exploratissimum est, ubi in ea *insula*, *νήσῳ*, munimentum ait fuisse, præsidiumque Atheniensium. Cautius multo Seneca Thucydidem legerat, qui ex eo refert Natur. Quæst. VI. 24. pag. 911. 'circa belli Peloponnesiaci tempus Atalantam insulam aut totam, aut certe maxima ex parte, superfusam.'

77. CAP. XCIII. *Galanis et Gamales urbium in Phanice agros*] In Reg. 1. 2. Colbert. 2. Chiffl. &c. *Galenes et Galames:* quæ lectio fortassis est potior, quam edita. Aut certe de alia Gamale accipiendum illud est, quam qua de agitur v. 14. Geminam Josephus agnoscit: prope Jordanem alteram: alteram haud procul Carmelo.

78. CAP. XCIV. *Ex insula Cea*] Hinc fortasse Tertullianus fuerit emendandus, in Apologet. cap. 4. cum ait: 'Legimus .... et Delon, et Rhodon, et Co insulas multis cum millibus hominum pessum abiisse.' Nam de Ceo insula, non de Co, quæ patria Hippocratis est, relatum id ab historicis memini.

79. Ibid. *In Bœotia Eleusina*] Hallucinatur Ammianus lib. XVII. pag. 98. cum Eleusin Bœotiæ civitatem inter eas urbes enumerat, quæ terræ motu emerserunt: cum inter eas locum habeat, quæ diluvio pessum abierunt, ut præter Plinium auctor est Pausanias in Bœot. lib. IX. et Strabo lib. IX. p. 407.

80. CAP. XCV. *Simul ut terræ miracula potius dicamus, quam scelera naturæ*] Ex his verbis Plinii editores lemma huic capiti seu titulum confinxerunt, *De miraculis terrarum:* perinde quasi id foret huic capiti argumentum proprium ac peculiare, non toto illud opere sparsum. Sed *De spiraculis terrarum* scribi oportere admonet Plinianus Index, et ipsa capitis hujusce materies: nam, ut Virgilius cecinit, Æneid. VII. pro argumento sunt 'Specus horrendum, et diri spiracula Ditis.'

81. CAP. XCVII. *In cujus quandam aram non impluit*] In libris editis *aream* legitur, et in utroque Reg. cod. At in Chiffl. *aram*, quod arridet magis, vel ob hoc quod Tacitus Hist. II. p. 84. templum Veneris Paphiæ describens, 'sanguinem aræ,' inquit, 'offundere vetitum: precibus et igne puro altaria adolentur, nec ullis imbribus, quanquam in aperto, madescunt.'— 'At in Chiffl. *aram*, prave: tametsi Tacitus,' &c. *Ed. sec.*

82. CAP. XCVIII. *Ad aras Mucias*] Ita Reg. 1. 2. et Colb. 2. atque editiones veteres: quod et Rhodiginus probat XVIII. 12. p. 841. In honorem forte Q. Mucii Scævolæ, vel ab eo erectæ aræ illæ fuerunt, ut Sestianæ a Sestio, IV. 34. Prius *Martias* legebatur.

83. CAP. XCIX. *In coitu Solis pares plenæ. Eadem Aquilonia ... mitiores*] Secuti sumus codices Reg. 1. 2. Chiffl. &c. id ipsa loci exigente sententia. Prius legebatur: *in coitu Solis pares. Plane eadem*, &c. Salmasius conjiciebat, p. 1007. *In coitu Solis paret et plenæ:* satis infeliciter.

84. CAP. CIV. *Ideo summa æquorum aqua dulciorem profundam*] Sunt critici, qui sincerum vas amant incrustare, quique corrigere malunt, quam intelligere, dum hunc locum ita perturbata sententia mutant, *Ideo summam æquorum aquam dulciorem esse profunda*, vel, *summum æquorum aquam dulciorem profundit.* Sed et a Plinii mente discedere, et a codicum prorsus omnium auctoritate deficere emendationem hujuscemodi certissimum est. Ajt enim ille summam aquam ideo esse salsam, quia Solis

attractu exhausto tenui dulcique, linquitur id quod asperius, idque esse quod gustu tractatur. Scio recentiores plurimos in ea esse hæresi, quæ marinas aquas in imo salsiores esse pertendit, quam in superficie: quoniam aqua salsa, quam dulcis, ut Arist. ait, multo est gravior. Sed quid Plinius senserit scripseritve, id vero prius investigandum nobis incumbit, quam quid scribere eum ac sentire oportuerit. Aristotelis certe, quem Plinius ferme auctorem unum sequitur, Problem. XXIII. 30. p. 788. *Διὰ τί τῆς θαλάσσης τὰ ἄνω τῶν ἐν τῷ βάθει ἁλμυρώτερα· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς φρέασι τοῖς ποτίμοις τὸ ἐπιπολῆς ἁλμυρώτερον τοῦ εἰς βάθος· καίτοι δεῖ τὸ κατωτέρω· βαθύτερον γὰρ τὸ ἁλμυρόν. Ἢ διότι ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἀνάγει ἀεὶ τὸ ἐλαφρότατον ἀπὸ τῶν ὑγρῶν*; Gaza interprete: *Cur superius mare salsius et calidius est, quam inferius? et in puteis quoque potu idoneis pars superna salsior est quam ima? quanquam esse e contrario debuit: gravius enim quod salsum est. An quia Sol et aër partem humoris levissimam assidue detrahunt?* Et vero scimus urinatores in vitreis vasculis e maris profundo aquam dulcem extulisse.

85. Ibid. *Aut quia plurimum ex arido misceatur illi vapore*] Gronoviana editio, *Aut quia plurimum ex arido misceatur illi sine vapore:* quæ dictio *sine* præpostere addita, contra fidem omnium librorum, palam facit, nescisse, qui sic edi curavit, quæ vis subesset apud Plinium, optimosque Latinitatis auctores, huic voci *vapor*. Calorem enim significat, uti monuimus cap. 40. et alias sæpe, non halitum illum frigidum humidumque, quem vulgo vaporem dicimus, ex aquis exhalantem: sed vel ipsum calorem siderum, vel terrenum halitum, (exhalationem vocant,) eorundem vi in sublime tractum. Haud porro multum abludit, quod Plinius hoc loco affert, a Platonicorum sententia, existimantium genus aquæ elementaris esse omnino geminum: alterum, ex aëre coactum vi frigoris, dulce: aliud, quod e terra ardoris et incendii vehementia exhalasset, salsum. Ita enim Plutarch. de Placitis Philos. IV. 16. p. 897. *Οἱ ἀπὸ Πλάτωνος, τοῦ στοιχειώδους ὕδατος, τὸ μὲν, ἐξ ἀέρος κατὰ περίψυξιν συνιστάμενον, γλυκὺ γίνεσθαι, τὸ δ', ἀπὸ γῆς κατὰ περίκαυσιν καὶ ἐκπύρωσιν ἀναθυμιώμενον, ἁλμυρόν.*

86. CAP. CVI. *Ut in Fucino lacu invectus amnis*] Sic R. 2. ceterique codices Mss. Mirari porro hoc loco subit cur hujus amnis nomen prætereat silentio, qui ceteros suo quemque proprio nomine indigitat: sed quod modo nomen dissimulat, id alibi ipse aperit, nempe XXXI. 24. ubi Piconum vel Pitonium vocat. Vibius Sequester, p. 335. 'Pitornium appellat, qui per medium lacum Fucinum Marsorum ita decurrit, ut aquæ ejus non misceantur stagno.'

87. Ibid. *Et in Rubro Mari oleæ, virentesque frutices enascuntur*] Tota hæc clausula, de oleis fruticibusque Rubri Maris, expungenda est, ceu spuria: cum nulli eam libri manu scripti habeant: atque huc translata temere ex XIII. 48. videatur.

88. Ibid. *Jovis Hammonis stagnum*] Ingentes tenebras offudere rei Chorographicæ, qui neglecta omnium codicum, Reg. 1. 2. Chifflet. &c. vetere ac sincera scriptura, edi curaverunt, *Hammonis fons*, pro voce *Stagnum*. Inde nata eruditorum conquestio, abire a ceteris scriptoribus Plinium, qui geminum fontem inducat, ubi ceteri unum agnoscant.

89. Ibid. *In Falisco omnis aqua potæ candidos boves facit*] Ita Reg. 1. 2. &c. Labem intulere huic loco eruditi, qui enim apud Virgilium legissent: *Hinc albi, Clitumne, greges*, &c. vocem hanc *omnis aqua*, in *Clitumni aquam*, neglecta librorum Mss. auctoritate, mutare ausi sunt: sic enim in editione Parmensi, aliisque vetus-

tioribus legitur. Quis tam ignarum locorum, Latio confinium, Plinium putaverit, ut nesciret Clitumnum amnem esse in Umbria, Faliscum vero agrum in Etruria, ut notat ipse III. 8. Etiamnum hodie totus hic Faliscorum tractus, inter Ciminium montem, *Montagna di Viterbo*, et Tiberim amnem, circa Soractem montem boves albas habet. Hunc ab aquae potu circum ea loca fluentis trahi colorem Plinius arbitratur: haud temere.

90. Ibid. *Scyrium lapidem, quamvis grandem innatare, eundemque comminutum mergi*] Cum in libris editis omnibus legatur *Thyrreum*, in Reg. 1. 2. Colb. 2. &c. *Tyrrum* nos ex certissima conjectura *Scyrium* rescripsimus. Illud enim naturae miraculum a Plinio nunc refertur, cujus est iterum mentio XXXVI. 26. statim initio, his verbis: ' Lapidem e Scyro insula integrum fluctuari tradunt, eundem comminutum mergi.'

91. CAP. CVIII. *Maltham vocant*] Naphtham vocat Xiphilinus ex Dione in gestis Pompeii, p. 1. edit. Henr. Steph. ubi Luculli milites ait, dum Tigranocerta is obsideret, eo limo flagrante pessime fuisse vexatos: esse illud genus bituminis, quod rebus omnibus adhaerescat, nec humidis extingui possit: Τὰ Τιγρανόκερτα ἐπολιόρκει· καὶ αὐτὸν οἱ βάρβαροι τῇ τε τοξείᾳ, καὶ τῇ νάφθᾳ κατὰ τῶν μηχανῶν χεομένῃ δεινῶς ἐκάκωσαν· ἀσφαλτώδες δὲ τὸ φάρμακον τοῦτο, καὶ διάπυρον ὄντως, ὅσῳ' ὅσοις ἂν προσμίξῃ, πάντως αὐτὰ κατακαίειν οὐδ' ἀποσβέννυται ὑπ' οὐθενὸς ὑγροῦ ῥᾳδίως. Simile quiddam accidisse Severi Imp. principatu, idem Dio refert lib. LXXV. p. 855. ex Xiphilino.

92. CAP. CIX. *Astacenis Parthia*] Quoniam Astacenos Ponti cap. 108. nominarat, hos alterius juris, Parthici nimirum imperii, esse significat. Ἀστακηνὴ regio nominatur ab Isidoro Characeno, ἐν σταθμοῖς Παρθικοῖς.

93. CAP. CX. *Et Sittacene*] In libris editis hactenus, *et Cestia gente*. In cod. Reg. 1. *et in cutigente*. R. 2. *in contigente*. Dum nobis felicior aliquis conjector suggerat quid reponi oporteat, edi curavimus, *Sittacene*: adducti auctoritate scriptoris de Mirabil. Auscult. p. 1153. cujus verba reddidisse fere Plinius videtur: Ἔστι δὲ καὶ ἐν Μηδίᾳ, καὶ ἐν Ψιττακηνῇ τῆς Περσίδος πυρὰ καιόμενα· τὰ δὲ ἐν Μηδίᾳ, ὀλίγον, τὰ δὲ ἐν Ψιττακηνῇ, πολύ. Ex Psittacene, sive Sittacene, de qua VI. 31. *Psittiagene* primum, mox *Cestia gente* potuit a librariis confingi.

94. Ibid. *Et juxta gelidum fontem semper ardens*] Laborabat hic locus interpunctione vitiosa, quae hanc clausulam totam ad superiora referebat, cum ad Nymphei cratera pertinere ipsa orationis textura declaret: quis enim ille fons ingustabilis, de quo paulo postea agitur, praeter hunc gelidum fontem esse alius queat?

95. Ibid. *Augetur imbribus*] Ita Dio lib. XLI. p. 174. Sed Dionis locum interpres ejus haud sane satis fideliter reddidit: qui imbribus superfusis adolescere herbas scripsit, perinde quasi id singulare quiddam ac prodigii simile sit: cum imbribus augeri ignem Graecus auctor dixerit.

96. Ibid. *Torrentesque solis ardoribus*] Venit in mentem alicui aliquando satius fore si scriberetur, *solis ardoribus*, quasi tantum illis hae flammae nocerent. Sed visum est nobis potius in lectione jam recepta acquiescere, ut sit haec loci sententia: Solis ardoribus, qui in eo tractu sunt vehementissimi, regeri ab eo monte flammas, tanquam acceptas a Sole reddat, vel cum Sole ipso de flammarum ardore contendat.

97. CAP. CXII. *Octuagies quinquies centena sexaginta octo mill. pass.*] Ita Martianus lib. VI. p. 198. hunc locum ad verbum transcribens: cujus

auctoritas Sabellici et aliorum conjecturas explodit, qui legi volunt, *octoginta quinque millia stadiorum, &c.* Sed Martianum ipsum jam tum in depravatos Plinii codices incidisse deprehendimus, cum scripsit: *Octuagies quinquies centena, septuaginta octo mill.* quemadmodum in Plinii libris ad hunc diem est editum. Nos *octuagies quinquies centena sexaginta octo* reposuimus, sive $\overline{LXXXV}$. *LXVIII.* (sic enim scribebant veteres) pro LXXVIII. detracta unica, quæ redundabat, denarii nota. Emendationis auctor is ipse fuit, quem Plinius hic appellat, Artemidorus, cujus Epitomen Agathemerus fecit, caputque integrum, quod in suum opus Plinius transtulit, ipse pariter exscripsit, capite quarto libri primi operis Geographici: cui titulus, ut Pliniano, Περὶ μήκους καὶ πλάτους τῆς οἰκουμένης. Sic igitur ille: Μῆκος δὲ τῆς οἰκουμένης ἀπὸ Γάγγου εἰς τὰ Γάδειρα, σταδίων μυριάδων ς′ καὶ ᾱφ′μ′θ′. Hoc est, stadiorum 68549. quæ omnino efficiunt millia passuum quot diximus, $\overline{LXXXV}$. *LXXVIII.* præter fere quingentos. Et vero huic emendationi favent etiam codices Reg. 1. 2. Colb. 2. Chiffl. et alii, cum paulo infra, ubi totius spatii rursum mensura summaque colligitur, ea esse statuitur, quam diximus. Favet et Parmensis editio, aliæque veteres, in quibus *LXVIII.* legitur.

98. Ibid. *CCCCXCI.*] Hactenus editum est *DCCCXCI.* Martianus etiam deterius, *DCCCCXCI.* Nos ex Artemidoro, quem Plinius laudat, reponimus *CCCCXCI.* restituta priore nota centenarii, quam in quingenarium librarii transformarunt. Artemidori verba sunt loc. cit. p. 9. Ἀπὸ Γαδείρων δὲ διὰ ἱεροῦ ἀκρωτηρίου, καὶ Ἀρτάβρων λιμένος, σταδίοι γ′π′λ′β′. A Gadibus præter Sacrum promontorium, et Artabrorum portum, stadia sunt 3932. Efficiunt ea porro *CCCCXCI.* hoc est quadraginta et unum supra nonaginta millia pass. cum quingentis passibus, qui pro nihilo haberi solent in rotundis numeris.

99. Ibid. *Quinquagies bis centena, XV. mill. pass.*] Iterum hoc loco Sabellicus movet, legitque, *Quinquaginta quinque millia stadiorum.* Satis audacter id quidem. At Plinium Martianus est secutus: Plinius Artemidorum, cujus verba refert Agathemerus, loc. cit. Ἀπὸ μὲν Γάγγου ποταμοῦ ἕως Μυριάνδρου τῆς ἐν Ἰουικῷ κόλπῳ, σταδίων μυριάδων δ′ καὶ ᾱψ′κ′έ. Stadia sunt 41725. sive millia passuum 5215000. quinquagies et bis centena, quindecim millia pass.

100. Ibid. *Patarum Lyciæ*] Dalecampius in margine editionis suæ reponit *Patras*, quæ urbs non Lyciæ, sed Achaiæ fuit. Artemidorus loc. cit. εἰς Πάταρα.

101. Ibid. *Vicies et semel centena, tria mill. pass.*] Nihil esse uspiam arbitror, toto Pliniano opere, fœdius depravatum, quam hi numeri sunt. In editis legebatur: *tricies quater centena quinquaginta mill. Deinde Gades quatuordecies centena quinquaginta mill.* In R. 1. 2. Colb. 3. Chiffl. $\overline{XXXII}$. *L.* hoc est, *trigesies bis centena, quinquaginta mill. pass.* Sed duas videlicet summas in unam conflarunt eorum codicum exaratores: omisere enim hæc verba, *Deinde Gades, &c.* ac subsequentem numerum cum priore, qui *vicies* erat, junxerunt. Nos Artemidorum secuti sumus, apud quem particulares summæ consentiunt mirifice cum totali, quam idem Artemidorus sæpe proposuit, et Plinius ipse paulo ante protulit, moxque iterum colliget. Artemidorus igitur loc. cit. a Myriandro intervallum ad Gades ait esse σταδίων δισμυρίων ς′, ὀκ′, stadiorum 26820. A Calari vero ad Gades, σταδίων μυρίων, stadiorum 10000. Igitur a Myriandro Calarim, stadia sunt 16820. quæ efficiunt $\overline{XXI}$. MMM. pass. hoc est, vicies semel

centena, et tria passuum millia, præter quingentos.

102. Ibid. *Gades duodecies centena et quinquaginta mill. pass.*] In libris editis perperam legitur *quatuordecies*. Artemidorus, ut diximus, habet decem millia stadiorum: quæ efficiunt duodecies centena, et quinquaginta millia pass. Adde Parmensem editionem, et Venetam 1479. in quibus legitur *duodecim*, haud dubie pro duodecies. Martianum nihil moror, apud quem corrupte admodum, *quadragies*, pro *quatuordecies*, si corrupto usus ille est codice, ut videtur.

103. Ibid. *LXVIII. mill.*] In editis post Hermolaum, *septuaginta octo*: At Parmensis editio, Veneta 1479. aliæque, *LXVIIII.* Regius uterque codex, Colb. 1. 2. et Chiffl. *LXVIII.* idque cum superiore Artemidori numero congruit, ut diximus. Iterum hic Sabellicus omnia susque deque vertit.

104. Ibid. *Quinquagies et semel*] In editis, et apud Martianum ipsum, desunt amplius centena millia: sic enim habent, *quinquagies centena M. pass. et XXI.* In Regio cod. 1. 2. et Colb. 2. *LI. XIX.* Corrigo, *LI. LXIX.* hoc est, *quinquagies et semel centena, et LXIX. mill. pass.* Totidem enim passus efficiunt stadia quæ a Gange ad Euphratem Artemidorus statuit, loc. cit. Καὶ ἄλλως, inquit, ἀπὸ Γάγγου ἕως Εὐφράτου ποταμοῦ, μυριάδων δ' καὶ ͵α τ' ψ'. *Alia via, a Gange ad Euphratem amnem, stadia* 41350. Miror Sabellicum, qui *stadiorum millia quinquaginta* hoc loco reponit.

105. Ibid. *Inde Cappadociæ Mazaca, CCCXIX. mill.*] Libro omnes scribunt *CCXLIV.* quos ex Artemidoro fidenter emendamus. Ἀπ' Εὐφράτου, inquit, εἰς Μάζακα Καππαδόκων, στάδια β' φ' ψ'. Stadia 2550. efficiunt passus 318750. perfecto autem absolutoque numero, *CCCXIX. millia.*

106. Ibid. *Ephesum, CCCCXV. mill.*] Prius legebatur, *CCCCXCVIII.* pro *CCCCXV. M.* Verum Artemidorus loc. cit. quem Plinius ad verbum transtulit, Ἀπὸ δὲ Μαζάκων διὰ Φρυγίας τῆς παραλίας, καὶ μεγάλης Καρίας, ἕως Ἐφέσου, στάδιοι γ' τ' κ'. *A Mazacis vero per Phrygiam montanam, et magnam Cariam, usque Ephesum, stadia* 3320. quæ totidem, quot dixi, passus omnino efficiunt.

107. Ibid. *Isthmum CCXII. M. quingenti*] Editores Pliniani, cum in Mss. codicibus legerent: *Isthmum CCXII. M. D. Inde terra, &c.* (sic enim habent Reg. 1. et 2. aliique,) edi curaverunt: *CCXII. M. Deinde terra*: cum eo loci litera *D.* quingenarii nota foret: quam nos restituimus, tum ex Mss. tum vero inprimis ex Artemidoro, qui spatium illud definiit stadiis 1700. ἐπ' Ἰσθμὸν, στάδια ͵α ψ'· quæ efficiunt *CCXII. mill.* cum *quingentis pass.*

108. Ibid. *Et Lechaico mari et Corinthiaco sinu*] Ita correximus hunc locum, Pintianum secuti, ubi prius *Laconico* legebatur. Abest sane ab hoc itinere longissime Laconicum mare: sed vicinum est Isthmo Lechaicum, a Lechæo Corinthiaci sinus oppido cognominatum: de quo Plinius IV. 5. Emendationi nostræ plane suffragatur Chiffletianus codex.

109. Ibid. *XC. Mill.*] Prodigiosum hoc loco intervallum posuere Plinii editores ab Isthmi orientali parte usque Patras, *ducenta duo millia quingenti*: ipso Plinio repugnante, qui IV. 5. Isthmi longitudinem ait esse passuum quinque millium: sinus deinde Corinthiaci usque Patras, LXXXV. quæ summa efficit millia passuum XC. Atque hic numerus est, quem nos restituimus, quod eum non solum situs locorum, et Plinius ipse, sed et Artemidorus statuit loco toties appellato, cum ait, Ἀπ' Ἰσθμοῦ διὰ Κορινθίου κόλπου εἰς Πάτρας, στάδια ψ'κ', stadia 720. sive, quod idem est, passus 90000.

110. Ibid. *Leucadem LXXVII.*] Ita Chiffl. cod. Ita Plinius ipse IV. 5. Ita demum, quod multo est certius, Artemidorus toties appellatus: *Λευκάδα, στάδια ψ'*. Stadia 700. sunt passus omnino LXXVII. M. D. Male igitur in editis, *LXXXVI.*

111. Ibid. *Brundisium LXXVII.*] Deest in libris milliare unum. Artemidorus enim *ἐπὶ Βρεντήσιον, στάδια ψ'*. Stadia 700. ut diximus, passus efficiunt LXXVII. M. D.

112. Ibid. *Scingomagum*] Male hactenus *Cincomagum*. Strabo lib. IV. pag. 179. *Ἐπ' Ἐβρόδουνον κώμην· εἶτ' ἄλλοι τοσοῦτοι διὰ Βριγαντίου κώμης, ἀπὸ Σκιγγομάγου, καὶ τῆς τῶν Ἄλπεων ὑπερβάσεως· ἐπὶ Ὄκελον τὸ πέρας τῆς Κοττίου γῆς· καὶ ἡ ἀπὸ Σκιγγομάγου δὴ ἤδη Ἰταλία λέγεται. Ad Ebrodunum vicum: inde totidem per Brigantium vicum, a Scingomago, et Alpium altos transitus, usque ad Ocelum, qui est terræ Cottiæ finis: nam a Scingomago jam Italia dicitur.* Quibus ex verbis, aliisque idoneis argumentis, egregie probat Honor. Bouche, Hist. Provinc. III. 3. p. 145. Scingomagum illud oppidum esse, quod postea Latinis Segusium dictum est, vulgo *Suze*, Marchionatus titulo nobile, in Diœcesi Taurinensi: neque audiendum esse vulgus Geographorum, qui *Sezanne* interpretantur. Straboni, de Italiæ capite, quod a Scingomago petit, astipulatur Itinerarium Hierosolymit. 'Segusione,' inquit, 'inde incipit Italia.'

113. Ibid. *DXVIII.*] In libris omnibus, *DXVIII.* hoc est, uno milliari minus. Verum Artemidorus loc. cit. verum definit spatium, *Ἀπὸ Ῥώμης ἐπὶ τὰς Ἄλπεις ἕως Σκιγγομάγου κώμης, ἀπὸ ταύτης Ἄλπεων ὁδὸς, στάδια δ' ρ' ν' β'*. Stadia 4152. quibus æquivalent passuum millia DXIX.

114. Ib. *Illiberim DCCCCXXVII.*] Hic rursum aberrant a vero longissime codices Pliniani, quos vidi, omnes: iidemque nec satis sibi ipsi constant. Editi quidem exhibent, *CCCCCLVI. mill.* Reg. 1. 2. *CCCCLVI.* Colb. 2. *CCCCCLXVI.* cum scribi oporteat, *DCCCCXXVII.* Apud Agathemerum quidem in lacuna est hoc loco numerus stadiorum, quæ integra esse valde e re nostra foret. Verum cum ex singularibus summis omnibus totalem colligat stadiorum 71560. et ad eas, quæ diserte expressæ sunt, si addantur 7417. stadia, illa ipsa extitura sit, jam nullus dubio locus relinquitur, quin eam ipsam hoc loco reponi oporteat. Sunt autem ea stadia, DCCCCXXVII. millia passuum, cum stadio uno, quod est in rotundo numero prætermissum.

115. Ib. *CCCXXXI.*] Pliniani libri unum milliare adduat, *CCCXXXII.* Artemidorus, *ἕως Γαδείρων, στάδια β' χ' ν' ά*, stadia 2651. quæ passus efficiunt CCCXXXI. mill. cum passibus fere CCCC. quæ minor summa negligi plerumque solet.

116. Ibid. *Octuagies novies centena XXXXV.*] Mire hoc loco discrepant inter se codices. Editi quidem, *octuagies sexies centena, LXXXV.* Parmensis editio, *nonaginta* (pro *nonagies*) *LXIX.* Martianus lib. VI. p. 199. *octuagies quinquies LXXVIII.* At Reg. codex 1. 2. et Colb. 2. aliique, *LXXXIX. LXXXX.* hoc est, *octuagies novies centena, nonaginta millia.* Ad hæc sinceræ scripturæ vestigia accedit proxime nostra emendatio, *LXXXIX. XXXXV.* Stabilitur autem inprimis Artemidori ipsius, quem Plinius laudat et sequitur, auctoritate ac ratione. Is enim summam omnium stadiorum colligens, *ἁπαξ ἀπὸ Γάγγου εἰς Γάδειρα, σταδίων μυριάδων ζ' καὶ ά φ' ξ'*, stadia numerat 71560. quibus respondent omnino 8945000. passus, ac præterea CLXXV. quorum in tanta mensura ratio vix haberi solet.

117. Ibid. *Quadragies*] Pliniani codices multi, *$\overline{\text{LIIII}}$. LXII.* perperam haud dubie, pro *$\overline{\text{XLIIII}}$. XC. M.* hoc

est, *quadragies quater centena, et nonaginta millia:* ut Guill. Pelicerii manu in ora librorum ejus scriptum animadverti, ex probatis codicibus: quæ summa respondet stadiis 35920. quo intervallo littus Æthiopici Oceani distare ab ostio Tanais scripsit Artemidorus. Id vero planius multo fiet, collatis in unam singularibus, quæ mox ponentur, mensuris. Martiani cum Plinii libris consensus, jam tum ætate ejus depravatos fuisse codices, probat, quod alias sæpe animadvertemus.

118. Ib. *Decies centena*] Hic mirum in modum variant codices omnes. Libri editi, *quingenta quinquaginta millia*. Reg. 1. 2. Colb. et Chiffl. *DCCV*. Nos *decies centena*, ex Artemidoro. *Πλάτος δὲ τῆς οἰκουμένης*, inquit, *ἀπὸ τῆς Αἰθιοπικῆς θαλάσσης ἐπὶ τὴν Μερόην, σταδίων ηʹ*. Stadia 8000. efficiunt passus 1000000. Qui *CCCCL. M.* in Plinii textum induxerunt, ii ex Eratosthenis computo Artemidori rationem metiri voluerunt, de qua videndus Strabo lib. I. p. 63.

119. Ibid. *Rhodum DLXIII.*] Artemidorus habet tantum stadia ϛʹ φʹ, 4500. seu passus DLXII. cum quingentis. Pliniani libri, *DLXXXIII.*

120. Ibid. *Gnidum LXXXVII.*] In libris editis, *LXXXIIII.* In Chiffl. *LXXXV.* In Colb. 2. *LXXXVI. M. D. pass.*

121. Ibid. *Chium XCIV.*] Ita plane Reg. 1. 2. Colb. 2. aliique: quibus suffragatur Artemidorus: *εἰς Χίον, σταδία χʹ νʹ*· stadia 750. sunt passuum millia LXXXIII. cum DCCL. Rotundo expletoque numero, LXXXXIV. In libris editis, et Mss. quibusdam, excidit denarii nota, dum legunt tantum *LXXXIV.* pro *LXXXXIV.*

122. Ibid. *Tenedon, XLIV.*] Perturbatas hoc loco numerorum notas agnoscere promtum est, cum in Chiffl. cod. hoc intervallum a Samo ad Chium attribuitur, quod sane huc revocari oportet, expuncto numero *XXVIII.* quem editi omnes retinent, vel *CXIX.* quem manu scripti. Artemidorus enim, *εἰς Τένεδον*, inquit, *σταδία τʹ νʹ*, stadia 350. quæ efficiunt passuum XLIII. millia, cum DCCL. numero absoluto, XLIV. mill.

123. Ib. *Ostium Tanais, CCLXXV.*] Sic Artemidorus, quem secuti summus, ut par fuit: *Ἐπὶ Τάναϊν ποταμὸν, βʹ σʹ*. Stadia 2200. efficiunt passus CCLXXV. mill. In libris omnibus excidit librariorum culpa denarii nota: nam *CCLXV.* tantum exhibent.

124. Ibid. *LXXXIX. mill.*] Ita libri omnes. Ex Artemidoro tamen colligi duntaxat possunt stadia 564. hoc est, passuum millia LXX. Martianus aberrat ab eo numero quam longissime, cum ait lib. VI. p. 200. 'Qui quidem cursus, si per maria transeatur, in compendium ducit millia DCLXXVIII.'

125. Ibid. *Isidorus adjecit duodecies centena millia quinquaginta*] Ita codices omnes Mss. et Martianus loc. cit. 'Sed Isidorus adjecit duodecies centena quinqnaginta millia, usque ad Thulen: quæ quidem opinatio mihi videtur incerta.' Frustra igitur Sabellicus emendabat: *duodecim millia stadiorum, et quinquaginta.*